14. a 8.

4

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala: A
Estante: 4
Numero: 9

Caxa M. 1

Soy del Collegio catho. ... M. nº 1
R. 2806

# TRACTATVS
## DE STATV ET MVNERE EPISCOPALI,

LAELII ZECCHI CANONICI
ET POENITENTIARII BRIXIEN.
Theologi, & Iur. Vtr. Doct.

IN QVO, DE EPISCOPALIS DIGNITATIS PRAESTANTIA,
De poteſtate, & Officio Epiſcopi, De Reſidentia,
De Viſitatione,
Et de ratione ſe habendi in cura Animarum, & Adminiſtratione
Epiſcopali, peragitur.




DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
Æ. 3. C. 50 N. 7

BRIXIAE,
Apud Vincentium Sabbium. M D XCII.
Superiorum permiſſu.

BIBLIOTECA ... SANTA CRUZ

# ILLVSTRISSIMO
## AC REVERENDISS.
## D. D. HIERONIMO BERNERIO
### CARDINALI AMPLISSIMO,
### & Aſculi Epiſcopo.

## LAELIVS ZECCHVS S. D.

QVAE me vna ratio, Cardinalis Ampliſsime, ac vir omni virtutum laude ornatiſsime, ne inter homines homini minime natus, inter agri Eccleſiæ plantas aridus ipſe truncus viderer; ad honeſtum ſcribendi otium, edendorumque voluminum conſilium vocauit; eadem ſcilicet quæcunque in ſacrorum Conciliorum decretis, grauiſsimorumque Patrum ſcriptis de optima Epiſcopalis muneris adminiſtrandi ratione diſperſa comperiſſem, in vnum vt cogerem, facile perſuaſit; ponebat enim mihi ante oculos primum quid quemque hominum hominis cauſa facere oporteret, animo luſtrare multa, oratione complura explicare, re ipſa præſtare plurima, nullis neque curis, neque laboribus, neque periculis parcere, inuiolatum vt ſocietatis humanæ vinculum ab hominibus inter homines retineatur. Tum ab hac immenſa generis humani communitate ad ſingulos ordines, ſtudia, & exercitationes traducebat; in ijs potiſsimum, quorum cogitationes & actiones vnum eundemque finem ſpectarent figere mentis aciem iubebat. continuo vero cum occurrerent pericula varia & concertationes a militibus pro militum ſalute, pro dignitate ſapientum a ſapientibus ſuſceptæ, hac tandem voce meipſum increpaui; & pro Eccleſiaſticis viris nihil oneris, vigiliarum nihil ſubeant Eccleſiaſtici? an ſtudium extet vllum viro ſacris addicto laudabilius, quam vnde vtilitatis aliquid ac laudis in ſacrorum adminiſtros fideliumque paſtores redundet? his igniculis accenſus conſtitui, quan-

tum tenuitas ingenij ac virium mearum, auxilio diuino fulta, eniti poſſet, id totum in id conferre, vt Synodorum, Patrumque voluminibus perlectis, quæcunque Epiſcopis ad greges ſuæ fidei concreditos rite gubernandos vtilia iudicaſſem in vnum cogerem, & coacta diſponerem. quod aliquando Dei beneficio perfectum, cogitabam reliquis tractatibus Theologicis, quos non ita pridem edere in animo haberem percommode inſitum, typis mandare. Cum ecce tibi diuinum ſanctiſsimi Patris Noſtri Clementis Octaui de Vrbis Eccleſijs ſacriſque locis viſitandis conſilium in ſumma piorum omnium expectatione & gaudio diuulgatum me quaſi ſtimulus diuinitus admotus ad operis, cuius pars vel maxima de Viſitationibus eſſet, editionem excitet. Qui enim in eo genere tam opportunam occaſionē ſine graui ſapientum reprehenſione neglexerim? cum ab exemplo Beatiſsimi Paſtoris, qui agendo longe melius, quam ipſe, aut quilibet alius ſcribendo politiſsimam muneris Epiſcopalis formam exprimat, futurum ſit, vt huius libelli corpus ſpiritum, & animam ducat? huc acceſſere amicorum cohortationes, qui cum ſemper non inutiles, tum vel maxime hoc tempore has lucubrationes meas Eccleſiarum moderatoribus hoc inaudito poſt hominum memoriam Chriſti Vicarij facto incitatis, vtiles fore cenſebant. Quare non inuitus & his ipſis, & temporum oportunitati facile aſſenſi. Vnum reliquum erat ſtatuendum, cuius in nomine eaſdem apparere vellem. Non erat ita in promptu vir, qui apud Paſtores omnes exiſtimatione, autoritate apud Pontificem hoc opuſculum in Paſtorum commodum prætextum, ad ſummi Pontificis exemplum in publicum prolatum tueretur. quamobrem eligendus videbatur, qui inter Epiſcopos virtute præſtaret maxime, inter Pontificiæ virtutis imitatores valeret plurimum. Ad aures iam diu venerat Cardinalem Aſculi, virum ob excellentem in omni genere virtutem, plurimarum rerum experientiam, grauiſsimorum cōſiliorum vim, rerum eccleſiaſticarum prudentiam, digniſsimum eſſe, quem omnes omnium ordinum homines certatim & colant, & obſeruent; imprimis vero, cui tanquam doctrinarum, ac laudandarum artium patrono ac parenti optimo ſtudioſi Muſarum Alumni ſuos ingeniorum fœtus conſecrare certent. quæ cum lætiſsimis animis accepiſſem continuo, licet ſacrarum diſciplinarum latices vix delibarim, incredibili tamen cupiditate moliendi aliquid, quo quaſi tributum Muſarum Principi ſoluerem, penitus exarſi. Quare ſimul atque in te vnum cogitationem defixi, & gratias egi maximas autori bonorum omnium, qui hoc opere abſoluto peropportunam diuturnæ meæ in te obſeruantiæ ſignificandæ occaſionem obtulerit; & ſublata omni dubitatione, in te vno,

A cui

cui fructus vigiliarum mearum crederem, conquieui. Quod eo etiam facio libentius, quod certo ſciam fore, vt tu, quæ tua ſingularis humanitas eſt, lætere vehementer, in qua olim vrbe doctrinarum tuarum ſemina ſparſiſti: ex eadem, tanquam non ingrato fundo, ad te potiſſimum meſſem aliquam deuenire. Accipies igitur hanc qualis qualis eſt, animi tibi deditiſsimi teſtificationem, cui quæcunque de perfectione deſunt, ſi cum ex refertiſsima officina ſapientiæ tuæ, tum ex admirabili Eccleſiæ vniuerſæ ſummi in terris Paſtoris gubernatione deprompta addideris, duplicem tibi a me gratiam deberi ſentiam, quod & muneris tenuitatem non reſpueris humaniſsimus, & auxeris ſapientiſsimus. Vale.

A 3 IN-

# Index capitum operis.

DE Epiſcopatu in ſe. Cap. 1. pag. 1
Quis in Epiſcopum eligi debeat, & qua forma Cap. 2. pag. 7
De poteſtate epiſcopi. Cap. 3. 8
De officio epiſcopi. Cap. 4. 30
De reſidentia Epiſcopi, & aliorum. Cap. 5. 35
De Viſitatione. Cap. 6. 39
De Regimine Epiſcopali, cura animarum, & de modo ſe habendi in ea. Cap. 7. 94
De Tranſlatione, & renuntiatione Epiſcoporum, & vt in eorum officio peccare poſsint. Cap. 8. 141

CARMEN
# NICOLAI INAMAE
ANANIENSIS
## EX COMITATV TYROLI
AD REVEREN. ET ILLVSTREM
D. LELIVM ZECCHVM.

*NON auro nitidum geſtamen nobile mitræ:*
*Inſula nec ſacra, aut Tyrio ſpectabilis oſtro*
*Magnifico veſtis: populis non dicere leges*
*Innumeris: ſacrarum in magnis vrbibus eſſe*
*Rectorem rerum, ſoliumue tenere ſuperbum,*
*Ireq; ſublimem procerum ſtipante caterua*
*Prælatum faciunt, aulæ aut longiſſimus ordo;*
*Aſt amor in Dominum ardens mens pia recta voluntas,*
*Has Ioue mens magno virtutes plena requirit*
*Prælati: miſerantem inopes: ſuccurrere rebus*
*Afflictis facilem: excubias egiſſe ſalute*
*Pro populi aſſiduas, & Chriſti paſcere verbo*
*Diuino vſq; gregem: inculpatæ illuſtria vitæ*
*Præbere exempla, atq; animi documenta modeſti*
*LELIVS eſſe docet perfecti hæc munera ZECCHVS*
*Prælati. Titulos veri qui præſulis ergo*
*Auguſtos gerere, & perſonæ pondera tantæ*
*Suſtinuiſſe velit, ſacrata volumina ZECCHI*
*Conſulat, & monitos diuinos mente reponat*

*Alta*

*Alta, priſca velut verorum oracula Vatum.*
*Sic referet patres natos melioribus annis,*
*Magnanimos atq; Heroas, quos aurea ſupra*
*Atria ſtellati virtus euexit olympi,*
*Ambroſios, Auguſtinosq; illuſtria cœlo*
*Nomina, & egregijs actis Nicolaum Alumnum*
*Vrbis præclarum pataræ, venerabile ſidus.*
*Luce noua ſic irradiante, fugabitur orbe*
*Impia nox omni terrarum, & triſtis Erinnis.*
*Aurea voluendis aſtris hinc ſecla redibunt:*
*Rite Dei hinc ſummum numen pietate coletur,*
*Atq; ſacris aris ſuperum imponentur honores:*
*Omnis & hæreſeos ſecta extirpata iacebit.*

# INDEX RERVM ET SENTENTIARVM.


## A

ANIMARVM valor quantus ſit, & quanti à paſtore faciendus. Cap.7 nu. 1. pag. 95
Animarum cura quid ſit, & vt paſtor teneatur ex peccato ſubditorum, & quando illos corrigere teneatur, vel non. d. c. n.3. pag. 98

## B

BEneficium eccleſiaſticum quòd dicatur. c.6. n. 10. pag. 46
Beneficiati qualiter viſitandi. d. c. n.18. pag. 62

## C

CAthedralis eccleſia quæ dicatur, & vt viſitanda. c. 6. n. 4. p.42. & numero 29. 63
Confraternitates qualiter viſitandę, & quæ ſic dicantur. cap. 6. num. 16. 36. pag. 49. 81
Concionatores habendi, & de quibus inſtruendi. cap.7. num. 18. 107
Confeſſariorum copia habẽda, & de quibus inſtruendi. d. c. num. 24. 109
Clerici vt ordinandi, viuere, & erudiri debeant. capitu. 6. num. 27. pag. 61. & cap.7. num. 26. pag. 109
Congregationes ſacerdotales qualiter habendæ. d. cap 7. num. 29. 112
Congregationes quæ introducendæ, & quid ibi agendum. d. c. n.34. 117
Confraternitates, ſocietates & loca pia quæ intro ducenda, & quòd eorum officium. d. cap. num. 35. pag. 118. & cap. 6 num. 15. 16. & num. 36. pag. 49. 81
Correctio & admonitio qualiter moderanda à paſtore. d. cap.7 nu.39. 130
Curata eccleſia quæ dicatur, & vt viſitanda. c.6. num.6. & 32. 43. & 72
Concionatores & confeſſores vt viſitandi & quæ ab ijs obſeruanda. c. 6. num. 14. & 35. pag. 48. & 81. & 7. n. 18. 24. pag. 107

## D

DIuina officia qualiter celebranda. cap.7. num. 15. 106
Doctrina Chriſtiana qualiter docenda. d.c. nu. 20. 107
Dignitates quæ dicantur, & vt viſitandę, & quòd eas obtinẽtium officium. c. 6. num. 9. & 29. ad fi. 45. & 65.

## E

EPiſcopi iure diuino ſunt inſtituti. cap. 1. num. 2. pag. 2.
Epiſcopi ſunt vt principes in cętu presbiterorum. ibid. num. 4. 4
Epiſcopi ſunt in ſtatu perfectionis. ibid. col. 2.
Epiſcopi quando iuriſdictionem habeãt in laicos. cap. 3. num. 6. 27
Epi quid poſſint circa beneficia. ibid.
Epiſcopi quę poſſint circa iudicia. d. c. 3. pag. 28. n. 8.


Epi-

Epiſcopi quæ ſoli poſſint ibid. num. 9.
Epiſcopus quibus nominibus appelletur ca.1.num.1 pag.1
Epiſcopus eſt maior ſimplici ſacerdote ordine,& iuriſdictione,ibid.n. 3. 3
Epiſcopo quid competat ratione ordinis vel iuriſdictionis. c.3. num.2. 8
Epiſcopo quæ à ſubditis debeãtur.d.cap. num. 2. 9
Epiſcopo quæ cauſæ reſeruentur, & qui caſus.d. ca.n.3.4. 11.& 17
Epiſcopus à quibus caſibus poſſit abſoluere & in quibus diſpenſare. d.nu.17.
Epiſcopus quid poſſit ſine capitulo , vel non. d.c. 3.n.10. 28
Epiſcopus qualiter viuere, & à quibus cauere debeat. c.4. n.1. 30
Epiſcopi ſuppellex & menſa qualis . d. c. num.2.3. 32
Epiſcopi familia qualis , & vt cuſtodienda. d.c. n.4. 32
Epiſcopus qualiter debet beneficia diſtribuere. d.c.n.5. 33
Epiſcopus quæ alia præſtare debeat. d.c. num.6.
Epiſcopus qualiter debeat reſidere vide reſidentia.
Epiſcopus qualiter debeat viſitare, & vt viſitandus.c. 6.per tot.& maxime quo ad.2. num. 39. 80
Epiſcopus charitate in Deum accenſus eſſe debet & quare. c.7. n. 5. 102
Epiſcopus qualiter debeat viſitare vide viſitatio.
Epiſcopus ad orationes recurat. d. c. 7. num.6. 102
Epiſcopus rectam habere debet intentionem,& quam. ibid. nu. 7. ead.pag.
Epiſcopus ſanctum ſui exemplum prebere debet, & quare. d.c. n. 8. 103
Epiſcopus prius amore , tum timore animas curare debet. d.c. n 9. 104
Epiſcopus fortis animo & circumſpectus eſſe debet. d. c. n. 10. 104
Epiſcopus ab alijs curis ſe iunctus eſſe debet & quibus. ibid. num. 11. pag. ead.
Epiſcopus familiaritatem ſubditorum euitet. d.c. n.12. 105
Epiſcopus quæ curare debet.d.cap.num. 13. pag. ead.
Epiſcopus qualiter in fine correctionis aliorũ ſe habere debeat.d.c.nu.40.140
Epiſcopatus diuiditur in ſex claſſes. ca.1. num.7. 5
Epiſcopatum an appetere liceat vel recuſare. d. c.n.7. 6
ad Epiſcopatũ quis elegendus ſit, & qua forma. c.2. n. 1. 7
Epiſcopatus quomodo amittatur. cap.8. num. 1. 141
Epiſcopus in quibus peccare poſſit. d. c. num. 2. 142
Eccleſiæ qualiter cuſtodiende, & in ijs verſandum. c. 6. n. 24. pag. 54. & c. 7. num.14. 105
Edicta quę ab Epiſcopo ſint emitẽda.c.7. nume.36. 123

## H

HOſpitale quod dicatur , & quotuplex,qualiter viſitandum,& adminiſtrandum , & quæ introducenda. c.6.num.15.& 36.p.48.& 81.cap.7. nu. 35. pag.122

## I

INſtructiones communes quæ ab Epiſcopo tradendæ. c.7.num.38. pag.99

## L

LEctio ſcripturæ vel Theologiæ,& caſuũ vbi habenda.cap.7.nu.19. 107
Litteræ paſtorales quæ ab Epiſcopo , & quando ſint emittendæ. d.c. num. 37. pag.127

## M

MOnaſteria virorum qualiter viſitanda, & quid in ijs obſeruandũ. c.6. nu.33. 75
Moniales quæ obſeruare debent, & qualiter viſitandæ.d.c.num.34. 78

## O

ORatorium ꝙ dicatur & qualiter viſitandum.c.6.nu.8.32. 44.72
Oratorium introducendum , & quid ibi agendum.c.7.nu.23. 109
Oratio veſpertina vt pulſanda , & quid ibi agendum.c.7.nu.22. 108
Officia diuina qualiter celebranda . cap. 6.nu.29.p.63. & cap.7.nu.15. 106

## P

PAſtor quomodo teneatur pro peccatis ſubditorum,& quid agere debeat declaratur.c.7.nu.2. 96
Paſtor in exercitio regiminis,quomodo ſe habere debeat declaratur.d.c.nu.3. vſq; ad 13.incluſiue. 98.cum ſeq.
Parochialis eccleſia quæ dicatur, & vt viſitanda.c.6.nu.5.& 31. 43.& 67
Parochus quomodo teneatur ad correctionem iudicialem ex commiſſione , & quid ibi agendum.c.7.n.4. 101
Proceſſiones qualiter habendæ . d. cap.. num.16. 106
Præfectus monialium, & alij conſtituendi, & ꝗ ſit eorum officium . d.c.nu.33. 117
Populus quæ obſeruare & a quibus cauere debet,& qualiter viſitandus.c.6.nu. 37. 83

## R

REſidentia quid ſit, & vt quis dicatur reſidere, quæ requirantur. cap.5. num.1. 34
Reſidere quis teneatur,& quomodo.d.c. num.2. 34
Reſidere quo iure epiſcopus, & paſtor tenetur. d.cap. num.3 35
a Reſidentia an & quando paſtores excuſentur. d.cap.num.4. 36
a Reſidentia excuſatus quæ præſtare debeat. d.cap. num.5. 37
Reſidentiã omittentes vt peccẽt, & quas pœnas incurrãt,vel non,d.c.nu.6. 38
Reliquiæ vt cuſtodiendæ & exponendæ. c.6.ſub num.24.pag.55. & cap.7.nu.21 pag. 110
Religiones quæ introducendæ. d.c.7.nu. 25 109

## S

SAcramenta qualiter cuſtodienda , & miniſtranda. c.6.nume.24. & 31.pag. 55.67.& c.7.nu.17. 107
Salutatio Angelica quando pulſanda , & oratio veſpertina,& quid ibi præſtandum.d.c.nu.22. 108
Seminarium erigendum, & vt clerici inſtituendi.d.c.nu.27. 111
Sinodus diœceſana agenda & quomodo, & quid ibi agendum. d.c.nu.31. 115

## V

VIcarij foranei cõſtituendi, & quòd ſit eorum officium.c.7.nu.28. 112
Vicarij foranei quæ curare debent. d.ca. num.30. ead.
Vicarius generalis cõſtituendus , & quid agere debeat.d.c.nu.32. 110
Viſitatio vt accipiatur,& quid ſit.c.6.numero 1. 40
Viſitari quis poſſit . d.c.nu.2. ead.
Viſitari qui poſſint.d.c.nu.3. 41
Viſitare poteſt epiſcopus cathedralem , & collegiatas eccleſias,& quæ tales dicantur . num.4.
Viſitare poteſt epiſcopus parochiales eccleſias,& quæ dicantur tales.nu.5. 43
Viſitare poteſt epiſcopus curatas eccleſias,& quæ tales dicantur.nu.6. ead.
Viſitare poteſt Epiſcopus eccleſias ſine cura,& quæ dicantur tales.nu.7. ead.
Viſitare poteſt Epiſcopus oratoria,& quę ex his non.num.8. 44
Viſitare poteſt epiſcopus dignitates , & quæ ſic dicantur. nu.9. 45
Viſitare poteſt Epiſcopus omnia beneficia eccleſiaſtica, & quod tale dicatur. num.10. 46
Viſitare poteſt Epiſcopus clerum vniuerſum. num.11. ead.
Viſitare poteſt epiſcopus monaſteria monialium,& quomodo,ac in quibus nõ. num.12. ead.
Viſitare poteſt Epiſcopus monaſteria virorum,& quando non.nu.13. ead.
Viſitare poteſt Epiſcopus lectores Theologiæ , & ſcripturæ concionatores , & confeſſores.num.14. 48
Viſitare poteſt epiſcopus Hoſpitalia , & quæ non,& quæ talia dicantur . num. 15. ead.

Viſi-

Viſitare poteſt epiſcopus confraternitates,& quæ tales dicantur,& quas non, num.16. 49
Viſitare poteſt epiſcopus capellas militarium.num.17. 51
Viſitare poteſt eps carceres.nu.18. ead.
Viſitare poteſt Epiſcopus populum ſibi commiſſum.nu.19. ead.
Viſitare quid poſſit Archiepiſcopus. nu. 20. eadem.
Viſitare quid Papa poſſit.num.21. ead.
Viſitator quid præparare debeat,quidve viſitatus. num.22. ead.
Viſitator quo comitatu viſitet,& qua forma ſit recipiendus. num.23. 53
in Viſitatione Eccleſiæ in genere, ꝙ obſeruanda.num.24. 54.cum ſeq.
Viſitationis decreta cuius expenſis ſint expedienda,num.25. 60.
Viſitator quomodo decreta regulare debeat. num.26. ead.
in Viſitatione perſonarum eccleſiaſticarum,quæ attendenda.num.27. 61
in Viſitatione beneficiatorum in genere quæ obſeruanda.num.28. 62
in Viſitatione cathedralis,quæ obſeruanda,num.29. 63.cum ſeq.
in Viſitatione collegiatæ,quæ attendenda.num.30. 67
in Viſitatione parochialis,quæ obſeruanda,& item circa officium parochi,nu 31. p.ead.cum ſeq.
in Viſitatione eccleſiæ ſine cura, & oratorij,quid attendendum.nu.32. 72
in Viſitatione monaſteriorum, quid attendendum. num.33. 75
in Viſitatione monialiũ, quid obſeruandum.numero 34. 78
in Viſitatione lectorum,cõcionatorum, confeſſorum,& præceptorum,quę obſeruanda.num.35. 81
in Viſitatione hoſpitalium,montium pietatis confraternitatum,quæ obſeruanda.numero 36. ead.cum ſeq.
in Viſitatione populi, quæ attendenda. num.37. 83
Archiepiſcopus Viſitator quæ obſeruare debet. num.38. 85
Legatus, Vel apoſtolicus viſitator viſitans, quæ attendere debet. num. 39. pag. 86. cum ſeq.
Viſitator vt procedat contra impedientes viſitationem. n. 40. 88
Viſitatori quæ expenſæ debeantur,à quibus & qua limitatione & quando nõ. num.41. 89
Viſitationis effectus quis ſit.n.42. 92
Viſitatores conſtituendi, & ꝙ eorum officium. c.7. num.33. 116

FINIS.

## Alia errata ſic corrigenda.

Pag. 40.lin.6.ſaltem quo ad pœnam damni,licet non quo ad pœnam ſenſus (delendum) p.137.c. 1.lin.15.habeant,fleant p.138.c.1.l.1.lectetur,lectatur p.141.c.1.l.1.Gregor,grege ibid.c.2.l.32.potuerunt,poterunt p.142.c.1.l.34.de,vel p.143.l.34.poteſtatem,ętatẽ.ibid.l.6. tollatione,collatione.



# TRACTATVS DE STATV ET OFFICIO Reuerendiſs. Epiſcoporum.

LAELII ZECCHI CANONICI Brixienſis.

## De Epiſcopatu in ſe. Cap.I.

### SVMMARIVM.

*Epiſcopus quibus nominibus appelletur.num.1.*
*Epiſcopi iure diuino ſunt inſtituti. num.2.*
*Epiſcopus eſt maior ſimplici ſacerdote ordinis poteſtate & iuriſdictione. num.3.*
*Epiſcopi ſunt vt principes in cetu presbyterorum. num. 4.*
*Epiſcopi ſunt in ſtatu perfectionis. num.5.*
*Epiſcopatus diuiditur in ſex claſſes. num.6.*
*Epiſcopatum an appetere liceat,uel acceptare,vel recuſare.num.7.*

TANTA eſt Epiſcopalis dignitatis eminentia & celſitudo; & hoc prędictorum honore, tam multiplex poteſtas cura & officium, vt vix cogitatione concipi, nedum verbis eloqui liceat quid ad hanc dignitatem pertineat, Vnde ego omnium Teologorum,& Iuriſtarum minimus, balbutiendo magis, quam explicãdo, aliqua de hac re in medium afferam, vt ſi non omnia, quæ huc ſpectant, attigero, ſatis mihi ſit, ſi in tanta re, penicillo ea aliquantulũ adumbrauero, cultioribus ingenijs huius rei explicationem exactam relinquens; ꝙ mihi attigiſſe poſſe eſt viſum, ſi ordine quodam, de hac re pertractauero. Primo nempe loco agendo de Epiſcopatu in ſe; Secundo qui eligi poſſint in Epiſcopos, à quo, & qua forma; Tertio de eorum poteſtate; Quarto de ipſorum officio. Quinto de eorum reſidentia. Sexto de viſitatione per ipſos faciẽda. Septimo de regimine epiſcopali, cura animarũ, & de modo ſe habendi in ea. Octauo de eorum tranſlatione, & renunciatione, & quomodo in eorum officio peccare poſſint.

Et vt a primo exordium fiat, in eo ſunt plura videnda; primo de nomine Epiſcopi; ſecundo de eius origine & dignitate; tertio de eius perfectione. quarto de epiſcopatuum diuiſione. quinto an epiſcopatũ appetere liceat vel recuſare. Quo ad primum dicendum eſt Epiſcopi nomen deriuatũ eſſe à ſpeculor, vel ſuperintendo, eo ꝙ ſuperintẽdere debeat gregi ſuo: vt habetur Act. 20. Attendite vobis & vniuerſo gregi ĩ quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiã Dei, quã acquiſiuit ſanguine ſuo, & eſt is q curam actuum in ſacris diſpiciendorum, & diſciplinę eccleſiaſticæ emendandæ & conſeruãdæ ſollicitudinẽ ſuſcepit. c. cleros. 21. diſt. c. 1. 18. q. 1. ſic dictus à verbo Græco epi, ꝙ eſt ſupra & ſcopi vel ſcopos, ꝙ eſt intendere, [Epiſcopus quibus nominib. appelletur.]

quia ſuperintẽdant clericis & laicis ſibi commiſſis. c.qui epiſcopatum. 8.q.1.& d.c.cleros.vbi etiã dr̃ ſpeculator, eo ꝙ ipſius ſit vitam & mores ſubditorum ſpeculari, alias ſi in hoc negligẽs exiſtat,grauiter peccat.c.qui nec.2.q.7.ſecundo dicitur preco. c.ſit rector.44.d. vt annuntiet populo ſcelera eorum.Iſ.58.tertio habet officium ducis c.poſt tranſlationem de renunt. vt rectum iter ſubdito oſtendat, ne ambo in foueam cadant.ca.cum ſit.de ęta.& qual,c.quę ipſis.38.diſt.Luc.6.c.originaliter.de conſec.diſt.4.quarto habet officium magiſtri, cum regimen animarum ſit ars artium.ca.pen. de æt.& qual.ergo recte docere debet,nec mutus eſſe.Iſ.56.quinto habet officiũ paſtoris.c.ne pro defectu. de el.vt ſic paſcat ſacramentis. c.panis.de conſ.diſt.2.ac verbo & exemplo.Io.vlt.ca.diuinis.25.q.1.c.ſolitæ.de maior. cap.multi.2.q.1.c.quoniam.16.q.1.c.ſi peccauerit.2.q.1.cap.ſiguificaſti.de el.ſexto habet officium præfecti vigilum,vt ſic caueat a negligentia cum pretioſiſſima omnium animæ ſint ei commiſſę, & culpa eius ſit ſi oues auferantur, & ipſe neſcit.ca.pen. de reg.iur.l.2. ff.de off præf.vig. ſeptimo habet officiũ nutricis,vt ſic lac paruulis præbeat. cap. Deus qui. parag.apoſtoli. de pœnit.d.1.octauo habet officium medici,vnde caute infundere debet vinum & oleũ in vulnus infirmi.c.diſciplina.45.d.ca.omnis.parag. ſacerdos autem.de pœnit. nono habet officium aduocati, vt oret pro populo ſibi commiſſo. c.quia ſacerdotes.10.q.1.c.ipſe.1.q.1.c.ſi.36.diſt. decimo habet officium militis armati, cuius tamẽ arma ſunt lachrymę & orationes.parag.1.23.q 8.& ca.1.& 2.eo.vndecimo habet officiũ gladiatoris,cuius mucro eſt excõica. c.viſis.16.q.2. duodecimo agricolæ, vt euellat,ædificet,diſſipet, & plantet. c.ſolitæ.parag.potuiſſes.de maior.vt ſic corrigat,& informet.decimotertio correctoris.c.tranſmiſſam.de el.c. qualiter.2. de accuſ. vt ſic corrigat peccantes, quorum officiorũ Deo rationem eſt redditurus.vt d.Hoſt.iu ſumma. de el. num.31.dicitur etiam angelus. Apoc.2.1. Cor. 11. quia mittitur vt nuntius prædicaturus verbum Dei mons. Pſal.71. vt oſtendatur eius firmitas. Bos ex Ap.d.non alligabis os boui triturãti.1.Cor.9.& ad oſtendendũ laborem quẽ ſubire debet; pontifex quaſi pontem ſe faciens inter Deum & populum,vt Bern.d.ep.42. cuſtos ciuitatis, ſponſus eccleſiæ, columna eccleſiæ,legatus Chriſti,lapis ſanctuarij,vt dicit Greg.in paſt.2.p.c.7.ad oſtendendam eius diligentiam & fidem. Quo ad ſecundum dicendum eſt epiſcopos iure diuino inſtitutos eſſe,licet diœceſum diſtinctio, & perſonarum ordinatio quibus epiſcopatus munus eſt demandandum, iure humano inducta dici poſſint.vt d.Barbat.trac. de Card.q.1. Gig.de penſ.q.2.Berous. in c.cum veniſſent.num.25.de iudic.tenent enim locum Apoſtolorum, quos Dominus in vniuerſum orbem miſit ad docendos & ſanandos homines. ca.in nouo.21.d.c.legimus. diſt.94. & diffinitur in Conc.Trid.ſeſſ.23.ca.4.eos loco Apoſtolorum ſuccedere,& ibid.can.6.anathema decernitur in aſſerentes hierarchiam eccleſiaſticam, quæ conſtat epiſcopis, presbyteris, & Diaconis nõ eſſe diuina ordinatione inſtitutam.

Epiſcopi iure diuino ſunt inſtituti.

idem ſentit Leo Papa ep.66.ad epiſcopos Gallię, & Germanię, & Damaſus ep.de corepiſcopis.Beda li.3.ſuper Lucam.c.15.Vrb. Papa ep. de cõmuni vita & oblatione fideliũ. Anacletus Papa ep.de Patriarchis & primatib.Hieron.ſuper c.1. ad Tit. Ratione probatur,nam Apoſtoli erant primo Chriſtiani,ſecundo ſacerdotes, tertio ſummi ſacerdotes, quarto ſummi in toto orbe terrarum, hoc vltimum ſoli Petro erat ordinariũ, & ideo in hoc illi ſolum Papa ſuccedit,in alijs Apoſtolis erat quaſi extraordinarium & delegatum, vnde in hoc epiſcopi Apoſtolis non ſuccedũt,vnde licet omnes Chriſtiani ſuccedant Apoſtolis, quatenus Chriſtiani, & omnes ſacerdotes vt ſacerdotes,ſoli tamen epiſcopi eis ſucce

dunt



dunt vt ſummi ſacerdotes, in tota eorum ordinaria poteſtate, ꝙ & praxi probatur,nam Apoſtolo Iacobo ſuccedit epiſcopus Hieroſolymæ, Ioãni epiſcopus Epheſinus. & habetur locis alleg.& in Concil. Neoceſar. can. 13.& per Damaſc.ep.4. de correpiſc.Hiero. ep.ad Marcellam de erroribus Montani.Leon. ep.88.Aug.in Pſ.44.qui omnes affirmant epiſcopos Apoſtolis ſuccedere,ꝙ & ante figuratum fuit in lege veteri.Nam Aaron erat ſummus ſacerdos filij minores. Exo.19.qui ideo habebat ornamenta diſtincta à minoribus,& ſolus intrabat Sancta Sanctorum,ſolus celebrabat feſtum expiatio

3 nis.Leuit.6.Heb.9.vnde cum tãta fuerit differẽtia in l.veteri inter ſacerdotes, & omnia ibi in figura contingerent. 1.Cor.10. conſtat etiam in lege noua diuerſitatem inter eos a Chriſto inſtitutam; ex quibus patet,ꝙ epiſcopus maior eſt presbytero ſimplici ordinis poteſtate, & iuriſdictione, & ꝙ in cetu presbyterorum non eſt vt conſul in ſenatu, ſed vt Rex inter cõſiliarios: Ordinis enim poteſtate conſtat iure diuino epiſcopum eſſe maiorem presbytero, nã ſolus epiſcopus poteſt ordinare presbyteros,& ſic generare patres eccleſię,ſacerdotes vero ſolum filios eccleſiæ generant baptizando, vt habetur 1.Timo 4.vbi epiſcopo Timoteo ſcribens.d.noli negligere gratiam quæ data eſt tibi cum impoſitione manuum presbyteri, & ſic intelligit Epiph. adu. Arrium.Dam.ep.3.cõcil.Antioch.c.10.Ancir.can.12.Epiph. hær.75.Chryſ.Teoph. Teod. in c.1.ad Timot.Hier.epiſt.85. ad Euagrium.& Leo epiſ.88.nec eſt vnquam auditum ꝙ presbyteri diaconos, vel presbyteros ordinarint, imo irritum habetur qui id feciſſent qui veri epiſcopi non erant.vt d.Greg.3.ep. ad Bonif. & Damaſc.epiſt.prædicta.ſecundo nam ſoli epiſcopi vt ordinarij miniſtri ſacramentum Confirmationis poſſunt conferre templa & altaria conſecrare, vt d.Leo ep.ad epiſcopos Germ. & Galliæ.Damaſ.ep.3.de corepiſcopis.& ante eos Dioniſ.cap.4 & 5 eccl.Hier.vbi d.ſolum epiſcopum diuina ordinatione chriſma cõficere,& Act.8.patet ſolos Apoſtolos, quibus epiſcopi ſuccedunt miſſos ad confirmandum baptizatos. Quo ad ſecundum patet iuriſdictione epiſcopos ſacerdotes pręcellere, quòd in figura eſt monſtratum in lege veteri, vbi erant diſtincti hi gradus pontificis, ſacerdotum, & Leuitarum; primus enim alijs erat maior, & ſic de alijs, vnde & eorum conſecrationes veſtes ac officia erant diſtincta. vt patet Exod. 28.40. Leuit.8.Num.3.4.20.& ꝙ iuriſdictio apud ſolum pontificem eſſet,patet Deute.17. at epiſcopi hic ſunt pontifices ibi, ꝙ presbyteri hic ꝙ ibi minores ſacerdotes,Diaconi noſtri,ꝙ illorum Leuitę, vt d Dam.ep.2.de corepiſcopis. Hier.ep.85.ad Euagr. Leo ep.88. ad epiſcopos Germ.& Galliæ.& habetur in cõcil.Hiſpalen.2.cano.7.ergo cum ratio nulla ſit vt ibi maior diſtinctio fuerit, ſequitur ꝙ epiſcopi in eccleſia iuriſdictione presbyteros antecellant. ſecundo probatur, nam epiſcopi apoſtolis, presbyteri 72.diſcipulis ſucceſſere. vt patet ex Conc. Neoceſar. can.13. Damaſ.ep.3.de chorepiſcopis. Anacl. ep.2.Hier.ep.ad Marcellam.de erroribus Montani.Aug.in Pſ.44.Leo ep.88.Iſid.lib.2.de diu.offic.Bed.in c.10. Luc.ergo ſicut apoſtoli diſtabant à 72. diſcipulis,ſic epiſcopi a presbiteris,apoſtoli enim dignitate eos præcedebant,nã domini apoſtoli erant tantum 12.& eos dominus apud ſe ſemper fere habebat, & priuatim inſtituebat,72.vero inſtituit. Luc.10.& ſolis apoſtolis dixit,ſicut miſit me pater, ſic ego mitto vos. Ioã.20.& ſublato Iuda electus eſt Matthias qui ante erat ex numero 72. Act.1.probatur etiam Matth.24. Fidelis ſeruus, ꝙ intelligit de epiſcopis. Ilar.ibi & alij.& Act.20.attendite vobis,&c.præterea tempore Apoſtolorũ presbyteri epiſcopis erant ſubiecti. 1.Tim.5.ꝙ probat,& Ignat.ep.ad Philadelphios. Clemen.etiam can.40.ap. vbi mãdatur presbyteros & diaconos

Epiſcopus eſt maior ſimplici ſacerdote ordinis poteſtate & iuriſdictione.

nil agere debere ſine epiſcopo. & Dio
niſ.c.5.eccl.hier.& Iren.lib.3.cap.3. &
4 Tert.li. de bapt. quo ad tertium quòd
Epiſcopi non ſint vt cõſules, ſed prin-
cipes in cetu presbyterorũ, probatur
ex apo.ad Timot.cit.Clemente. Iren.
Tert. & ex Concilijs quę a ſolis epiſco
pis ſunt celebrata, vt teſtatur Euſeb.
lib.5.hiſt.c.23.& 25. at in concilijs ma
xime exercetur iuriſdictio cum ibi fe
rantur leges communes & pænæ præ-
uaricantibus. Vltimo nam presbyteri
ſepe ab epiſcopis ſunt excõmunicati
nunquam cõtra.vt patet Conc.2.Car-
tag. can. 9. & etiam quia epiſcopi ha-
bent thronũ vel ſolium in eccleſia, ꝙ
eſt poteſtatis inditium, vnde & dicun-
tur a patribus imperare principũ mo-
re, vt d. Chriſ.li. de ſacerdotio. Amb.
lib.de dignitate ſacerdotali. Naz. orat.
ad principem iraſcentem. Ex quibus
omnibus patet epiſcopum eſſe presbi
teris maiorem, & maximę in eccleſia
poteſtatis & dignitatis, vt d.Bellarm.
de clericis.li.1.ca.14.& ob eorũ etiam
dignitatem dicit lazius, in Italia, &
alibi epiſcopos ſacros ſucceſſiſſe in lo
cum adminiſtrantium prouincias, vt
d.lib.2.Reip. Rom.c.2. & nomen præ-
ſulis ꝙ epiſcopis tribuitur erat pro-
prium præſidum prouinciarum, vt d.
Caſſiad. lib.3.var.ep.ijs etiam deman
data eſt vota annonæ ne iuſto pretio
vendatur. l.3.C.de epiſ. aud. & refert
Caſſiad.lib.9.var.ep.5.& hodie in Gal
lia & Germania multi epiſcopi ob eo-
rum dignitatem & dono principum,
habent dominium temporale etiam
in laicos, quorum ipſi ſunt principes
tẽporales, & olim presbyteros & dia-
conos Cardinales dignitate pręcelle-
bant, & ante illos in cõcilijs ſubſcribe
bant, vt eſt dictum. C. de Cardinalib.
In cuius dignitatis ſignũ traditur epi-
ſcopo baculus, vt virga Moiſi & Aarõ,
Exo. 4. papa tñ eo caret ad ſignifican-
dũ eum a nullo homine, ſed a Deo re-
cipere poteſtatẽ.c.1. vbi gl.§.fi. de ſac.
vnct. baculus vero epi eſt vnctus more
Romano vt ea poteſtate moroſi.i.gẽ-
tiles in eccleſiã introducantur, & pec-
cantes inuiti ad mentem redeant. vt
ibi d.gl. pen. eſt etiam incuruus vt nõ
lædat oues, ſed eas in viam redire ſine
læſione cogat, datur & ei annulus vt
ſponſo eccleſiæ qui ob id cũ eccleſia
ſua contrahit matrimoniũ ſpirituale,
vt ab ea ſine licentia papę ſepararí nõ
poſſit.c.ſicut vir.7.q.1.& dixi ſupra, c.
de poſtul. & tranſl. Mitra ẽt ei traditur
bicornis, vt ſcientiã vtriuſq; teſtamen
ti ſuum eſſe ornamentũ exiſtimet, &
ali quo modo populo metuendus ap-
pareat, vt & Moiſes cũ de monte faciẽ
cornutã detulit. Exo.34. conceduntur
& ei ſandalia in pedibus quæ vigilan-
tiſſimã curam gregis oſtendunt, & ve-
ſtis linea ſumma puritatem indicans,
& chirotecæ manus ab omni cõtagio-
ne mundandas præ ſe ferentes, & ſu-
perhumerale charitatẽ ſignificãs quæ
omnibus virtutibus præeminet, & in
qua tãquam in capite virtutes omnes
connectuntur. 1. Cor.13.& dictum eſt
ſupra tr.de virtutib.de quorum ẽt in-
dumentorũ miſtica ſignificatione ha-
betur infra in tr.de Miſſa. vbi prædicta
cũ ornamentis ſacerdotalib. plene ex
ponuntur, & hæc de epi origine & di-
gnitate, in quo ẽt videri poterũt quæ
dixi ſupra de ſtatib. in cõi. vbi per mul
ta exempla oſtendi in quãto honore
apud oẽs gentes pontifices habiti ſint.
Quo vero ad epiſcopatus perfectionẽ
certum eſt epos eſſe in ſtatu excellen-
tiſſimo perfectionis, nam eporum eſt
perficere, vt d. Dioniſ.c.5.eccl. hier. er
go debent perficiendos præſtare, vt a-
gens paſſum, ſecundo epi ſuccedunt
apoſtolis, vt ſupra eſt probatũ, at apo-
ſtolis fuerũt 4. collata a Chriſto q̃ de-
notant eorũ perfectionem, primo pro
teſtatio ne quid acciperent in via, niſi
virgam tm̃.i.ſtipẽdia tẽporalia, Marc.
6. vt ibi exponit Aug. 2. claues eis datę
in iuriſdictione & adminiſtratione ſa
cramentorũ. Mat.16.3. flatus Spũs ſan-
cti in remiſſionẽ peccatorum. Ioã.20.
ita vt vice Dei peccata remittãt, vt ibi
d.Greg.4. diſperſio linguarũ in prædi-
catione euãgelij. Act.1. q̃ linguæ ſigni
ficant charitatẽ Dei & proximi, vt is
non

Epiſcopi ſunt vt prĩcipes in cętu presbyterorum.

Epi ſunt in ſtatu ꝑfectionis.



non ſuſcipiat officiũ prædictum qui
charitate non eſt pręditus. vt d.Greg.
quæ oĩa ſunt perfectorum, ergo epi
qui Apoſtolis ſuccedunt ſunt in ſtatu
perfectionis, licet non emittant votũ
paupertatis, niſi in animi ꝑparatione,
vt.ſ.ſint pauperes ſpiritu, & egẽtib. de
bonis ſuis ſubueniãt, in alijs vero apo
ſtolis ſuccedãt, & ſic ſunt in ſtatu perfe
ctionis. vt d.D.Tho.2.2.q.164 art.6.&
Anch.q.103.ar.1.& ẽt quia ſe ex chari
tate Dei periculis exponunt, ꝙ eſt
ſummę charitatis. vt ibi d.ar.2. nec tẽ-
poralium ſuſceptio diminuit de eorũ
perfectione ſi ad illa affectũ non extẽ-
dũt, ſed ijs pauperibus ſubueniunt, ꝙ
eſt charitatis opus. vt ibi d.ar.3. ſi.n. ſu
perfluis pauperib. non ſubueniãt, deci
dũt ꝑſonaliter a perfectione, licet nõ
a perfectionis ſtatu in quo ꝑ ſupra di-
cta poſiti ſunt, vt ibi d.ar.5. Quo vero
ad diuiſionẽ epiſcopatus, diuidit̃ epi-
ſcopatus in ſex claſſes corepiſcopos,
epiſcopos, Metropolitanos, vel Archi-
epiſcopos, primates, patriarchas, &
Romanum epiſcopum, qui omnium
eſt ſummus, & princeps totius Eccle-
ſiæ, cum ex facto Petri qui ibi ſedem
epiſcopatus tenuit vſque ad mortem
domini iuſſu, effectum ſit vt Roma-
nus epiſcopus ſit caput omnium epi-
ſcoporum, & totius eccleſię ſicut Pe-
trus eius caput a Chriſto fuit conſti-
tuus, & Papa eſt Petri ſucceſſor, vt di-
ctum eſt cap. de ſtatu papę. & tract. de
Romano Pontif. Tomo primo. Cho-
repi dñr qui erant epis inferiores, &
presbyteris maiores, & erant vicarij
epi in aliquẽ locum diœceſis miſſi, vt
d. Damaſ. ep.4. quorum officium erat
cõe epis fere in oĩbus excepto ꝙ alta-
ria erigere non poterãt, nec eccleſias
conſecrare, nec per impoſitionem ma
nuum fidelib. baptizatis, vel hæreticis
conuerſis paraclitum dare, nec chriſ-
ma conficere, nec baptizatorum fron
tes chriſmate ſignare, nec p̃sbyteros
& diaconos ordinare, nec publice pę-
nitentem in miſſa reconciliare. capit.
quamuis. 61. diſt. & probatur in Cõc.
Ancir. can.12. Antioch. can.10. Hiſpal.
2.can.7. ex Damaſ.ep.3. Leo epiſt.86.
alias 88. & Ioanne 3. in ep. ad epiſco-
pos Germ.& Gallię. & hi degebant in
villis vt fere hodie parochi faciũt, vn-
de & dicuntur chorepiſcopi quaſi vil-
larum epiſcopi, vt d.Dam.d.ep.3. & vt
vicarij epiſcopi, vt d.Concil. Neoceſ.
can.13. & Antioch. cano.8. nec etiam
poterant ordinare ſubdiaconos, ſi e-
rãt chorepiſcopi, id eſt presbyteri ſim-
plices in pagis conſtituti, ſi enim erãt
epiſcopi veri & conſecrati, & tamẽ di
cebantur chorepiſcopi, quia nõ habe-
bãt propriam eccleſiam, ſed in aliena
miniſtrabant, ſic de licẽtia epiſcopo-
rum dięceſis, poterant etiam presby-
teros ordinare, vt d.Bellarm. de cleri-
cis. lib.1.cap.16. prędicti vero chorepi
ſcopi ſimplices presbyteri in pagis cõ-
ſtituti ab aula receſſere. c. eccleſia. ca.
quamuis. & c. chorepiſcopi. 68. diſtin.
Epiſcopi ſunt qui vni dięceſi præſunt,
quæ dicitur diæceſis quaſi adminiſtra
tio ciuitatis vel dięceſis, a qua admini
ſtratione populi diœceſanus epiſco-
pus eſt dictus, qui eſt prępoſitus eccle
ſiæ Dei vt ei bene pręſit. c. ſcire debes.
7.q.1.ca. cum non liceat. de præſcript.
epiſcopatus.n. non ſtatim ab initio fa-
ctæ ſunt dięceſes, ſed creſcente Chri-
ſtianorum numero; primum enim a-
liquæ eccleſiæ factę ſunt ſub curioni-
bus, tum ſub Abbatibus, & ex his fa-
cti epiſcopatus. a principibus dotati
concedentibus ſummis pontificibus,
qui & ex epiſcopatibus conſtituere
Archiepiſcopatus, & ex alijs Eccle-
ſijs epiſcopatus, & ſedes epiſcopalis
quandoque alio tranſlatæ. vt dicit
Rhen. libro ſecundo rerum Germa-
norum. Martial. Cromer. libro ſe-
cundo de rebus Polon. & libro deci-
motertio. Krant. libro ſecundo ca-
pitulo decimoquarto, decimoquinto.
capit. Saluator. de præbend. in extra.
comm. & probat Anacletus epiſtola
ſecunda, & de his epiſcopis in præſen-
ti eſt ſermo. Primates ſunt maiores
Archiepiſcopis, minores Patriarchis,
& ab Archiepiſcopis ad illos appella-
tur, capit.1. nonageſima nona diſtinct.
qui

Epiſcopatus diuiditur in ſex claſſes, & quomodo

qui ſunt Aquileienſis in Italia, Cãtuarienſis in Anglia, Lugdunenſis in Gallia, Toletanus in Hiſpania, & ſolent præfici tribus Archiepiſcopis, ſicut Reges tribus ducibus, & ideo regibus æquiparatur, vt d.Spec.in prohem. rer. diu.offi col.4, Metropolitanus dicitur a mẽſura ciuitatum, in quaque.n.prouintia debent eſſe ſaltẽ decem ciuitates & totidem epiſcopi. c.cleros.21.d. & quandoq; confunditur cum Archiepiſcopo, Archiepiſcopi vero dicuntur principes epiſcoporum, qui decẽ vel plures epiſcopos habent ſubiectos.nõ enim minor numerus requiritur ad prouintiam conſtituendam. c.ſcitote. 6.q.1. qui pallio vti & crucem ante ſe geſtare poſſunt in omnibus locis ſuæ prouintiæ etiam exemptis. Clem.Archiepiſcopo.de priuileg.& ibi ſolenniter benedicere, & ẽt ſolenniter celebrare, & alia peragere de quibus ſup. c.de Archiepiſcopis eſt actum; patriarchæ ſunt epiſcopis maiores & Archiepiſcopis, ac primatibus, in aliquib. regnis vel imperijs, epiſcopis, & Archiepiſcopis præpoſiti, de quibus ſupra eſt dictũ. c.de patriarchis. Epiſcopus Romanus eſt Põtifex Maximus, qui ideo dicitur Romanus epiſcopus, quia eſt ſucceſſor Petri qui fuit Romæ epiſcopus, cuius epiſcopatus eſt erectus in monarchiã & præſulatum totius orbis. vt eſt probatum Tom.1.tract.de Rom. Pontif.& ſupra ca.de ſtatu papæ.

7 Epiſcopatum an appetere liceat, vel acceptare & quomodo, & q s.

Quo ad quintum notandum ex D. Greg.in paſtorali, c.1. ꝙ imperiti non debent ſuſcipere onus magiſterij, contra quos Dominus per Eſ.6. exclamat d. ipſi paſtores ignorauerunt intelligẽtiam; & Hier.2.& 1.Cor.14. Si quis ignorat ignorabitur, ne cęcus cęcum ducens cum illo in foueam ruat, Matt. 15.Nec etiam regimen ſubire debent qui lecta opere non perficiunt, vt habetur Ezech.34. cum ipſi limpidiſſimam aquam biberitis, reliquam pedibus veſtris turbabatis, cum male viuẽdo meditata bene corrumpunt, vt ibi d.cap.2. regiminis ſiquidem ſuſceptio multis eſt ſubiecta periculis, cũ in eo & aduerſa deſpicienda ſint, & proſpera formidanda, & tamen ſepe contrarium euenit, vt in aduerſis prematur ſub diſciplina, & in ꝓſperis intumeat, vt ibi d.c.3.& quia ſepe occupatio regiminis ſoliditatem diſſipat mentis, vt ibi d.cap.4.ſicut qui contra virtutibus præditi culmẽ regiminis ſuſcipere recuſaut, dona ea ſibi adimunt quæ non pro ſe tantũ, ſed etiam pro alijs acceperunt, & ideo ſunt reprehendendi, vt ibi d.c.5.qui enim per humilitatẽ culmen regiminis refugiunt, tunc vere humiles ſint quando diuinis iudicijs, & vocationibus non reſiſtunt, vt ibi d. c.6.& ideo officium prędicationis nõnunquam laudabiliter appeti poſſit. ex Eſ.c.6.dicente: Ecce ego mitte me; ſic tamen vt non adſit deſiderium pręſidendi, ſed iuuandi, vt ibi d.c.7.ex ap. 1.Tim.3. ꝙ epiſcopatum appetit bonũ opus deſiderat, & non decipiatur ficta promiſſione bonorum operũ ſubtus tamẽ ambitione latente, vt ibi d.c.8.9. Vnde is ad regimen pertrahi debet, qui cunctis carnis paſſionibus moriẽs iam ſpiritaliter viuit, qui proſpera mundi cõtemnit, aduerſa non timet, ſola interna deſiderat, & cui corpus ꝑ imbecillitatem, & ſpiritus per contumaciam non repugnat, qui aliena non cupit, ſed propria largitur, qui facilis eſt ad ignoſcendum, ſic tamen vt a rectitudine non declinet, qui malũ non agit, ſed ab alijs actũ deplorat, qui infirmitati proximi compatitur, & in eius bonis & profectibus, vt in proprijs lætatur, qui exemplo ſe alijs imitabilem reddit, & arentes ſuis fluentib. irrigat, qui orationi intentus ſcit quid a Deo petendum ſit. vt ibi d.c.10.Contra vero is accedere non debet, qui cęcus eſt, claudus, naſo turpi, fracto pede, vel manu, lippus, gibbus, albuginẽ habẽs in oculo, iugem ſcabiem, impetiginem in corpore, vel ponderoſus. Leuit.22. Cæcus ſupernæ contemplationis lumen ignorãs, claudus qui per infirmitatem mentis viam vitæ perfecte non poteſt tenere, naſo turpi qui ad tenendam menſuram diſcretionis ido-



idoneus nõ eſt, fracto pede vel manu qui viam Dei pergere non valet, & a bonis actibus abſens eſt, Gibbus qui pondere terrenæ ſollicitudinis premitur ne vnquam ad ſuperna reſpiciat. Lippus qui ingenium habet ad veritatis cognitionem emicans, ſed a carnalibus operibus obſcuratur, Albuginoſus qui arrogantia ſapientię inflatur qua veritatem cognoſcere non ſinitur. Scabioſus qui a luxuria premitur ſic vt vſq; ad conſenſum, vel opus exeat. ponderoſus qui turpitudinem opere nõ exercet, ſed eius animus voluptate luxuriæ ſine vllo obſtaculo repugnãtię delectatur, vt ibi d.c.11. His notatis dicendum eſt cum D. Th. 2.2. q 185.art. 1. & 2. ꝙ in epiſcopatu tria conſiderari poſſunt, primum principale & finale, ſ. epiſcopalis operatio per quam ſalus proximi intenditur.Io.vlt. ſecundum altitudo gradus, iuxta id Mat.25. Fidelis ſeruus & prudens quẽ conſtituit dominus ſuper familiã ſuã; tertium ꝙ ſequitur illa. ſ.reuerentia, honor, diuitię, iuxta Ap.1.Tim.5. qui bene ꝓſunt duplici honore digni ſunt. appetere ergo epiſcopatũ ratione huius vltimi eſt illicitum.Mat.23. amant primos accubitus in cœnis, &c.quo ad ſecundum appetere epiſcopatum eſt præſumptuoſum, cum ſit primatus cupere. quo ad primum in ſe id appetere eſt virtuoſum & laudabile, ſed quia vt eſt epiſcopalis actus habet annexã celſitudinem præſumptuoſum eſt, ꝙ quis præeſſe appetat ad hoc vt proximis proſit, niſi neceſſitate imminente, appeti tamen poteſt talia opera facere ſi eum contingeret in tali officio eſſe, vel ſe eſſe dignum ad talia opera exequenda, ita ꝙ opus bonum cadat ſub deſiderio, & non primatus dignitatis, cum primatus fugientem ſe deſideret, deſiderãtem ſe horreat, & ſic ſimpliciter non licet appetere epiſcopatum, vt d.Aug.19.ciuit.c.19.ẽt ſi adminiſtraretur vt decet, & ſi non licet appetere minus licet petere, etiã ſi ſit quis dignus, cũ id ſit præſumptuoſum putare ſe poſſe ꝓdeſſe, & vix poſſit eſſe ſine ambitione ratione primatus, vt not.in c.tuam. de æt.& qual.nõ tamen eſſet mortale appetere epiſcopatum cum intentione faciendi debitum ſuum circa curam animarum, & bene expẽdere temporalia in ſubuentionem pauperum, & non vti epiſcopatu ad finem temporalium, & vti honore illo ad honorem Dei, licet id illicitum ſit ob præſumptionem annexam, vt ibi d.Gaiet.d.ar.1. Si vero a ſuperioe ſibi id iniungitur, non licet recuſare, quia licet ſecũdum propriam voluntatem debeat quis inſiſtere propriæ ſaluti, ſecundum tamen voluntatem alterius debet intẽdere etiam ſaluti aliorum, alias id repugnaret charitati, qua proximis quis debet prodeſſe, & humilitati qua ſuperiori debet eſſe ſubiectus, vt d.D.Thom.ibid. ar.2.ꝙ intelligitur ſi idoneus ſit, nam ſi ſit in peccato mortali debet & poteſt ipſemet Deo iuuãte id dimittere, ſi vero ſit in aliquo impedimento in quo præcipiẽs, poſſit diſpenſare, tenetur pariter obedire, alias non. vt ibi d. D.Thom.in reſp. ad ſecundum, & ibi Gaiet.

## Quis eligi debeat vel aſſumi ad epiſcopatum, & qua forma, & a quo. Ca.II.

### SVMMARIVM.

*Ad Epiſcopatum quis eligendus ſit & qua forma. num.1.*

1 Ad Epiſcopatum qs eligendus ſit, & qua forma.

OPtandum quidem eſſet vt aſſumendus ad onus epiſcopatus, ꝙ eſt opus perficientis, præditus eſſe & ijs qualitatibus, quæ ſupra ex D. Greg. relate ſunt, & quæ ex D.Clem. ſupra in c. de el.Rom.Pont.allatæ fuere, ſed quia id dono Dei paucis contingit, & perfectorũ tm̃ exiſtit, ideo ſat eſt iuxta canonicas ſanctiones, vt idoneus ſit

mo-

moribus ſcientia & ætate, modo quo
ſupra eſt expoſitum, in ca. de elect. &
ſupra in ca. de Cardinalibus. videlicet
vt compleuerit 30. annum. ca cum in
cunctis. de el. Doctor ſit vel licẽtiatus
in iure eanonico, vel Teologia, vel a-
licuius academiæ publico teſtimonio
idoneus ad alios docendos aptus iu-
catus, & quòd aliquo vitio vel impe-
dimento non ſit notatus, quòd ex
proceſſu deſuper formato, & ad ſan-
ctiſſimum Dominum noſtrum tranſ-
miſſo conſtet, & in ordine ſacro ſex
menſium ſpatio ſaltem ante ſit conſti
tutus; & vbi plures adſunt ꝙ melior
cęteris eligatur, alias eligens in foro
conſcientiæ nõ eſt tutus. Quo vero ad
eligentẽ iure diuino potius id ſpectat
ad Papam quam alios, vt eſt dictum in
tr. de Rom. Pontif. & ſupra in tr. de ſta
tu papę, ex priuilegio tamen apoſto-
lico id conceditur iure communi ca-
pitulis cathedralium, vt dixi in tra. de
elect. qui eum eligere habent forma
ibi tradita; ſed quia ex regulis cancel-
lariæ papa ſibi reſeruat electionẽ epi-
ſcoporum, ideo eis eſt ſtãdum, niſi vbi
capitula adhuc vtũtur ſuo priuilegio
vt eligant ſuum epiſcopum, & præla-
tum, qui ſummus pontifex in publico
conciſtorio iubet præconizari & pu-
blicari electum ad aliquam eccleſiam,
qui poſtea tenetur ad ſuſcipiendam
conſecrationem confirmationẽ, & a-
lia de quibus in d. tr. eſt actum, quan-
do ſcilicet quo ad confirmationẽ ele-
ctio ab inferioribus eſt facta, & hęc de
ſecundo breuiter dixiſſe ſufficiat, ne
pluries eadem repetere opus ſit,
cũ ad alia faciendus ſit tran-
ſitus; prędicta enĩ pro-
bãtur in Cõc. Tri
dent. ſeſſ. 7.
c. 1. &
ſeſſ. 22. c. quicunque, &
ſeſſ. 24. de refor.
cap. 1.

## De poteſtate Epiſcopi. Cap. 3.

### *SVMMARIVM.*

*Epiſcopo quid competat ratione ordinis epiſcopalis, vel iuriſdictionis. nu. 1.*

*Epiſcopo quæ a ſubditis debeantur. num. 2.*

*Cauſæ quæ ad epiſcopum pertineãt num. 3.*

*Caſus qui epiſcopo reſeruentur. num. 4.*

*In quibus caſibus poſſit diſpenſare, & a quibus abſoluere. num. 5.*

*Epiſcopi quando iuriſdictionem habeant in laicos. nu. 6.*

*Epiſcopi quid poſſint circa beneficia. num. 7.*

*Epiſcopi quid poſſint circa iudicia. num. 8.*

*Epiſcopi quæ ſoli poſſint. num. 9.*

*Epiſcopus quæ poßit ſine capitulo, vel non. num. 10.*

ACto in ſuperioribus de
epiſcopatu in ſe, & q̃s  1 Epiſcopo quid competat ratione ordinis epiſcopalis, vel iuriſdictionis.
ad illum aſſumi poſſit,
& a quo, q̃a poſt eſſe ſe
quit̃ operatio, ideo cõ-
grue hoc tertio loco ſe
quitur dicendum de epiſcopi opera-
tionibus, & quia nullus licite operari
poteſt, id ꝙ ſibi non licet, ideo viden-
dum eſt quid poſſit epiſcopus, vel nõ.
Et primo quid ſibi competat ratione
ordinis epiſcopalis, quidve ratione iu
riſdictionis. ſecundo quid ſibi a ſubdi
tis debeatur; Tertio quæ cauſæ ad ip-
ſum pertineant; Quarto qui caſus ipſi
ſint reſeruati; quinto quibus in caſib.
poſſit diſpenſare, & a quibus abſolue
re; ſexto quando contra laicos proce-
dere poſſit; ſeptimo quid poſſit circa
collationes beneficiorum; octauo q̃d
cir-



circa iudicia. 9. quid poſſit circa alia
partieularia; 10. quæ nõ poſſit, & an ſo
lus ſine capitulo oĩa p̃dicta expedire
valeat. Quo ad primũ dicẽdum eſt ꝙ ĩ
ep̃o duplex eſt ptãs ordinis & iuriſdi-
ctionis, & ſoli ep̃i ratione ordinis cõfi
ciunt ſacrũ chriſma, oleũ cathecume-
norũ, & infirmorũ. c. referente. de cel.
miſſ ſoli etiã ordinare clericos poſſũt
ad ordines eccleſiaſticos eccleſias al-
taria & virgines cõſecrare, pollutas ec
cleſias & cęmiteria recõciliare. ca. ne-
mo. de cõſ. d. 1. c. aqua. de cõſe. eccl. uel
alt. & ſacrm̃ cõfirmationis conficere,
vt ordinarij eius miniſtri. ut d. Dion.
c. 4. & 5. eccl. hier. & ſupra hoc c. eſt ex-
plicatũ quę rõne ordinis ad ep̃m perti
neãt, ſic etiã depoſitio clericorũ actua
lis ad ordinem epiſcopalem pertinet,
ſicut & ordinatio; vnde nõ cõſecratus
in ep̃m nõ habet cognitionem cauſæ
criminalis aduerſus clericos minores.
vt d glo. & Doct. in c. tranſmiſſa. de el.
Io. Firm. tr. de ep. li. 3. in fi. par. 2. princi
pali. n. 24. Ratione vero iuriſdictionis
ad ep̃m pertinet poteſtas excommuni
candi, & eos abſoluendi, interdicen-
di, ſolennem pęnitentiam iniungen-
di, purgationem indicendi, ſuſpendẽ-
di, deponendi, caſus ſibi reſeruandi,
indulgentias concedendi, diſpẽſandi
cũ aliquibus in foro aĩę, & in quibuſ-
dam caſibus iuramenta a vaſallis acci-
piendi, eos confirmandi, inſtituendi,
deſtituendi, corrigẽdi moresq; refor-
mandi, viſitãdi, & ea ratione procura
tionẽ accipiẽdi, de eccleſiaſticis & ſpi
ritualib. cauſis cognoſcendi dięceſanã
ſinodũ congregandi, & prouincialem
ſi Archiepiſcopus ſit, certum honora-
riũ ſinodi cauſa, ſi opus ſit, exigẽdi, ca
ritatiuum ſubſidiũ a clero exigendi, &
quartam partẽ decimarum q̃ alijs ſol
uuntur percipiendi, & huiuſmodi, vt
d. gl. & Doct. in c. tranſmiſſa. de el. Ideo
autem eſt facta hęc diſtinctio ordinis,
& iuriſdictionis, nã q̃ cõpetunt ratio-
ne iuriſdictionis, ſtatim vt eſt electus
& cõfirmatus ep̃s exercere põt, vt dixi
ſup. c. de el. q̃ uero ordinis ſunt nõ niſi
poſt conſecrationẽ, d. c. trãſmiſſa, quã
cõſecrationẽ intra tres mẽſes ſuſcipe-
re tenet̃ alias fructus nõ facit ſuos, &
ſi intra totidẽ id omiſerit eccleſia ip-
ſo iure priuatur, ex c. 2. ſeſſ. 23. in Tr.
Cõcil. p̃terea q̃ ſunt iuriſdictionis ei q̃
epiſcopus non ſit mandari poſſunt, q̃
vero ordinis ſunt ſoli ep̃o cõmitti poſ
ſunt. c. ꝙ ſedem. vbi gl. de off. ord. cap.
aquam. vbi Abb. de cõſec. eccl. & ſi an-
te ętatem a papa ad epiſcopatum quis
ſit poſtulatus, & a papa ſit factus pro-
curator cũ libera temporalium & ſpi-
ritualiũ adminiſtratione, nã tunc quę
ſunt iuriſdictionis exercere poterit, q̃
uero ſunt ordinis poterit aliis epiſco-
pis demandare. c. is cui. de el. in 6. c. cũ
nobis. vbi gl. & Abb. de elect.
Quo ad ſecundũ multa ſunt q̃ ad ep̃m  2 Epiſcopo, quæ a ſubditis debeantur.
ex lege dięceſana p̃tinẽt, & quib. præ-
ſtãdis monaſteria nõ tenẽtur, ut ꝙ ep̃s
in quacũq; eccleſia ſuę dięceſis miſſã
publice celebret, ibi cathedrã eligat,
& cauſas audiat, ꝙ in monaſterijs licet
nõ exẽptis ei facere nõ licet. c. lumino
ſo. 18. q. 2. Inn. & Abb. in c. dilectus. de
off. ord. ibi tñ licet ei ſolẽnes miſſas ce
lebrare. ut d. glo. in d. ca. luminoſo. ubi
Tur. cr. 2. ꝙ exigat catedraticũ cã ſino
di; id. n. a monaſteriis non dẽtur, ut d.
Ab. in d. c dilectus. 3. ꝙ clerici p̃lato de
functo exeq̃as faciãt, & funus comitẽ-
tur; ad id. n. monaſteria nõ tenent̃. 4. ꝙ
p̃t cogere ſuos ſubditos ut hoſpitio ſu
ſcipiãt aliquos p̃latos vel dños, vbi op⁹
ẽ, a quo onere monaſteria ĩmunia ſũt
ut d. gl. In. & Ab. ĩ d. c. dilect⁹, & ſi ep̃s
eos domi hoſpitio recipit, poterit co-
gere clericos, nõ monaſteria, vt his ſũ-
ptib. opẽ ferant, ſi ep̃atus opes nõ ſuffi
ciũt. ut d. Arch. ĩ c. unio. 10. q. 3. Ab. ĩ c.
cũ apoſtol⁹. de cẽſib. Card. ĩ cl. 1. d̃ exc.
p̃l. & apoſt. ad Ab. ĩ d. c. cũ apoſtolus. 5.
charitatiuũ ſubſidiũ a clericis exigere
pñt, ubi indigẽt, uel aliqua peregrina-
tio neceſſario eis ẽ ineũda, ut ad cõc.
adeũdo uel ad põtificẽ, vel ad litẽ eccle
ſię defendẽdã, & in hmõi neceſſitatib.
ut d. Card. ĩ d. cl. §. 1. col. 2. In. in c. 1. de
ſtat. mo. a quo onere mõaſteria libera
ſũt, ut ibi d. & idẽ de ſubſidio charita-
tiuo ordinario uel extraord. ubi facul

tenues ſunt, ad ꝙ in magna epiſcopi
neceſſitate etiã monachi non ſunt ex-
cuſandi, ſicut nec clerus cogendus, vbi
epiſcopi facultates ſufficiunt, ꝙ etiam
ad ſummum. 8. vel x. portionem reddi
tuum excedere non debet, vt d. Abb. c.
cum apoſtolus. de cenſib. gl. in d. cle. 1.
de exc. prælat. vbi Car. Boer. q. 134. nu.
9. Cucch. tr. de ep. num. 45. ſexto ex le-
ge diœceſana poteſt epiſcopꝰ clericos
ſibi ſubditos Romam, vel ad aliquos
principes, vel alio etiam inuitos mitte
re, a quo monaſteriũ eximitur ne mo-
nachis detur materia vagandi. ca. quã
ſit. 18. q. 1. Inn. in d. c. 1. de ſtat. mon. ni-
ſi monaſterium curam populi habeat,
tunc enim tam monacos eius quã cle-
ricos ſeculares mittere poterit, vt ibi
d. Innoc. & Abb. in d. c. cum dilectus. ſe
ptimo exigere põt epiſcopus ex l. diœ-
ceſana decimam oblationũ partem de
pijs hominum largitionibus ab eccle-
ſijs ad ꝙ monaſteria non tenẽtur. c. de
his. c. antiquos. 10. q. 1. c. 1. de ſtat. reg.
c. minus. de exc. prę̃l. hodie tamen etiã
eccleſiæ ſeculares ad id onus non te-
nentur niſi in caſibus expreſſis eas te-
neri, vt d. Abb. in d. ca. dilectus. octauo
poteſt cogere clerũ vt ad proceſſiones
ſub vexillo accedat etiam ſine magna
cauſa, ad ꝙ monaſteria non tenẽtur,
niſi in magnis cauſis, & in rogationib.
minoribus ante Aſcẽſionem, & maio-
ribus in feſto S. Marci. c. nimis. de exc.
prę̃l. & habetur in concil. Trident. ſeſſ.
23. de reg. c. 13. Aliqui ẽt putant poſſe
ep̃m ſibi aſciſſere monachum cubicu-
larium vbi monaſterium exemptũ nõ
ſit a iuriſdictione ep̃i. vt dicũt Franch.
Imol. Gem. in c. ſi religioſus. de el. in 6.
& ep̃o a curia veniente ob reuerentiã
papę quẽ tetigit & oſculatus eſt, pro-
ceſſionaliter obuiandũ eſt. ca. cũ olim
eſſemus. de priu. Ex lege vero iuriſdi-
ctionis alia ſibi dẽntur ad quæ ẽt mo-
naſteria tenẽtur cũ teneantur ad ea q̃
ſunt iuriſdictionis, nõ aũt legis diœce-
ſanę, Vñ prędictis & huiuſmodi dẽptis
q̃ iuriſdictionis ſunt ẽt monaſteria a-
ſtringent, quare nec monaſteria ſine
ep̃i licentia fundari poſſunt, nec alio

ſine eius facultate ẽt ex vtilitate trãſ-
ferri, collapſa tñ reſtaurari poſſunt. c.
q̃dã. ca. de monachis. de cõſ. d. 2. c. ſi qs
vult. vbi gl. 16. q. fin. Abbates tñ exepti
non ſubiacent imperio ep̃i ẽt in his q̃
ſunt iuriſdictionis, vt not. in c. viſis. 16.
q. 2. Ex cõc. ẽt Trid. ſeſſ. 25. c. 11. niſi de
liquerit extra monaſteriũ. c. 3. ſeſ. 6. de
ref. in eo. cõc. Et generaliter de lege iu
riſdictionis ſunt oĩa q̃ ep̃s monaſterijs
cuſtodiẽda mandare valet, ex quib. plu
ra in cõc. Trid. ſtatuũtur, vt. ſ. cenſuræ,
& interdicta ab ep̃is prolata ẽt in eccle
ſijs regulariũ publicẽtur, & ab ijs ſer-
uẽtur, & ẽt dies feſti quos ep̃s ſeruan-
dos mandat, & vt ẽt exempti ad publi
cas proceſſiones accedere cogantur.
ſeſſ. 25. c. 12. 13. de reg. & vt clericus re
gularis & clauſtralis, licet alitẽr ep̃o nõ
ſubiectus, notorie & cũ ſcãdalo extra
clauſtra delinquẽs, a ſuo ſuperiore in-
tra tp̃s ab ep̃o ſibi prę̃fixũ non punitus
ab eo puniri poſſit. c. 14. ead. ſeſſ. 25. &
colligitur ẽt ex c. quanto. cũ ibi not. de
off. ord. c. 1. de ſtat. mon. ſic ẽt caſus q-
bus ex eodem cõc. ep̃s habet poteſta-
tẽ in monachos vti delegatus ſedis a-
poſtolicę iuriſdictionis ſunt, velut vt
Abbatib. negligẽtib. cogere poſſit mo
naſteria lectionẽ faci ę ſcripturę hẽre.
ſeſ. 5. c. 1. vel eccleſijs ſuis parochialib.
prouidere, vt laudabiliter ibi cura aĩa
rum exerceatur. ead. ſeſſ. ca. 2. & vt ep̃s
quotãnis viſitare poſſit monaſteria cõ
mendata. abbatias, prioratus, vbi non
viget regularis obſeruãtia, ẽt exẽpta,
& q̃uocunq; cõmendata, & curare ut
inſtaurentur & reficiantur. ſeſſ. 21. c. 8.
ſimiliter vt monaſteria monialiũ papę
immediate ſubiecta ſub quouis nomi
ne ab ep̃is vt delegatis apoſtolicis gu-
bernẽtur, ſeſſ. 25. c. 9. & hmõi. ſimiliter
decimarũ p̃dialium, & perſonaliũ ſolu
tio ep̃o fienda, & quarta funeralia ſunt
de lege iuriſdictionis, vñ ẽt monaſte-
ria obligãt. vt d. Abb. in d. c. dilectus. ni
ſi religioſi ſuis ſũptib. & laborib. p̃dia
ſua colãt. c. nuper. c. ſuggeſtũ. c. dilecti,
de decim. vel niſi ciſterciẽſes poſt pri-
uilegiũ ea p̃dia acquiſiuere d. c. nuper.
alias oẽs tenentur ẽt regulares. c. req-
ſiui-



ſiuiſti. de teſt. Synodi ẽt vocatio eſt de
lege iuriſdictionis in aliquib. caſib. cũ
ex graui cã Abbates vocati ad eũ ire
teneãtur. c. ſuper his. de maior. & obe.
c. ep̃s. d. 17. c. fi. d. 18. & ſimiliter ſi mo-
naſteria habent populũ ep̃o ſubiectũ,
ad ſinodũ eque ac clerici ire tenẽtur,
& in oĩb. legi diœceſanę obedire. vt d.
gl. in c. 1. 10. q. 1. & d. c. dilectus. & capel
læ monachorũ quo ad vtranq; legem
ep̃o ſubſunt, niſi pleno iure monaſte-
rijs ſint collatæ. vt d. gl. in c. 1. 10. q. 1.
& d. c. dilectos. & 16. q. 2. in prin. Ius ẽt
viſitãdi eſt de lege iuriſdictionis, licet
procuratio ſit de lege diœceſana. vt d.
Innoc. in c. venerabili. de cenſib. col. 2.
Hoſt. de off. ord. in ſum. vnde reſeruãs
ſibi iura iuriſdictionis ẽt diſpenſandi
facultatẽ reſeruaſſe vr̃. vt d. Rom. cõſ.
325. Sic de lege iuriſdictionis ſunt, ca-
nonica obediẽtia ſubiectio, inſtitutio,
deſtitutio, correctio, reformatio, cen
ſurarũ prolatio, iuriſdictio cauſarũ ad
forũ ep̃i ſpectantiũ, pęnitentiæ, colla-
tiones ſacrorum, quæ ab ep̃o ſunt ſu-
ſcipienda, c. cõquerente. de off. ord. ex
ceptis ijs de quib. ſup. eſt dictũ ad l. diœ
ceſanam pertinere, hodie tñ omnia fe
re monaſteria habent priuilegia q̃b. a
iuriſdictione ep̃i eximuntur, monachi
tamẽ recipiunt ab ep̃o, chriſma, ſacrũ
oleum, conſecrationes altarium, ordi
nem pſallendi, q̃ monaſteria alio trãſ-
ferri non poſſunt incõſulto ep̃o etiam
cauſa vtilitatis, licet exẽpta ſint. vt d. gl.
& Doct. in d. cap. dilectus. cum alioqui
iure cõi omnes clerici tam regulares,
quã ſeculares ep̃is ſint ſubiecti, licet
eccleſiam, vel monaſteriũ fundans ꝓ-
teſtatus eſſet ſe nolle eam ep̃o ſubijci.
c. hoc tm̃ cum ſeq. 18. q. 2. c. de his. vbi
glo. 12. d. c. cum perſonæ. de priu. in 6.
Sed ſucceſſu tp̃is ex priuilegio apoſto
lico ab ep̃is vt plurimũ regulares exẽ-
pti ſunt, niſi in caſibus ſup. ex Concil.
Trident. & alijs enumeratis, & maxi-
me vbi epiſcopi procedũt vt apoſtoli-
cę Sedis delegati. Et ita iure cõi mona
ſteria ep̃is ſunt ſubiecta quo ad legem
iuriſdictionis, non quo ad diœceſanã,
vnde regulares contrarium probare

debent. c. omnes baſilicę. 16. q. 7. c. mo-
naſteria, cum ſeq. 18. q. 2. cũ epiſcopus.
de off. ord. in 6. Diſpẽſandi ẽt ius ad le-
gem iuriſdictionis ſpectat, & ideo op
portunum fuit diſcernere, quæ ſint le
gis iuriſdictionis, quæ diœceſanæ, cum
ſententia in vno horũ capitum lata al
teri nõ p̃iudicet, vt d. Ab. in d. c. dilectꝰ.

Quo ad tertiũ notandum, ꝙ aliquę — *Cauſę q̃ ad epiſcopum pertineant.*
cãæ ſunt mere eccleſiaſticæ de q̃b. ſoli
ep̃i cognoſcere poſſunt, vt matrimo-
niales, beneficiales, & hmõi, aliquę me
re laicales de quib. eccleſiaſtici iudices
cognoſcere nõ pñt, niſi q̃nq; cõſequen
ter, vt cauſa dotis, cõſequenter ad ma
trimonium q̃nq; ad eccleſiaſticos ſpe-
ctat; alia. n. ad laicos ſemꝑ pertinẽt, q̃-
dã mixti fori q̃ ab vtroq; iudice laico,
& eccleſiaſtico cognoſci pñt, ſunt etiã
pauca aliqua crimina de q̃b. eccleſiaſti
ci iudices cognoſcũt, vñ colligitur re-
liqua ad laicos iudices ꝑtinere, ſũt ve-
ro crimina ad eccleſiaſtica pertinẽtiũ,
ſimonia, hæreſis, & vſurarũ crimẽ, mõ
tñ quo infra, in criminib. mere eccle-
ſiaſticis, põt iudex eccleſiaſticus prohi
bere ne laicus ſe impediat, & econtra
laicus eccleſiaſticũ ĩpedit in ciuilib. nõ
tñ ei inhibẽdo, ſed nõ parendo, & ad
vlteriora ꝓcedẽdo; In mixtis vero eſt
locus p̃uẽtioni, niſi alter forus maio-
rẽ pęnã irroget, q. a ſic punitus in vno
foro põt puniri ẽt in alio, q̃ñ vero ec-
cleſiaſticus p̃uenit, & relinquit laicũ a
ſe condẽnatũ a laico iudice puniendũ,
nõ tenet̃ iudex laicus exequi iuxta pę
nas ab eccleſiaſtico taxatas, niſi ſibi le-
gitima fides fiat bene fuiſſe iudicatum
ex actib. in foro ep̃ali peractis, tunc. n.
laicus merus executor eſt. vt d. Abb.
Inn. & alij in c. 1. de off. ord. & q̃ñ eccle
ſiaſticus vult per ſe exequi ſuã ſñiam,
tenetur laicus nullo ſibi exhibito pro-
ceſſu ſuã familiã cõmodare, alias ad id
cogi poterit eccleſiaſticis cẽſuris. vt d.
Alciat. & alij in d. cap. 1.

Mixti fori ſunt ſacrilegium, adulte-
rium, ſodomia, falſitas literarũ apoſto
licarum, ſtuprũ monialis, blaſphemia,
concubinatus, ſortilegium, diuinatio,
vſura; & incipiẽdo ab vſura, ſi de ea ci-

uiliter agitur , & quæſtio eſt de iure
non de facto, ſolum ad eccleſiaſticum
pertinet, & inhibere poteſt laico ne
procedat, vt d.Dec.conſ.170. Iaſ.cõſ.
153.libr.4.Socin.conſil.88.lib.4. ſi ta-
men cauſa criminaliter agitur vterq;
iudex, poteſt cõtra fœneratorem pro-
cedere, vt d. Couar.lib.3. var.reſ.ca.3.
clarus in praxi criminali.quæſt.37.vel
q: eſt crimen eccleſiaſticũ etiam tunc,
ſed tamen etiam a iudice ſeculari pu-
niri poſſe. vt probat. Cucch.poſt Co-
uar. tract.de epiſcopis. num.86.87.cũ
ſeq.& contra Hebræos vſuras commit
tentes ſoli laici iudices procedunt, ca.
poſt miſerabilem.de vſur.vt ibi d.Cuc
ch.nume.97.cõcubinatus ſimiliter eſt
mixti fori, vt d.Abb.in c.cum ſit gene-
rale. de foro competen. Adulterium
etiam eſt mixti fori, vt d. Abb.in cap.
intelleximus.de iudic.Couar.in 4.de-
cret.fol.137.Crimen etiam ſacrilegii,
quia poteſt etiam ab eccleſiaſtico pu-
niri.d.c.cum ſit.& c.conqueſtus.de fo-
ro compet.ſic ſodomia, vnde eccleſia-
ſticus contra laicum procedere po-
teſt.cap.clerici.vbi Doctor.de exc.prę
lat.clar.§.ſodomia. ver. ſed quæro. ſic
peccatum ſortilegij. Abb.in cap.1.de
ſortil.clar.§ hæreſis.colum.pen.ſic bla
ſphemia.ca.2.de maled.clar.§.blaſphe
mia. ver. hoc crimen. violatio etiam
monialis, vel eius attentatio. l.ſi quis
non dicam.C.de epiſco.& cler.Soc.in
c.cum ſit. de foro compet. ſic fœminæ
quę cũ perſonis eccleſiaſticis delique-
rint poſſunt ab vtroq; iudice puniri,
& datur locus p̃uentioni, vt d.Boſſ.in
pract.tit de coit.dãn.nu.16.17. ſic fal-
ſum commiſſum in literis apoſtolicis,
vel alia re eccleſiaſtica ab vtroq; iudi
ce cognoſci poteſt, & puniri.Abb.&a-
lij in d c.cum ſit.de foro cõpet. Anan.
in c.ad falſariorum.de crim.falſ.periu
riũ etiã eſt mixti fori, vt d.Couar.li.4.
decret.p.2.c.6.n.20. ſic qui deliquit in
foro aliquo falsũ ibi fabricãs per falſas
literas ab illo iudice qui lęſus eſt, puni
ri põt, licet laicus in foro eccleſiaſtico
delinquat.nõ cõtra, vt d.Boſſ.loco cit.
n.107.Inceſtus ẽt vt d.Bal.in l.conſulta
di ualia.C.de teſta.ſic ſi p̃res vel dñi ve
lint proſtituere filias vel ancillas, ad
epiſcopum cõfugi poterit, vt eas a po
teſtate domini, vel patris liberandas
curet.l.ſi lenones.C.de ep.aud.

In criminibus autẽ prædictis mixti
fori, alter alterũ non impedit, niſi prę
uenerit, poteſt tñ alter iudex aliã pę-
nã eidẽ imponere ſi maior ſuis legib.
imponatur, vt d.Couar.li.2.var.ca.10.
clar.pract.crim.q.57. verſi.10. quæro.
col.pen.non poteſt tñ epiſcopus puni-
tũ corporaliter, vel pecuniarie a laico
excõmunicatione punire, vt d.Clar.lo
co cit.poteſt tñ eccleſiaſticus in cauſis
mixti fori laicũ carceri tradere. ut d.
Cucch.cõtra clar.d.tr.n.112. Et gene-
raliter poteſt ep̃s in alijs criminib. nõ
eccleſiaſticis peccatũ nutrientib.ad ea
euellanda ſpiritualibus pęnis uti.ut d.
gl.in cap.1.de off.ord.& vbi monuerit
laicum iudicem ut ſibi ſubditũ punire
velit peccantem, in eius defectũ, ipſe
contra eum procedet.ut not.in ca.no-
uit.de iudic. & contra laicum non ſo-
lum pęnis ſpiritualibus, ſed etiam pe-
cuniarijs, ſi magis timendas putet, a-
gere poterit.ca. ad aures. cum ibi not.
de pęn.not.Felin. & alii in capit. irre-
fragabili.de offic.ord. quas tamen pe-
cuniarias ſibi non applicet, niſi egear,
ſed locis pijs, & pauperibus, vt dicit
Ioan.Andr.in d.cap.irrefragabili.Cau
ſæ vero ciuiles ad epiſcopũ ſolum ſpe-
ctantes, & nullo modo ad laicum ſunt
oẽs cauſæ piæ & ſpirituales.c.ſi iudex
laic⁹.de ſent.exc.in 6.vbi gl.verbo ſpi-
ritualib.c.tuã.de ord.cognit.c.per ve-
nerabilẽ.c.lator.q ſi l.ſint, exemplũ vt
cauſæ oẽs matrimoniales, & eas tãgen
tes.c.multorũ.35.q.6.clem.diſpẽdiosã
de iudic.c.auditis.de p̃ſcr.c.accedẽtib.
de exc.p̃lat.quæ ẽt ex cõc.Trid.alijs iu
dicib.eccleſiaſticis p̃ter ep̃os adimunt
c.20.ſeſſ.24.nec papa ſolet eas cõmitte
re niſi ep̃is.vt d.Abb.Fel.Dec. in c.ſi ꝑ
debilitate.đ off.deleg.Dec.ĩ c.ꝑpoſui-
ſti.col.1.de ꝑb.licet aliis eas poſſit cõ-
mittere, vt d.Ab.ĩ c.1.de cõſãg.Cou.li.
4.dec.c.8.§.12.nec tũc ep̃s põt eas alijs
ſubdelegare, vicario tñ ſuo id põt cũ
in



Vicario.tamen ſuo id poteſt., cum
in mandato generali omnium cauſa-
rum ipſe conſtituatur.c.ſi.vbi Abb.de
cogn.ſpirit.c.litteras.& ibi Hoſt.de re
ſtit.ſpol.& vix obtinetur vt alij epiſco
po eas committere poſſit, vt d.Ab.Io.
And.in d.c.ſi pro debilitate, licet ſede
vacãte capitulum eas cognoſcere poſ-
ſit.vt d.Cucch.d.tr.nu.123.in ſi.ſimili-
ter cauſæ omnes quibus clericus a lai
co in iudiciũ vocatur, vel quibus cle-
ricus, vel perſona eccleſiaſtica aduer-
ſus laicum de re eccleſiaſtica agit, fo-
ri epiſcopalis ſunt. d.Cl. diſpendiosã.
vbi gl. & Doct. ſic etiam cauſæ omnes
omnium beneficiorum vel decimarũ,
& ſic cauſę vertentes ſuper electionib.
prouiſionibus, poſtulationibus ad di-
gnitates canonicatus perſonatus. d.cl.
diſpendioſam, vel alia beneficia, & idẽ
de penſionibus, & præſtimonijs. vt d.
Gig.de penſ. q.71. & cauſæ natalium.
d.c.per venerabilem.c.lator.c.tuã.qui
fil.ſic iuramenti ratione epiſcopus po
teſt inter laicos cognoſcere etiam de
conſequentibus iuſiurandum, cũ iuſiu
randum forũ foro adijciat. c.laicus.de
foro compet.in 6.c. nouit. de iudic.c.
c.venerabilem.de el. licet cauſa aliter
alterius fori eſſet.vt Calder.conſ.2.de
for.compet. Bal. & Iaſ. in l.ordinarij.
C.de iudic.vnde & hæres cogi poteſt,
vt exoneret animam defuncti ratione
iuramenti coram epiſcopo. Similiter
epiſcopi cognoſcere poſſunt ſi victua-
lia plus ęquo venduntur aduenis, quã
ciuibus, vel ẽt ipſis ciuibus, vel ſi aro-
matarij, & huiuſmodi merces falſas ꝑ
bonis vendant, contra hos enim excõ-
municatione poteſt procedere vt deſi
ſtãt.c.1.vbi Inn.&Barb.de empt.& vẽ-
dit.in c.ſignificantibus.de off.deleg.&
probabile eſt q: etiã in maxima penu-
ria cogere poſſit diuites cenſuris, vt
pauperes ſuſtentent ne pereant. vt d.
ibi Barbat.Ioan.And.in reg.ea quæ.in
merc.in cap.ſicut.vbi glo.d.47.Simili-
ter poteſt euertere ſuperfluos orna-
tus virorum & mulierum maxime vbi
facies deturpantur, ludos & ſpectacu-
la inhoneſta, vt d.Io.And. in c.ea quæ.
de reg.iur.in 6.Anch.in c.1.de conſtit.
fol.18.Bal.in prohem.Decret.col.4.&
etiam tripudia & choreas in dieb. fe-
ſtis, vel vbi ſemẽtinam vitiorum præ-
bent, vt d.Cucch d.tr.nu.135. & habe
tur in conc.prou.Med.4.tit. de Viſit.§.
fœminarum. Similiter cauſa dotis cũ
mulier ab heredibus viri repetit, quia
ſic eſt cauſa pia, vt d. Caſtr. Iaſ.& alij
multi, in l.1.ff.ſol. matr. ſecus ſi vir eã
petit, vt d.Bald.nou.tra.de dote.p.19.
Speciali 6.& ſimiliter cum vir eam lu-
crari vult cauſa adulterij, & in caſu ali
mentorum eccleſiaſticus eſt adeũdus,
& vbi ex matrimonij cauſa, dotis cau-
ſa emergit, vt d.Bal.in l. in contractib.
§.in omni. C.de non num.pec.t.in ca.
ſi. de iud. in 6. ſic cauſę omnes quibus
excõmunicatio a iure homine vel lata
eſt vel ferenda, ẽt in laicos ad epiſco-
pum pertinent & beneficiales, ac de-
poſitiones vt ſupra, ſimiliter epiſco-
pus poteſt compellere laicos, vt piam
voluntatem teſtatoris exequantur, ſi
executor teſtamenti intra annum illã
exequi nõ curat, vel ſi executor datus
non ſit, c.nos quidem. vbi Doct.de te-
ſtam.Bal & alij in l.nulli. C.de epiſc.&
cler.& id munus poteſt epiſcopus de-
mandare, vt d.Spec.de inſtr.ed.§ nunc
vero aliqua.ver.81. & executorem da
tum in teſtamento ſi male id munus
adminiſtret, remouere poteſt, & coge
re vt adminiſtrationis rationem red-
dat, & ſi eum iure ſuſpectum habeat
alium eius loco ſubſtituere. ca.tua.de
teſtamen. Speculat.loco cit. & cogere
poteſt etiam executorem, vt ad ſatisfa
ciendum bona immobilia vẽdat, licet
expreſſe epiſcopus prohibitus eſſet e-
xequi, & etiam eum cogere poteſt, vt
contra debitores agat, vt legatis pijs
ſatisfieri poſſit, vt d.Firm.tr.de ep.par.
6.lib.4.tit.de auth.ep.ver. tertio quæ-
ro. vſque ad num.32.56.ſi tamen teſta
tor executore negligente alios ſubſti-
tuit, vel ſi decernit vt nullum tempus
executioni labatur epiſcopus ſe immi
ſcere non poterit, vt d.Couar.in c.tua
nos.num.6 de teſtam.ca.nos quidem.
eo. tit. ſimiliter ſi collegium caret re-

ctore ſuo in fundatione cõſtituto epiſcopus eius officium obire valebit, vt d.Firm.3.par.li.4.nu.17. Sic etiam epiſcopus eſt executor diſtribuẽdi incerta male ablata, quæ tamen in loco vbi ſunt rapta ſunt reſtituenda, vt d.Bald. in auth.alearum vſus. C.de aleat. quo tñ caſu inquiſitio prius fieri debet an dominus rei inueniatur, quo non inuento pauperibus ſunt diſtribuenda. c.ſicut dignum de homic.& dixi in caſu de reſtitutione incert. ſimiliter poteſt epiſcopus decidere quæ ſint legata pia. vt d.Firm. d.li.4. par.3.num.50. & cenſuris contra nõ ſoluentes ea, & notarios qui teſtamentũ confecerunt illa non denuntiantes agere, vt fecit Illuſtriſſimus Carolus Borromeus in conc.prou.Med. primo tit. de piorũ locorum adminiſtratione. Sic poteſt epiſcopus diſtribuere pauperib. bona peregrini defuncti ab inteſtato, cui nullus hæres inueniatur, vt d.Firm.loco prædicto, nu.50.ver.25. in quo tamen debet fieri diligens inquiſitio, nec eo caſu Fiſcus ſuccedit, licet ſuccedat deficientibus legitimis hæredib. quia ſuccedit ſuis non extraneis, nec princeps etiam originis defuncti, quia bona alibi reperiuntur. l.1.C.de bo.vac.lib.10. l.1.C.vnde vir. vbi gl. poteſt etiam epiſcopus iudicare in cauſa ſuæ eccleſiæ, vt d.Firm.in d.tr.p.5.lib.4.nu.19. Bart. & Bal.in l.1.C.ne quis in ſua, nec dicitur ob id iudicare in cã propria, ſi inde nullum emolumentũ ſibi reſultet, ſi tamẽ ſuſpectus ſit, recuſari poterit. vt d.Abb.in cap.venerabile.de cenſib. Idem prohibere poteſt ne duellũ fiat vt not.in cap.2. de op.nou.& maxime poſt Tridentinum conc. ꝙ id grauiſſimis pęnis dãnauit.ſeſſ.25.ca.19. Quod ſi epiſcopus contra ſubditũ agere vult coget eum vt eligat arbitros.c.paſtoralis.de off.ord.gl.& Turr.cr.in c.ſi clericus.11.q.1. ſi vero ab ijs petit charitatis ſubſidium ipſe eos cenſuris cogere poterit, qui ſi recuſent, ſuperior proximus erit adeundus, vel arbitri eligendi ipſo petente. vt d.Imol.& Anch. in c.cum apoſtolis.de cẽſib. Et ita multis in caſib. in cauſis prophanis tam criminalibus quam ciuilib. epiſcopus habet facultatem, & alijs etiã caſib. enumeratis ſupra, ca.de ſtat.pap. ver.quo ad iudicia. & not.aliqua ex ijs Abb.in c.licet. de foro compet. vt ſi iudex laicus negligit adminiſtrare iuſtitiã, vel ratione cõſuetudinis, vel in cauſa miſerabilis perſonæ vel pauperis, quę opprimuntur a potentibus, vel paupertate; ſic enim eccleſiaſticus cognoſcit, alias non, vel ſi locus caret iudice ſeculari, vel ſi iudex laicus qui immediate ſubeſt Imperatori, & eſt caput prouinciæ recuſatur vt ſuſpectus, vel in cauſa recõuẽtionis, vel ĩ relictis defunctorum, vel vbi eſt dubium iuris ciuilis aliquod ꝙ ab eccleſia eſt determinatum ei eſt ſtãdum, & eccleſiaſticus cognoſcit, vel cum agitur per denunciationem euangelicam, vel cum cauſa ciuilis eſt coniuncta cum eccleſia, modo per Abb.ibi declarato. ex Cõc. vero Trid. multa epiſcopo in cauſis ſpiritualibus concedũtur vt Apoſtolicę ſedis delegato, quæ omnia iure cõmuni ei non concederẽtur, vt ſi cõcionator ſcandala vel errores diſſeminet, poſſit ei epiſcopus prędicationẽ prohibere, licet in monaſterio ſui ordinis, vel alterius prædicet, vt habetur ſeſſ.5. ca.2. de ref.ad fi.& eo magis ſi hæreſes prędicet; tunc enim iuris diſpoſitione cõtra eum agere poteſt, vt ibi habetur. Similiter ꝙ nullus ſecularis clericus, vel regularis, omni priuilegio amoto, tutus ſit quominꝰ ſi extra clauſtra deliquerit, ab ẽpo loci corrigi, & puniri poſſit. ſeſ.6.c.3.ſeſ.14.c.4. ſimiliter ꝙ vniones perpetuę a 40. annis citra factę ab epiſcopo examinari poſſint, & ſi ꝑ ſurreptionem factæ inueniantur irritæ declarari. ſeſſ.7.c.6. ſimiliter ꝙ in ciuilibus cauſis mercedum & miſerabilium perſonarum clerici ſeculares, vel regulares extra clauſtrum degentes, amotis omnibus priuilegijs, ab epiſcopo ad ſoluendũ cogi poſſint. ſimiliter ꝙ epiſcopus reſidens cognoſcere poſſit de obreptione grãæ. ſuper abſolutione alicuius criminis impetratę, vel re-

miſ-



miſſione pœnæ, de quo ipſe inquirere cęperat & criminoſus ab eo damnatus fuerat, & reijcere ipſam gratiam ſi ſibi conſtet ſubreptitie, vel obreptitie impetratã. ſeſſ.13.c.5. Similiter quòd epiſcopus poſſit in eccleſijs parochialibus, vel baptiſmalibus ob populũ auctum, adijcere tot ſacerdotes quot ſufficiant cultui diuino, & curæ exercendæ ex fructib. eccleſiæ vbi vnus rector non ſufficit. & nouas parochias inſtituere cum idonea portione matricis, vel populi auxilio, vbi vnus nõ ſufficit vel omnibus, vel niſi cum magno incõmodo, ut quãdo fluuius medius adeſt, & huiuſmodi; & ſimiliter ꝙ poſſit vnire perpetuo eccleſias parochiales, & baptiſmales, uel ſimplices cũ curatis, ſine tamen pręiudicio eas obtinentiũ; ob earum paupertatem non obſtante quacunque reſeruatione. ſeſſ.21.ca.4. & c.5. & imperitis parochis coadiutores dare ad tempus cum congrua portione, vel prouiſione quacunq; appellatione & exemptione remota. c.6. ea. ſeſſ. & vt turpiter viuentes poſt debitam monitionem non reſipiſcẽtes beneficijs priuare poſſit. c.6. ea. ſeſſ. & ut beneficia ſimplicia etiam iuris patronatus, ex eccleſijs quæ collapſæ ſunt, nec poſſunt ob earum inopiam inſtaurari uocatis ijs quorũ intereſt, ad matrices uel alias eccleſias eorundem locorum vel uiciniorũ, pro arbitrio ſuo trãsferre poſſit, & cogere ut parochiales eccleſiæ etiã iuriſpatronatus collapſæ reſtaurentur ex fructibus earum, uel a patronis, uel parochianis, omni appellatione remota, & exemptione, uel eas ad matrices & uiciniores eccleſias transferre, ubi omnes egeni ſint, & eas profanare, cruce ibi erecta. c.7. ead. ſeſſ. & ex cathedralib. & collegiatis tertiam partem deducere quæ detur tantum intereſſentibus diuinis officijs. capitu.3. eadem ſeſſ. ſimiliter vt in certis caſib. monaſteria & clauſtrales viſitare poſſint, & corrigere, & curare vt miſſa quam religioſiſſime celebretur. ſeſſ.22.c.1. ſimiliter vt in commutationibus vltimarum voluntatũ, quæ non niſi iuſta & neceſſaria cauſa fiẽdę ſunt, ſummarie & etiam extraiudicialiter cognoſcant nil in precib. obreptitie vel ſubreptitie narratũ, antequam exequantur, d.ſeſſ.c.6. & vt in caſibus a iure conceſſis omnium piarũ diſpoſitionum tam in vltima voluntate, quam inter viuos ſint executores. ea.ſeſſ.c.8. & habeant ius viſitandi hoſpitalia, & alia pia loca, & eorum inſtituta exequendi, & notarios idoneos non repertos in cauſis eccleſiaſticis & ſpiritualibus ab vſu officij in perpetuũ vel ad tempus ſuſpendendi. ea.ſeſſ.ca.11. Et ſimiliter ut epiſcopus vicinus, vel a ſinodo prouinciali electus uiſitare poſſit beneficia, quæ in nullius diœceſi ſunt omni appellatione remota, & etiam quærela ad ſanctam Sedem, ea.ſeſſ.c.9.10. ſimiliter vt epiſcopis ij ſubiecti ſint, qui ratione ſuorum titulorum priuilegijs etiam non leuibus gaudent. ſeſſ.24.c.11. ſimiliter vt agnoſcere poſſint de ſubreptione uel obreptione, aut intentionis defectu confirmationũ adhibitarum priuilegijs conſtitutionibus vel ſtatutis quibus inducitur ut recepti in aliquam eccleſiam aliquid dent alijs eius eccleſiæ uel remittant. ea.ſeſſ.ca.14. Et vt in eccleſijs cathedralibus uel collegiatis inſignib. ubi diſtributiones ſic tenues ſunt cũ prębẽdis ut diuinꝰ cultus negligatur, nec ſufficiant ſuſtentandis canonicis, poſſit per uniones, uel ſuppreſſiones beneficiorum prouidere, ut ibi prædicta peragãtur. ſeſſ.25.c.9. Et ut habeãt poteſtatem in monaſteria monialium in ijs quæ clauſuram ſpectant, ſi alijs ſint ſubiecti, alias in omnibus & cõtra clericos turpiter uiuentes. ead.ſeſſ.25. cap.14.

Iure uero communi plura alia epiſcopis concedũtur primo, ut poſſit iuramentum remittere, ut habetur in c. ſi uero. cum ibi not. de iureiur. modo tamen expoſito ſupra trac. de iuramẽto; ſecundo poteſt in dedicatione eccleſiæ concedere indulgentiam unius anni, ĩ anniuerſario vero eius 40. dierum. c.cum ex eo.§.fi.& cap.noſtro.de

peniten.c.indulgentiæ.eo.in 6.quæ ta
men ſubditis tamen proſunt,alijs nõ,
ut nec eos abſoluere poteſt.c.ꝙ autẽ.
de pen.in ſexto.tertio poteſt famę re-
ſtituere criminoſum ad effectum ordi
num ſuſcipiendorum.ut d.gl.in ca.do
mino ſancto,verbo ignominiam.d.50
Inn.& Abb.in ca. cum te,de re iud.ter
tio.poteſt ſui Archidiaconi ſententiã
exequi, & interim de ualiditate eius
cognoſcere & reſtitutionem aduerſus
eam ex cauſa cõcedere, uti d. Spec.de
exec.ſententiæ.§.nunc uidendum. &
cauſam coram ſuo Vicario uertẽtem
ad ſe auocare, non autem cauſam co-
ram alio inferiore exiſtentem,ut dicit
Imol.in c.paſtoralis. de off.ord.Frãch.
in c.ut noſtrum.de appell. quarto po-
teſt notarios creare,ut d.Hoſt.in ſum.
de fid. inſtru.§. quibus; quinto poteſt
diſpenſare in omnibus irregularitati-
bus ex delicto occulto prouenietibus
per ſe,uel Vicarium ſpecialem,excep-
to homicidio uoluntario, in foro con
ſcientiæ, & a caſibus ſedi Apoſtolicæ
reſeruatis occultis abſoluere & etiam
a caſu hæreſis ipſe non vicarius, in fo-
ro conſcientiæ ex Conc.Trid.ſeſſ.24.
ca.6. ꝙ intelligitur de caſib. reſeruatis
papæ ante Concil.Tridentinum, nam
in reſeruatis poſt,epiſcopus nõ poteſt
ut ſacra congregatio reſpondit, &
etiam quo ad crimen hæreſis ea facul
tas eſt probabile ut ſit ſublata ex Bulla
Cœnæ Domini, ut Simanca uidetur
inclinare,de cath.inſt.c.3.num.6. etiã
ſi ſint occulti,licet ex Conc.Triden.id
eis eſſet conceſſum.in c.6.ſeſſ.24. & li-
cet multi contra ſentiãt, hoc tamẽ eſt
tutius,unde a papa uel inquiſitoribus
generalibus ea facultas in foro con-
ſcientiæ eſt petenda,ut ibi videtur ſen
tire.Sexto poteſt ſententiam ſuam vo
ce alterius pronuntiare, ꝙ inferiorib.
non conceditur. cap.ſi.cum ibi not.de
re iud.in 6.Non poteſt ẽt citari vel mo
neri ut perſonaliter compareat niſi ca
ſu quo deponendus eſſet,licet ex offi-
cio vel alio modo procedatur ex cõc.
Trid.ſeſſ.13.c.6. Sunt etiam aliqui ca-
ſus promiſcui in quibus poteſtatẽ ha-
bet, & intentionem ſuam iure funda-
tam; primo enim habet intentionem
ſuam fundatam, vt in tota diœceſi ha-
beat iuriſdictionem epiſcopalem; ca.
omnes.16.q.7.c.cum epiſcopus.de off.
ord.in 6.vt & Archiepiſcopi in tota e-
ius prouintia,vt d.Abb.in c.cum capel
la.de priuileg. vnde nullus poteſt ca-
pellam ædificare, vt adimatur a po-
teſtate ordinarij,vt d.Abb.in ca.cũ di-
lectus.de conſuet.not.4.nec poteſt no
uam eccleſiam ſine licentia eius ædifi
care, alias in dominium epiſcopi tran
ſit.glo.in c.cum olim.verbo.reuocari,
de priu.ſecundo poteſt perpetuum ca
pellanũ inſtituere, vbi teſtator decre-
uerat eum amouibilem eſſe, vt d.Go-
meſ.de trien.poſſ.reg.32.Imo.in l.1.ff.
de cond.inſt.Caſtr.conſ.35.&lib.1.ter-
tio heremitæ etiam epiſcopo loci obe
dire tenẽtur,vt d.glo.in c.nulla ratio-
ne.& c.qui vero.16.q.1.quarto ex cau
ſa iuſta poteſt fructus beneficij vacan-
tis ſibi retinere, licet alioqui benefi-
cia conferre debeat, nec illa aut eorũ
partem ſibi retinere poſſit. ca.vn.cum
ibi not. vt eccl.benef.Cucch.d.tra.nu.
194.quinto licet exiſtens extra diœce-
ſim non poſſit expedire ea quę ſunt iu
riſdictionis cõtentioſę,ſecus tñ ꝗ ſunt
voluntariæ, vt miſſam ſolemnem cele
brare,& ſubditorũ reſignationẽ admit
tere,& cõfirmare, vt habetur Rot.de-
ciſ.5.de off.vic.in ant. niſi beneficium
eſſet litigioſum; tunc enim niſi intra
diœceſim poſſet illud conferre, nec cõ
firmare, nec edicta inſtitutionem pr̨
cedentia decernere,nec beneficio pri
uare,Feli.in c.auditis.de pręſcr.Gom.
c.ſtatutum.de conſtit.in 6.nec excom-
municare, licet excommunicatos ab-
ſoluere poſſit. Feli.in c.cum inferior.
ver.ad idem.de maior. Cuch.d.tr.nu.
196. ſexto poteſt eccleſias parochia-
les conuentuales facere,dummodo ec
cleſiarũ opes ſatis ſint conuentui alen
do,vt d.Abb.in c.cũ veniſſent. de cõſt.
ſeptimo poteſt epiſcopus gymnaſiorũ
profeſſores eligere.quo ad artes libe-
rales tantum.c.de quibuſdã.vbi Card.
& Arch.d.37.octauo poteſt ſtatum mo
nia-



nialiũ euertere, & abbatiſſam ac mo-
niales transferre, vt d.Petr.Peruſ.tra.
de mut.ſtat.eccl.in princ.nu.5.& duas
eccleſias vnire,vel vnam alij ſubijcere
vt d.Firm.d.tr.lib.4.p.2.q.39.num.87.
cum ſeq.nono in eccleſia vacãte cuius
prouiſio ad papam etiam ſpectat œco
nomum conſtituere ac ſi ad ſe ſpecta-
ret,vt d.Abb.in c.cum nobis. de el.de-
cimo vbi inferior regularis vel ſecula
ris eccleſiæ de rectore non prouidet,
dato ei termino cõpetenti, ipſe pro-
uidere poterit;& regularibus negligẽ
tibus conferre intra ſex menſes, in nõ
exemptis ſua,in exemptis authoritate
apoſtolica ſupplet negligentiam. cle.
vn.de ſuppl.negl. Cuch. ibi num.200.
201. vndecimo ſtatuere poteſt vt cola
tur dies alicuius ſancti ab eccleſia in-
ter ſanctos relati, licet populus aduer
ſetur.c.1.vbi gl.de conſec.d.3.duodeci
mo poteſt edicta in clericos vel laicos
etiam de re ſpirituali promulgare. ca.
ſi.de el.in 6.ca.1.de poſtul.decimoter-
tio poteſt in ſua diœceſi leges & conſti
tutiones facere quæ perpetuæ ſint.ca.
vt animarum.de conſt. in 6.c.1. vbi gl.
verbo.non generaliter.de conſ.diſt.3.
quæ ſucceſſoris confirmatione nõ ege
bunt.vt d.Card.Zab.conſil.30. qui ta-
men eis non aſtringuntur,vt d.Ioann.
Andr.in regu. cui licet. de regu.iur.in
mercur. ſi tñ ius fuerit alicui quæſi-
tum non poterit contra eas deſpẽſan-
do ius illud ei auferre, vt d.Card.loco
cit. & valebunt eius conſtitutiones ẽt
ſi aliquid aduerſus ius ſtatuat, ſi ſpon-
te a ſubditis acceptæ ſint. vt d.Arch.in
c.certe.12.q.1.Gem.in c.placuit. d.32.
vnde valet cõſtitutio epiſcopi facta dę
cõſenſu cleri,qua cauetur ne quis or-
dinib. initietur qui bonis proprijs nõ
renuntiarit,& continentiam non pro-
miſerit,licet quo ad patrimonium ſe-
cus videatur modo dicendum ex cõc.
Trid.ſeſſ.21. c.2. poteſt etiã epiſcopus
iuri communi aliquid addere vt pęnã
nouam inducẽdo. ca.ſtatutum. §.2.de
conſt.in 6.gl.& Card.in Cl.ne Roma-
ni.de el. decimoquarto poteſt epiſco-
pus nouam & laudabilem conſuetudi
nem in ſua eccleſia introducere in ce-
lebratione officiorum.ca.1.vbi glo.de
conſ.diſt.3. c.nouit. d.12.gl. in c.eleu-
therius.d.91. decimoquinto ſi pater ſi
lio exhæredato eccleſiam inſtituit,po
teſt filio hæreditatem reſtituere.cap.
quicunque.17.q.4.Card.Alex. in c.nõ
ſatis.col.4.diſt.86.decimoſexto poteſt
epiſcopus eum quẽ papa male inſtru-
ctus ab excommunicatione abſoluit,
ad priſtinam excommunicationem re
digere,vt d.Feli.in ca.ſi quando.col.2.
de reſcript.decimoſeptimo poteſt ab-
batem ſegnem, fornicatorem, crude-
lem,ebrium, indiſcretum ab admini-
ſtratione remouere, vt d.Firm.d.tr.2.
lib.4.nu.82.q.35.

Caſus qui epo reſeruentur.

Quo ad quartum aliqui caſus epi-
ſcopo iure cõmuni reſeruãtur, & plu-
res ſibi reſeruare poteſt a quib. alius
ſacerdos abſoluere non poteſt ex cõc.
Trid.ſeſſ.13.c.7.qui vero ſint hi caſus,
& qualiter in generali commiſſione
comprehendãtur, vel ſpeciali,dixi in
tr.de caſib.reſeruatis.in prin. & latius
habetur infra in ſacramẽ.pęnitentiæ.
Et pro nunc dicendum,ꝙ epiſcopo re
ſeruatur in iure, caſus incendiariorũ
domuum vel frugũ,& opera ad id dan
tium.c.peſſimam.23.q.8. pęnitẽtia pu
blici blaſphemi.c.2. de maled.excom-
municatio maior. c.nuper.de ſen.exc.
ſortilegium.ca.2.de ſortileg.pęniten-
tia contrahentium matrimonia clan-
deſtina,peccatum ob ꝙ ſolennis pęni-
tentia imponitur,diſpenſatio uotorũ,
& iuramentorum. Cõſuetudine vero
generali,homicidium volũtarium.fal-
ſans ſcripturam,vel falſum teſtificans,
vel oſtendens ſcripturas parti aduer-
ſæ.violatio immunitatis eccleſię,ſacri
legium,oppreſſio filiorum, periuriũ,
inceſtus, corrumpens moniales, pec-
cans contra naturam, enormia & pu-
blica crimina.

Eps in quibus caſib. poſſit diſpenſare, & a quib. abſoluere

Quo ad quintum,dicendum, poſſe
epiſcopum diſpenſare in omnibus pę
nitentialibus,& ſpiritualibus, niſi pa-
pę ſpecialiter ſint reſeruata,& quoties
ius concedit poteſtatẽ diſpẽſandi in-
telligitur eam epiſcopo concedere,vt
d.gl.

d.gl.in c.poſtulaſti.de cler.exc. & in c.
innotuit.de eo qui furt.Abb.in c.2.de
vot.c.nuper.de ſent.excomm.Fel.in c.
paſtoralis.§.præterea.col.2.de el. Silu.
diſpenſatio.§.9.ver.3.quando. & ijs ca
ſibus diſpẽſatio eſt in arbitrio epiſco-
pi,nec illam inuitus facere poteſt.c.at
ſi clerici.vbi Abb.in ſi.verbo.poteſt de
iudic.licet conqueri quis poſſit,ſi ſine
cauſa non diſpenſet.vt ibi d. Abb. dec.
& Feli.in §.1.cum inuito tamen diſpẽ-
ſari non poteſt.c.innotuit. de el. parũ
tamen debet epiſcopus vti diſpẽſatio
ne niſi ob iuſtam rationem maiorem
vtilitatẽ,& cauſa cognita, ut habetur
in Conc.Trid.ſeſſ.25.c.18.

Primo igitur diſpenſare poteſt epi-
ſcopus in omnibus fere negotijs. ſ. cir
ca ſacramentum Ordinis,& Matrimo
nij, in aliquibus accidentalibus non
ſubſtantialibus,nam ſic nec papa diſpẽ
ſare poteſt,vt dixi ſupra tr. de ſtatu pa
pæ;circa beneficia,& circa penitẽtias,
& vota, & etiã ex magna neceſſitate,
vt aliqui uolũt,poteſt mollire aliquali
ter rigorem iuris cõmunis. vt d. Abb.
in c.cum dilectus,de el.in cap.ſi. de fil.
presb.in c.at ſi clerici. §. de adulterijs.
de iudic.Rot.deciſ.262.in nou.deciſ.5
de iur.patr.etiam ſi non dicatur,ꝙ di-
ſpenſari poſſit,nam ſi conceditur ſim-
pliciter,ut in conſtitutione diſpenſari
poſſit,id intelligitur epiſcopo conceſ
ſum vt d. Abb. & Felin.in d.§.de adult.
Couar.in c.alma.§.1.p.1.de ſent. excõ.
in 6.nu.8. & probabile eſt,ꝙ poſſit di-
ſpenſare in conſtitutione cõcilij quæ
pœnitentiam imponit;cum penitẽtiæ
omnes hodie ſint arbitrariæ.ca.Deus
qui.c.quæſitum. de pen. Duenas.reg.
248.Tertia limit. vel melius dicendũ,
ꝙ in tangentibus ſtatum vniuerſalem
eccleſiæ diſpenſare nõ poteſt niſi ſpe-
cifice ſibi concedatur, ſi in alijs,vel ut
quid fiat,& non poteſt niſi in caſib.iu-
re permiſſis, vel in iam factis, & tunc
vel in delictis in totum penam tollen-
do, & poteſt diſpenſare in minoribus
adulterio,in maioribus non, niſi appa
reat conceſſum,vt in minoribus diſpẽ
ſat,niſi appareat prohibitum, & ꝙ di-
catur minus ſtat in arbitrio iudicis, ita
Inn.in c.dilectus. de temp.ord.Abb. &
Fel.in c.at ſi clerici. de iudic. vel in de-
lictis infamiam tollendo, & nõ poteſt,
vel penam mitigando, & poteſt in ali-
quibus, vt ſupra eſt dictum. & not.in
c qualiter.2.de accuſ.c.2. de conſt.vel
vult diſpenſare contra canones ſupe-
rioris, & tunc vel prohibetur diſpen-
ſatio, & non poteſt, & idem ſi non cõ-
ceditur, uel prohibetur, niſi expreſſe
concedatur,vel conceditur, & poteſt,
ſi contra propriam cõſuetudinem vel
legem poteſt niſi ius ſit alij quæſitũ.
Abb.in c.dilectus,de temp.ord.

Secundo in particulari quo ad ordi
nes in pluribus caſibus diſpenſare po-
teſt, uel ad executionem ordinis, vel
aſcenſum ad maiorem,nam diſpẽſare
poteſt cum eo q inſcius ſuſcepit ordi-
nes ab alieno epiſcopo,ut in ſuſceptis
miniſtrare poſſit.ca. ſignificaſti. vbi gl.
& Doct.de off. Arch. Spec.de diſp.§. nũc
de epiſcoporum.Similiter cum eo qui
ab excõmunicato eſt ordinatus igna-
rus excommunicationis ca.1. & 2. vbi
gl.de ord.ab ep.Sp.d.loco ver.5 ſimili-
ter ſi diaconus diaconum vulnerarit,
vel matrimonium de facto contraxit,
poteſt cum eo penitente diſpenſare,
ut ad presbyteratum promoueatur. c.
1.qui cler.uel uou. ubi not. Spec.ibid.
nu. 14. ſimiliter cum ordinato ab epi-
ſcopo qui renũtiauit epiſcopatui, eius
rei inſcio.c.1.de ep.qui ren.Spec.ibid.
uer. 4. ſimiliter cum clerico per ſaltũ
promoto,ut ſuſcepto omiſſo, ad alios
promoueri poſſit.c.1.d 52.c.1.de cler.
per ſalt. cum ibi not.Spec.ibid.ver.17.
ſimiliter ut clericus cõcubinarius,cu-
ius crimen erat occultum, poſt actam
penitentiam ordinari poſſit.ca.queſi-
tum,ubi gl.de temp. ord. Specul.ibid.
uer.26. Similiter diſpenſare poteſt cũ
adultero uel criminibus minoribus ir
retito, poſt impoſitam ſibi penitentiã
ab eo peractam, ut ad ordines promo
ueri poſſit.c.ſi. de temp. ord.not.in ca.
at ſi clerici.§.de adulterijs.de iud. Spe
cul.ibid.uer.8. ſimiliter cum eo qui in
monogamia pugnauit,ſi ibi nemo ce-

cideirt



ciderit, nec membrũ ſit abſciſſum, nõ
non tamẽ eum admittere poteſt ad or
dinem maiorem,licet in ſuſcepto tole
rare poſſit,c.1.de cler.pugn.Spec.loco
cit.uer.9.num. hodie tamen nõ poteſt
ob concil.Trident.ſeſſ.25.c.19.Sic po-
teſt idiotam in ordine ſuſcepto tolera
re,eum inſtruendo ſi ſperat eum pro-
fecturum.c.nullus.d.38.Spec.ibid.ver.
26. diſpenſare tamen non poteſt ut il-
literatus ordinetur cum ſcientia diui-
no iure in clerico deſideretur Spec. lo
co prędicto Turr.cr.in c. ſi in laicis. d.
48. ſic etiam ſacrilegum in ordine ſu-
ſcepto tolerare poteſt. c.ſi quis.d.50.
c.ſi.de furt.Spec.ibid.uer. 29. ſic etiam
diſpenſat cum ijs qui in cunabulis,vel
a barbaris,vel vi ſecti ſũt,uel lepre mẽ
tũ ſe caſtrauerũt,ut poſſint exequi ſu-
ſceptos ordines,& ad ſuperiores pro-
moueri. ca.ex parte.1.2.de corp.vit.c.
ſignificaſti.eod.cum ibi not.ca. ſi quis.
pro ægritudine.& c.eunuchus. diſ.55.
ſimiliter cum reuerſo ab hæreſi ad ſa-
nam doctrinam,& ſciſmatico peniten
tẽ quo ad executionẽ ordinum ſi res
ita patiatur. c.presbyteros.50. d.Spec.
ibid. ſic ſi ſeruũ a domino redimere
velit,poteſt eum ordinare,& etiã ſer-
uum monaſterij.c.generali. c.multos.
54.d.Spec.ibid. uer.41. ſic cum crimi-
noſo etiam manifeſto, poſt actam pe-
nitentiam homicida excepto, ſi in ſu-
ſcepto ante penitentiam nõ miniſtra-
rit diſpenſare poteſt ut ad maiores e-
tiam ordines promoueatur, ſi ex hoc
non ſequitur ſcandalum,& fructũ ſpe-
rat.c.ſi.de tẽp.ord. cum ibi not. c.1.de
corp.vit.c.2. de apoſt. Cuch.d.tr.num.
263.ſic diſpenſare poteſt cum ordina-
to extra tempora, ſi in ijs nõ miniſtra
rit,ut in ſuſceptis manere poſſit,ut di-
cit Silu.diſpenſatio §.10.uer.9. ſimili-
ter cum ordinato furtiue ad ſacros,dũ
modo contra tales epiſcopus excõmu
nicationem non promulgaſſet,qa tũc
ſolus papa diſpẽſat.c.1. de eo qui furt.
niſi in religione per aliqđ tempus pro
bate permanſerit,quia tunc epiſcopus
diſpenſare poteſt, vt vtitur ſuſceptis,
Speculat. loco prędicto. ver.8.in eod.
ſimiliter excommunicatum qui mino
res ordines ſuſcepit epiſcopus tolera-
re poteſt,non uero ſi ad ſacros ſit pro-
motus.c.cum illorum.de ſent.excom-
munic. ſimiliter cum apoſtata a Reli-
gione ſi poſt apoſtaſiam minores ordi
nes ſuſcepit habitu non dimiſſo,ſi ta-
men non erat exemptus ab epiſcopo,
ut d.Silu.apoſtaſia.§.8.ad ſi.cum biga-
mo etiam ſecundum aliquos diſpenſa
re poteſt,ut minores ordines ſuſcipe-
re poſſit.c.2.ubi gl. & Doct. de bigam.
Spec.loco prędicto.Fran.in c.1.de bi-
gam.in 6. licet alij cõtrarium ſentiãt,
vt dicunt aliqui ex prædictis,& hæc o-
pinio eſt tutior, cum id ſit prohibitio
Apoſtoli,in qua ſolus papa diſpenſare
poteſt,ut dixi.c.de ſtatu papæ. ſimili-
ter cum eo qui miniſtrat in ordine ſa-
cro non habito, ut poſt bienniumuel
triennium miniſtrare poſſit in ordine
legitime ſuſcepto.c.2.de cler. non or-
d.ubi Doct.Spec.d.tit. de diſpẽ.§.nunc
de epiſcoporum.num.18.ꝙ in Diaco-
no qui miſſam celebrauit aperte oſtẽ-
ditur in c.2.de cler. non ord. & etiam
procedit in eo qui nullũ ordinem ha-
bẽs in eo miniſtrauit,ut ordinari poſ-
ſit ad minores, ad maiores autem nõ
poteſt promoueri cum diſpenſatione
epiſcopi. Abb.in c.2. de cler. non ord.
licet grauius peccet nullum ordinem
habens miniſtrans,quã ordinatus mi-
niſtrans in ordine quem non habet.ut
ibi d.Abb. Diſpenſare etiã poteſt cũ il
legitimo ad minores ordines & ex ma
gna cauſa etiam ad maiores,c.veniẽs,
c.poſtulaſti.de fil.pb.cap.1.eo.in 6. &
cum iterante baptiſmum vel bis ſuſci-
piente ſi ingreditur religionem. Silu.
irregularitas.§.4. & cum eo qui benefi
cium de manu laici accepit, vt d.Silu.
beneficium.3.in prin.Similiter ut duo
ad unam præbendam eligantur, nõ ta-
men æqualiter ꝙ dicendum ut in cap.
tuæ. de prębẽ.cum clerico ob crimen
vſuræ ab epiſcopo ab officio uel bene
ficio ſuſpenſo,ca.præterea. de vſur.in
multum enormi & notorio crimine,
c.1.de corp.vit.ca.2.de apoſt. & etiã in
capitalibus criminibus occultis. ca.de

his.

his.50.diſtin.cum ſacerdote ſimul plu
res concubinas habente. c.quia de bi-
gamis. Cũ alienigena inſtituto in be-
neficio per eum qui inſtituere nõ po-
tuit.ca.fi.de cler. pereg. cum presbyte
ro qui de facto matrimonium cũ vir-
gine cõtraxit quo ad executionem ſui
officij.c.ſane.2.de cler.coniug. & cum
diacono.c.2. qui cler.vel vou.dummo
do non contrahant bis,vel cum corru
pta.c.presbyterum. 27. d.c.pen. & fin.
de bigam. cum monacho & canonico
regulari vt poſſit miniſtrare in eccle-
ſia ſeculari.ca.doctos. 16.q.1. dummo
do non ſit ſolus.c.q Dei, de ſtat.mon.
Cum eo qui excommunicatus recepit
beneficium.c.poſtulaſtis. de cler.excõ.
niſi authoritate apoſtolica ſit excom-
municatus,c.cum bonæ.de æt. & qual.
cum religioſo ut trãſeat ad minorem
religionem.ca.ſignificatum. de regul.
Conc.Trid.ſeſſ.25.ca.19. In commuta
tione præbendarum & perſonarum.c.
quæſitum.c.cum uniuerſorum. de rer.
permut. cum eo qui bigamum ordina
uit.c.2.de bigam. vel alios irregulares.
cum falſario ut eum ad papam mittat,
uel in carcere detineat.c.in memoriã.
19.diſt. cum clerico coniugato ut ha-
beat ſimplex beneficium.ca.de his.28.
d.cum clerico cõcubinario ut poſt pę-
nitentiam promoueatur.c.fraternita-
tis.34. d.niſi ſit damnatus uel infamis.
c.quęſitum de temp.ord. In ordinibus
conferendis.c.cleros.11.d. In pęniten
tijs iniunctis, & foro pœnitentiali.55.
d.per tot.c.tempora.ca.alligant.26.q.
7.ratione tamen ducente. ar.ca.falſas.
de pęn.d.6.iuxta dicenda in tr.de pęn.
niſi ei ſpecialiter prohibeatur, non ta
men vt ſolenniter pœnitens promo-
ueatur.ca.ex pœnitentibus.50.d.cum
ſacrilego.c.ſi quis.50.d.cum ſeruo pro
moto ſi velit eum redimere. c.genera-
lis.54.d.& cũ ſeruo monaſterij, vt pro
moueatur. cap.de famulis. de ſeru.nõ
ord.cum aſſumpto de ſua dięceſi in e-
piſcopum ut remaneat in primo be-
neficio ſi nõ admittitur ad eccleſiam
ad quam eſt promotus. c.ſi quis.92.d.
cũ ſchiſmatico.c.vt conſtitueret.50.d.
ut tamen abſolutus eſt ab excommu-
nicatione Cœnę Domini. cum rapto-
re quo ad viaticum ei concedendũ. c.
ſuper eo.§.ſi uero.de raptor.In mino-
rem ſolito procurationem recipien-
do.c.relatum. ubi gl.10.q.3.de quo in
in Conc.Trid.ſeſſ.24.c.3.& dicetur in-
fra de Viſitatione ad fin.c. In minora-
tione 3.vel 4. decimarum ex cauſa.ca.
priſcis.d.10.q.3.c.unio.12.q.3.In exe-
cutione ſententiæ differendæ. ca.eſt a-
pud.11.q.3.cum ſortilego. c.ex tuarũ,
de ſortileg.c.cõtra.26.q.5. cum eo qui
beneficium renuntiat,ut in eo conce-
dat illi victum. c.quamuis.7.q.1.ca.ad
ſupplicationem,de renunt. & cum eo
qui petit ceſſionem ut cedat uel rema
neat.c.admonet.eo, cum monacho in
minoribus exiſtente ut fiat Abbas. ca.
tuam.de ęta.& qual.cum ſectis in incu
*nabulis*, uel a *barbaris timore* ve le-
præ, uel cum ita natis ut promoucan-
tur,uel maneant in ſuis ordinibus. ca.
ex parte.1.2.de corp.uit. ca.ſi quis.55.
d. ſi uero quis ſponte id fecit etiam ut
Deo ſeruiat,cum eo ſolus papa diſpẽ-
ſat.ca.ſignificauit.eod. ut & ſolus cum
habente maculam in oculo. ut not.in
c.2.eod.cum clerico peregrino ut cele
bret occulte ſine literis uel teſtib. ſuæ
ordinationis.c.ſi. de cler. peregr. non
tamen hodie ex Conc. Trid. ſeſſ.23.c.
16. cum prælato ut faciat perpetuũ ui-
carium.c.ad hæc.de officio uicarii, cũ
alias is teneat deſeruire in ꝓpria per-
ſona.c.eos.cum ſeq.81.d. & q prælati
minores ſuos ſubditos excõmunicẽt.
c.ſi ſacerdos.c.cum ab eccleſiarum.de
off.ordin. licet ex cauſa ſine epiſcopo
poſſint interdicere diuinum officium
& eccleſiaſtica ſacramenta.d.c.ſi ſacer
dos.& c.nemo.2.q.1. cum clerico per-
cuſſore.ca.1.de cler. percuſſ. niſi adſit
homicidium uoluntarium, uel mutila
tio membri. cum rectoribus ad ſino-
dum non uenientibus. ca.ſuper eo.de
maior. qui puniri poſſunt ſi non ue-
niunt.c.de eulogijs.c.pen.18.d.de quo
habetur etiam in conc. Trid.ſeſſ.24.c.
2.Vt ſine peccato trãſigatur ſuper de-
cimis.c.ſtatuimus.de tranſact. & in be



neficio.cap.de cætero.eo.cum clerico
depoſito ut non tradatur curiæ ſecu-
lari.ca. cum non ab homine.de iudic.
cum is ſemper debeat viuere clerica-
liter. c.accedens.51. diſt.c.dictum.81.
d.Vt contumax non ſit contumax. ca.
1.& 2.de dolo & contum.Vt fructus ex
cauſa ante ſententiam ſequeſtrentur.
cap. pen. & fin. de ſequeſtr. cum alias
ſequeſtratio regulariter uetita ſit. de
prohib. ſequ. per tot. cum ſuſpecto
de crimine ut eum non condemnet.
capit.literas. de præſumpt.quòd uir &
uxor ſeparati contineant ad deterius
uitandum. cap.tua nos. de iureiur. Vt
loco obſidis ratione iuramenti cleri-
cus uel monachus ſit. cap. ex reſcrip-
to.de iureiur. Diſpenſat etiam in cor-
rectione morum, & erogatione rerũ
eccleſiaſticarũ præuia ratione tamen.
cap.præcipimus.12.q.1.Si prælatus dif
fidit de iure ſuo poteſt dimittere rem
quam eccleſia poſſidet, modo tamen
not.in c bonæ.2.ver.quòd ſi.de poſtul.
Cum fure rei eccleſiaſticæ ut ſibi pœ-
na mitigetur.c.fraternitas.12.q.2.cap.
ſi res.14. quæſt.6. & vt poſt actam pœ-
nitentiam,uel eius partem poſſit ad ſa
cros ordines promoueri.c.fin.de furt.
Vt ſeruus eccleſiæ benemeritus cũ pe-
culio manumittatur. cap.ſi quis.ca.cũ
redemptio.12.q.2.Vt res eccleſię tem
pore famis uendantur pro ſuſtentatio
ne pauperum, & redẽptione captiuo-
rum.c.aurum. c.gloria. & ſeq.12.q.2.
cum eccleſia parochiali,vel eius recto
re dimittẽdo ei quartam decimarum
ſibi debitam. c. de quarta de præſcr.&
alia iura epiſcopalia.c.paſtoralis.de do
nat. de conſenſu tamen capituli c.no-
uit.de his quę fiũt. Si pater filio exhę-
redato eccleſiam inſtituit hæredem,
mortuo patre ut reſtituat filio hære-
ditatem. capit.Si quis.13.quæſtio.2.&
idem ſi ei poſtea naſcitur filius. capit.
quicunque.decimaſeptima quęſtio.4.
Vt ſuſpenſus pęnitens apud eccleſiam
ſepeliatur.c.quęſitum.13.q.2.Vt ſacer
dos in ciuilibus coram laico teſtimo-
nium ferat.capit.quanquam. decima-
quarta quæſtio.2. In iuramento metu
extorto quòd eſt in detrimentum ani
mæ uel corporis, vt vna eccleſia ex
cauſa alteri partem faciat de decimis
& primitijs.c.ſicut. c.ſtatuimus. 16.q.
1.q patronus conferat decimas mona
ſterio male a laico detentas, in quo-
rũ poſſeſſione non erat eccleſia. c.ſi.
16.quæſt.prima,cap.apoſtolica.de his
quæ fiunt. vt ſi eſt patronus,præſenta-
tus ab eo ſine examine admittatur,
cum pro eo præſumatur capit.primo,
decimaſexta quæſtio. quinta, quòd ho
die tamen non procedit in parochia-
libus, capit.18.ſeſſione 24. Vt Abbas
conferat inueſtituram in eccleſiis per
eum ſibi collatis. cap.viſis.16.quæſt.2.
quod eccleſia det clericis ad vitam eo
rum de ſuis poſſeſſionibus. cap.cleri-
ci. capit.ſi epiſcopus. decimaſexta q.3.
& ipſe dat ſuis ſeruitoribus de ſuis ad
vitam eorum,& de proprijs in perpe-
tuum. capit.illud. decimaſexta quæſt.
6.& ſucceſſor eos alere tenetur. capit.
hoc ius.duodecima quæſt.2.Diſpenſat
in pœna pro immunitate eccleſiæ vio-
lata.capit.ſi quis contumax.17.quæſt.
4.In ſeparando ſuo arbitrio monaſte-
ria duplicia.c.in nullo.c.diffinimus.18
q.2. Cum monaſteriis in tributis ſibi
dandis.c.Eleutherius.17.q.2. Vt cleri-
cus poſſit ad alterius epiſcopatũ tran-
ſire.71.72.73.diſtinct.per totum.cum
monachis ut habeant *cellulas intra*
clauſtrum. capitulo.cellulas. decima-
octaua quæſt.ſecunda. quòd & Abbas
facit benemeritis.capit.fina. vigeſima
quæſt.vlt. In tempore velãdi virgines.
capit.1,de temp.ord. alias niſi ex cau-
ſa niſi in certis feſtiuitatibus.c.de uo-
tis.20. quæſtio.prima, correctioni ex
cauſa ſuperſedendo.capit. non poteſt.
23.quæſt.4. parcendo teſti ne perſona
liter puniatur.c.1.23.quæſt.5.Relaxan
do excommunicationem ad cautelã.
c.veniens.2.de teſtib. ſecus in interdi-
cto. In modica iniuria ſi iniurians ex
ſententia ſit infamis.capitu.cum te.de
ſent. & re iud. deferendo ex cauſa fri-
uolæ appellationi.capit.conſtitutis.de
appellat. In transformatione habitus
ex cauſa. capit.Deus. de vit.& hon.cũ

cle-

clericis concubinarijs niſi irregulares
ſint facti. de quo ſeſſ. 25. ca. 14. in Trid.
Conc. cum non reſidente. c. tua. c. fin.
de cler. non reſiden. de quo uidendum
Concil. Trident. ſeſſ. 6. cap. 2. & ſeſſ. 23.
c. 1. cum duobus diſcorditer electis, vt
vnus habeat dignitatem, alius q̄d prę-
ter conſuetum. ca. niſi. de præb. vt quis
habeat cãpanas. c. patentibus. de priu.
vt ex vna præbẽda ex cauſa fiant duę.
c. vacante. de præb. alias non, & vnien-
do capellas ut augeat præbendas. cap.
expoſuiſti. eo. de quo in Trid. Concil.
ſeſſ. 21. c. 5. vt valeat actum per præceſ-
ſorem licet inualidum, ut quia defue-
rit conſenſus capituli. c. cum nos. c. cũ
apoſtolica. de his quæ fiunt. Ex cauſa
retinẽdo ad tempus fructus beneficij
vacantes. c. vn. ad fi. vt eccl. benef. Dan
do monaſterijs priuilegia exẽptionis.
c. cum olim. de priu. & concedendo ca
pellas monachis. c. paſtoralis. de dona.
pęnitentiam abbreuiando ei qui cum
moniali contraxit. c. virginem. 27 q. 1.
& qui eam cognouit. c. eos. ibid. cũ ſe-
pe nubentib. c. de his. 31. q. 1. cum adul
tera vt ponañ in monaſterio ſi vir non
vult eam recipere. c. de benedicto. 32.
q. 1. vt & adulteros excommunicat. ca.
præceptum. ibid. Conc. Trid. ſeſſ. 24. c.
8. ſeparando maleficiatos poſt trien-
nium. c. fi. de frigid. mitigando pęnam
matricidæ. ca. latorem. 33. q. 2. Diſpen-
ſando cum ſolenniter pęnitente & in-
ceſtuoſo in matrimonio contrahẽdo.
cap. ſi quis. cap. in adoleſcentia. c. anti-
qui. ibid. cum inceſtuoſo per errorem
vxoris ſuæ ſororem cognoſcente. c. in
lectum. 24. q. 2. & cum inceſtuoſo ſim-
pliciter. ca. ex literis. de eo qui cogn.
conſang. Vt cognoſcens matrem ſpon
ſæ poſſit cum alia contrahere. ca. 2. de
eo qui duxit in matr. & vt is qui ſepa-
ratur ab vxore ob conſanguinitatem
poſſit cum alia contrahere. ca. ab iſto
die. 35. quæſt. 6. contra ſententiam quę
non tranſiuit in rem iudicatã. c. quod
quis. 35. q. 9. etiam in cauſa matrimo-
niali. Cum raptoribus virginum ad e-
uiandam pęnam legalem, & vt poſt pę
nitentiam contrahant cum mulierib.
raptis. c. 1. 36. q. 1. c. 1. de rapt. in quo vi
dendum Conc. Triden. ſeſſ. 24. ca. 8. fa-
ciẽdo eccleſias pauciores numero, vel
minores ſi non poſſunt de proprijs re-
ditibus ſuſtentari. c. omnes. de conſ. d.
1. in quo videndum Conc. Triden. ſeſſ.
21. c. 5. & 7. & ꝙ numerus canonicorũ
minuatur. ſeſſ. 24. c. 15. vel augeatur. c.
1. & 2. de inſt. cap. ex parte. de conceſſ.
præb. & vt fiat nouus perſonatus in ec
cleſia. cap. cum olim. de conſuet. quòd
miſſa canatur in oratoris. cap. concedi
mus. c. clericos. c. ſi quis. de conſ. diſt. 1.
cum presbytero qui ſub vno canone
duas miſſas celebrauit, cap. relatum. c.
comperimus. de conſ. diſt. 2. Minuen-
do pęnã ſacerdoti cuius negligẽtiam
comedit hoſtiam uel particulam con-
ſecratam. c. qui bene. ibid. ut presbyter
celebret ubi epiſcopus eodem die ce-
lebrauit. c. fi. ibid. Vt Iudæus ſtatim ex
cauſa baptizetur. c. ne quid. de conſec.
d. 4. cum ignoranter rebaptizato cum
eſſet paruulus ſi eccleſiæ neceſſitas, &
eius merita id exigant. c. qui bis. ibid.
In pœna presbyteri cum veteri chriſ-
mate baptizantis. cap. ſi quis de alio.
ibid. Vt presbyter ſignet pueros in ver
tice quos epiſcopus baptizauit, ſi epi-
ſcopus non potuit omnes in vertice
chriſmare. cap. omni tempore. ibidem
ſolus uero epiſcopus poteſt chriſma-
re. cap. quanto. de conſuet. cum mo-
nacho ſciẽter extra clauſtrum carnes
comedente. ver. carnem. de conſec. d.
5. cum clerico, vel pręlato religioſo ut
peregrinetur. c. magnæ. de uoto. & ca.
pen. & fin. ꝙ clerici maneant & come-
dant in proprijs domibus, & nõ ſimul.
c. quoniam. de vit. c. neceſſaria. 12. q. 1.
Vt fugitiui redeant ad clauſtrum. cap.
fi. de regular. ꝙ ſimpliciter deuota cõ-
trahat ne deterius fiat. c. ueniens. qui
cler. vel vou. in uoto ut in melius com
mutetur. c. 1. c. ex multa. de uoto. niſi ĩ
Hieroſolimitano. c. ꝑ tuas. c ex parte.
c. magnæ. eo nec in uoto continẽtiæ &
ꝑpetuo religionis & Romę. c 1. eo. Vt ĩ
defectũ regulariũ monaſterium de ſe
cularibus clericis ordineñ. c. inter 4. de
relig. dom. Recipiendo ſecundum præ
ſen-



ſentatum a patrono primo omiſſo. ca.
cum autem. cap. paſtoralis. de iur. pat.
cum ſacerdote incaute in officio ſuo
peccante. c. fin. de celebr. Miſſ. quòd in
firmus, vel alia cauſa rationabili quis
diebus ieiuniorum comedat carnes.
cap. conſilium. de obſeru. ieiu. vt eccle
ſia parochialis fiat monaſterium. cap.
ad audientiam. de eccl. ædif. ex Conc.
tamen Triden. unio huiuſmodi veta-
tur. ſeſſ. 24. ca. 13. diſſimulare poteſt ut
ſponſus & ſpõſa de futuro ſe abſoluãt
ne deterius contingat. ca. præterea. de
ſponſ. & ut puella nubilis dimittat ſpõ
ſũs minorẽ 14. annis & cõtrahat ne de-
terius contingat. c. ex literis. de deſpõ.
impub. Infirmare uel confirmare po-
teſt ſponſalia iuxta formam. c. cum in
tua. de ſponſ. cum filijs adulterorum
ut alantur a parentibus. c. cum hẽret.
de eo qui duxit, contra. c. per venerabi
lem. qui fil. Diſſimulando etiam diſpẽ-
ſat in diſpenſatione ex falſa cauſa ob-
tenta. c. quia circa. de conſang. de quo
uidendum Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 5. Diſſi
mulando etiam diſpẽſat in adulterio
per mulierem ſponte cõfeſſum, niſi in
illo perſeueret. c. ex literis. de diu. Mi-
tius puniendo ex cauſa in probatione
deficientem c. cum dilectus. de calũn.
In numero & qualitate compurgato-
rum. c. inſinuatum. de ſimon. c. ex tua-
rum. de purg. can. cum eo qui ex ſim-
plicitate fecit homagium propter be-
neficium. c. ex diligenti. de ſim. non ta
men ſimoniã; vt clericus ſcolaris, uel
peregrinus locet ad tẽpus fructus ſui
beneficij. c. fin. ne præl. c. fi. de uoto. cũ
homicidis & patricidis ut contrahant
matrimonium. c. 1. de his qui fil. c. ſecu
lares. c. interfectores. 33. q. 2. parochia
les diuidendo uel vniendo de conſen-
ſu eorum quorum intereſt. c. ſicut. de
exc. præl. alias non; cap. ſicut. 17. q. 1. in
quo videndum Conc. Trid. ſeſſ. 24. ca.
13. ſeſſ. 24. c. 9. ſeſſ. 21. c. 5. 7. dando mo-
nachis priuilegium de non dando de-
cimas præteritas ꝓſentes, uel futuras,
c. quia. c. ex ore. c. cum olim. de priuil.
cum filijs patronorum occidentium,
uel mutilantium prælatum, ut poſſint
in monaſterijs ad honores aſſumi'. ca.
in quibuſdam. de pęnis. Ex Bulla tamẽ
Sixti V. id homicidis prohibeñ cũ cri-
minoſo publice celebrante. c. 1. de cle
ric. pereg. cum excommunicato mini-
ſtrante quo ad beneficium. c. poſtula-
ſtis. de cler. excõ. qui tamen canon ad
hoc non facit. Minuendo pœnitentiã
a Papa impoſitam. c. accedens. 50. d. c.
latorem. 33. q. 2. abſoluendo ex cauſa
clericum ab eccleſia in qua eſt ordina
tus eum in alia locando. c. quorundã.
74. d. cum presbytero caſu ineuitabili
homicida. c. liceat. ſeſſ. 24. in Tr. Conc.
cauſa cognita. In reſidentia in paro-
chiali ad tempus. c. licet canon. §. fi. de
el. in 6. in quo videndum Conc. Trid.
in cap. 1. ſeſſ. 23. & cap. 2. ſeſſ. 6. cum eo
qui recepit electionẽ per abuſum po-
teſtatis ſecularis ut eligi poſſit. c. quiſ-
quis. de el. Vt corpora ſanctorũ de lo-
co ad locum transferantur. c. corpora.
de conſ. d. 1. ponendo œconomum in
eccleſia, cap. cum vos. de off. ord. prohi
bendo ex cauſa ne in eccleſia celebre-
tur. c. 2. de iur. patr. Vt eccleſia ædifice
tur. c. nemo. de conſ. d. 1. Et in caſibus
qui habentur. in c. quamuis. & c. coepi
ſcopi. 68. diſt. Hos caſus ponit Spec. in
tit. de diſpenſ. §. nunc de epiſcoporum.
Vt etiam quis habeat duas eccleſias in
titulum, licet & hoc liceat iure cõmu-
ni niſi ſint curatæ, vel requirant reſi-
dentiam, cum eo qui eſt in minoribus
ad dignitates; cum regularib. ut in ec-
cleſijs ſecularibus poſſint miniſtrare.
Cum eo qui bigamum ordinauit, uel
alios irregulares. Inn. in c. dilectus. de
temp. ord. qui caſus ſunt diligẽter exa
minandi, cum aliqua ſint quandoque
mutata, & ubi eſt dubium, tutũ eſt ab-
ſtinere a diſpenſatione. Cum promo-
tis per ſaltũ ſi non miniſtrarint, & an-
tequam utantur diſpenſatione omiſ-
ſam ordinationem recipiant. ſeſſ. 23. c.
14. cum ordinato ab alieno epiſcopo
ſine literis dimiſſorijs ſi crimen eſt oc
cultum, vel non miniſtrauerit in ordi-
ne, cum clerico priuato officijs, uel be
neficijs ob concubinatum ſi appareat
de eius emendatione. ſeſſ. 25. c. 14. Nõ
po-

poteſt autem diſpenſare ut quis vna
die duos ſacros ordines recipiat.cap.
dilectus.de temp.ord. poſt ſuſceptos
tamen poteſt, nec cum minore 14.an
nis ad dignitates, hodie uero requi-
runtur 22. ſaltem anni ſi non ſint cu
ratę.capit.cum dignitates. ſeſſ.24. in
Triden.Concil. Nec cum illegitimis
ad dignitates perſonatus & beneficia
cum cura, Nec cum corpore uitiatis,
niſi in caſibus ſupra expreſſis, nec cũ
bigamis & viduarum maritis, vel cũ
eo qui de facto duas duxit uxores,
nec cum facientibus duellum ſecuto
homicidio, uel mutilatione, nec id
mandantibus. Nec cum ijs qui excõ-
municati ſe fecerũt ad ordines pro-
moueri, etiam ſi errent in iure vel fa
cto, Nec cum illo qui cõqueritur de
iniuſta excõmunicatione in iudicio
ſeculari, Nec cũ nouitio uel alterius
profeſſionis ut fiat Abbas, nec vt quis
in eccleſia habeat duas præbendas,
Nec cum penitus illiteratis & ſolen-
niter pœnitẽtibus ut ſint clerici, Nec
cum ſeruis & obligatis ad ratiocinia
ſeruata tamen conditione de qua in
cap.1. de oblig.ad ratiocinia. Nec ut
quis ſine interuallo temporis maio-
res ordines aſſumat, ſecus in minori
bus, nec alijs caſibus expreſſis ſupra
Tract.de papa. & legato, & explica-
tis per Spec. d.§.nũc de epiſcoporũ.
Nec regulariter in irregularitatibus
quę contrahũtur in homicidio, ſimo
nia, nec vbi excommunicatus ſuſpen
ſus, vel interdictus ab homine mini-
ſtrauit in ordine. cap.ſi quis.7.q 1.c.
cum illorum. de ſentẽ.excom.nec cũ
clerico accedente ad iudicium prin-
cipis contempto iudice eccleſiaſtico
cap.ſi quis epiſcopus. 21.q.5. Nec cũ
bigamo.c.nuper.c.fin.eo. nec in non
ordinato miniſtrante, cũ diſtinctio-
ne de qua in tr.de irregularitate. Nec
cum promoto per ſaltum ſi miniſtra
uit, nec eo qui furtiue ordines ſuſce-
pit, nec cum ordinato extra tempo-
ra ab alieno epiſcopo, ſine legitima
ætate, vel alias illicite, & ante diſpen
ſationem miniſtrante.c.1. de ſacr.nõ
iter. & ex Bulla Sixti V. contra cleri-
cos male promotos. Nec cum ſuſpen
ſo etiam à canone à diuinis officijs,
ſi miniſtrauit, c.cum æterni. de ſent.
vnde notorius fornicator celebrans
non diſpenſatur per epiſcopum, non
tamen ſi eſt ſuſpenſus tantum a pon-
tificalibus, nec ab ingreſſu eccleſiæ,
ſi extra eam miniſtrat, Nec cum ex-
communicato qui ordines recepit.
c.cum illorum.de ſenten.excom.nec
cum eo qui ſentẽtiam ſanguinis ſcri
bit dictat, vel ei auxiliũ præbet, uel
chirurgiam exercet ſecuto homici-
dio.c.ſententiam.ne cler.uel mon.c.
tua.de homic. ſi tamen homicidium
nõ ſequitur, uel mutilatio epiſcopus
diſpenſat, Nec ſi habens impedimen
tum ſine diſpenſatione fuit ordina-
tus.c.ſi quis.81.d. Nec cum religioſo
leges, uel phyſicam audiente.c.ſuper
ſpecula, ne cler. uel mon. Nec cum
religioſo in apoſtaſia promoto. præ-
dictæ tamen irregularitates ſi proue
niãt ex peccato occulto, excepto ho-
micidio, in eis diſpenſat epiſcopus in
foro conſcientiæ. c.liceat. ſeſſ.24 in
Trid. Concil. Nec ut duo præſint uni
eccleſiæ æqualiter. c.penul.21.q.2.c.
quia.de off. ord.nec in pluralitate be
neficiorũ.c.de multa.de præb.ſi cura
ta ſint uel reſidẽtiã reqrãt. Nec in de
fectu ætatis, uel natalium, niſi caſib.
expreſſis. Nec cum ſuſpenſo in conci
lio ob iniuſtam collationem benefi-
ciorum.c.graue. in fi.de præb. ſic eñ
ſolus papa vel quatuor patriarchę di
ſpenſant, Nec in caſibus papæ reſer-
uatis, niſi vbi crimẽ eſt occultũ quo
ad abſolutionem in foro conſciẽtię.
d.c.liceat.in Trid.Conc. de quibus vi
denda ſunt quæ habenť infra de irre
gularitate in ſacr.Ordinis.

Quo ad beneficium vero maiorem
etiam habet poteſtatẽ epiſcopus in
diſpenſando cum eo qui ſummouen
dus eſſet, & rari ſunt caſus quibus id
facere non poſſit, vt d. Innoc. in c.2.
de cler.pugn.Abb.in c.2.de cler.non
ord.Silu.diſpenſatio.§ 10.nu.6. Vnde
clericum pugilem, licet non ad ordi-





nem ad beneficium tñ admittere põt,
licet ibi mors ſit ſecuta, vel mẽbri mu-
tilatio.d.c.2.Spec.vbi ſupra.ver.9.nu.2
ꝙ tamen in pugile hodie nõ procedit,
ex Conc.Trid.cum homicida vero di-
ſpenſare poteſt quo ad retentionẽ be-
neficij, ſi ordinis executionem nõ re-
quirit, vt dixi ĩ tr.irregularitatis, ſimi-
liter excõicatũ dũmodo a papa ob con
tẽptum apoſtolicę ſedis excõicatus nõ
ſit, ad beneficiũ admittere põt. c.paſto
ralis.vbi gl.Inn.& Io.And. de cler.exc.
Specu.ibid.ver.16. & vt retinere poſſit
beneficiũ in excõicatione receptum, ſi
tñ conſentiat is qui ei beneficium con
tulit, vt d.Couar. c.alma.1.p.n.8.Abb.
tñ in c.poſtulaſti.de cler.exc.d.non eſ-
ſe requirendũ talem cõſenſum, ſi tñ a
papa ei beneficiũ eſſet collatum, non
poſſet eṗs cũ eo diſpẽſare vt ibi.d.Co-
uar.& ẽt cũ eo qui ante ordines reqſi-
tos ſuſceptos miniſtrauit, vel diacono
ꝗ miſſã celebrauit, vt beneficiũ adeptũ
retinere poſſit, licet niſi poſt bienniũ,
vel trienniũ non ſit permittẽdus in or
dine miniſtrare.gl. & Doct.in c.1.& 2.
de cler.exc.& ſimiliter cum clerico ob
vſurã ſuſpenſo, vt beneficium ſuũ reti
nere poſſit.c.ꝑterea. vbi Doct.de vſur.
Spec.loco cit. & cũ homicida vt benefi
cium ſuũ retinere poſſit. vt d.Spec.ibi.
ver.40.modo tñ ſupra relato. ſimiliter
vt clericus coniugatus ſimplex benefi-
ciũ habeat & ẽt vt aliquib. caſib. quis
plura beneficia retineat. vt d.Cucch.
nu.283.284. Quo ad vota põt in mul-
tis ea cõ mutare in melius, vel equiua-
lens, qñ impletio eſt ĩpoſſibilis, vel dif-
ficilis, vel maioris boni impeditiua, cũ
oẽ votum in aliud maioris boni muta
ri poſſit.c.magnæ §. cum igitur de vo-
to.ꝙ eſt proprie cõmutare, ſicut diſpẽ
ſatio tollit oẽm voti obligationẽ econ
uerſo & ad aliud non obligat, ꝙ ideo
fit, quia votum malum ſit, vel impoſſi
bile, vel inutile, vel impeditiuũ maio-
ris boni, & ſic poteſt diſpenſare eṗs, &
commutare oĩa vota, excepto voto ꝑ-
petuæ continentię & Religionis, pere-
grinationis ad Hieroſolimã, S.Iacobi
in Compoſtella, & liminũ Apoſtolorũ,
quę papę reſeruantur.c.multa. de vot.
poteſt tñ eṗs commutare votum tpa-
lis continẽtię, & in ſtrictiorẽ regulã la
tiori obligatũ, vel qui nullã religionẽ
ingreſſus & profeſſus eſt, vt laxiorem,
quam vouerat ingredi poſſit, ſic tñ vt
eṗs totã voti obligationẽ nõ auferat,
id.n.ſolus papa poteſt. Silu.verbo.vo-
tum.4.§.3.Nau.in 2.præcept. c.10.§.3.

Sic quas cenſuras põt eṗs relaxare,
vel in crimine diſpẽſare, põt & alteri
dare facultatẽ vt idẽ pręſtet. vt d.Inn.
in c.de cętero.de ſent.exc.Feli.in ca.fi.
de offic.ord. in neceſſitate tñ inferior
eas relaxans propria id authoritate fa-
cit non delegata.vt d.Inn.in d. c.de cę
tero. Quo ad pęnas, põt eṗs tã in foro
fori quã conſcientię mollire pœnas ꝗ
iniungendę eſſent, Vnde canonũ pęni
tẽtias modeſte alleuiare põt.c.menſu-
rã. c.iudex.de pęnit.d.1.Spec.vbi ſup.
ver. 28. Vnde põt minuere pęnitentiã
matricidę.c.latorẽ.vbi gl.33.q.2.Spec.
tit.de leg.§.nunc oſtendendũ, non põt
tñ minuere pęnitentiã a papa impoſi-
tam, vt d.Firm.libro 4.par.2.ver.30.di
ſpenſ. nu.141. licet ex vrgenti cã pro-
babile ſit id epiſcopum poſſe, vt d.Fel.
in cap.1.fallent.7.de conſt.ſi modo ob
crimen papę reſeruatum impoſita nõ
eſſet pœnitentia, tunc enim eṗs nõ po
teſt, vt not.in d.c.at ſi clerici.& in cap.
quòd ad translationem. de off. deleg.
Sic etiã ex cauſa poteſt epiſcopus mu-
tare vel minuere pęnas ob crimẽ a ca-
none ĩpoſitas, corporales vel ſpiritua-
les in pecuniarias ẽt commutando, vt
not.in c.licet.de pęnit.dũmodo ex cau
ſa id faciat, alias peccat, & dũmõ ante
ſententiã latam id agať a ſe, vel ſuo Vi
cario.Feli.Imol.& alij. in ca.qualiter.
num.129.de accuſ.poteſt tñ dum ſen-
tentiam profert, ꝙ inferiori non licet,
eius moderandę ſibi authoritatem ſer
uare, vt d.Fel.in d.ca.num.30. Clar.in
pract quæſt.85.nu.130. & poſt eam la-
tam a ſe, vel ſuo Vicario poteſt ad-
uerſus eam reſtitutionem concedere,
vbi vero vel non ſibi ſeruauit ius mu-
tãdi, nec vult concedere reſtitutionẽ,
non põt pęnã ſnĩę mutare vel minuere

niſi ex iuſta cauſa, vt dicit epiſcopus Calagurit.in pract.crim.c.126.nec depoſitionem re vel verbo factam reuocare,niſi per reſtitutionem in integrũ quo ad verbalem,cum contra realem plures exiſtiment non poſſe reſtituere,vt d.Abb.in c.at ſi clerici.§. de adulteriis.de iudic.gl.in c.quãuis.de reſcr. in 6.Cucch.d.tr.nu.309.

Circa matrimonium, probabile eſt, q vbi matrimonium eſt publicum, & ſeparatio eſt ſcandalum allatura,& caſus eſt occultus, & ob inopiam nõ poteſt recurri ad papam vel legatum pro diſpẽſatione,vel alia iuſta cauſa,quòd epiſcopus in eo impedimẽto poſſit diſpenſare,licet matrimoniũ dirimeret, vt d.Silu.diſpenſatio.§.9.ver. ex quib. Nau.in Man.c.22 §.27.tit. quis poteſt. nu.86.q tamẽ apud me eſt maxime dubium, vt habetur in tr.matr.ca. de diſpenſat.& eps etiam poteſt diſpenſare cum eo qui poſt votum ſimplex matrimonium cõſummauit, circa debitum petendũ ex magna cauſa.vt ibi d.Silu. & not.in c.1.qui cler. vel vou. vbi Ab. Idẽ põt ex cã cõncedere vt omiſſis publicationib.matrimoniũ contrahat pſente paroco & teſtib.vel alio ſacerdote de epiſcopi licentia,vt ibi d.Nau.ſine teſtium tñ præſentia id non poteſt concedere.vt not. in c.cum inhibitio. de cland.deſpoſ.& habetur expreſſe in c.1.ſeſſ.24 in Tr.Conc. vbi tale matrimonium irritũ eſſet, poteſt ẽt epiſcopus diſpenſare in criminib.impedientib.tm̃ matrimonium, vt d.Ang.diſpẽſatio.§.5.ſimiliter vt iuuenis qui inceſtũ cõmiſerat matrimoniũ contrahat, vel ſi iã coniugatus erat, vt debitũ petat.Silu.Matr.7.imped.vlt. Couar.li.4. decret.p.2.c.7.nu. 6. non põt tamen diſpenſare vt cõtrahat cũ conſanguinea eius cum qua in 2.gradu peccauit,nec cum ea in matrimonio maneat,vel debitum petat, cum huiuſmodi impedimẽtum dirimat matrimoniũ ex Cõc. Trid.ſeſſ.24.c.4.& Couar.loco cit.

Quo vero ad abſolutionẽ faciendam, poteſt eps abſoluere ab oĩ excommunicatione & cenſura ſi papę nõ eſt reſeruata,c.nuper.cũ ibi not.de ſen.exc. ab oĩ peccato licet graui & quantumcũq; enormi niſi habeat annexam excommunicationem papę reſeruatam, & ẽt ab omnib. caſibus occultis papæ reſeruatis,ex ca.6.ſeſſ.24.in Tr.Conc. q intelligitur de caſibus reſeruatis ante Concil.Trident.ſecus ſi poſt, vt ſacra congregatio reſpondit.

Sunt multæ ẽt aliæ prærogatiuę quibus epi potiunt̃; primo.n.ipſis ſine iuramẽto deponentib.fides adhibetur,licet conſuetudo contrariũ habeat. Iaſ. in l.admonendi.de Iur. & ſi modo iurare habent,non tenẽtur ſcripturas tãgere; 2.pñt vbiq; celebrare cum altari viatico vel ſibi celebrari facere ex cauſa, ſic tamen vt non violẽt eccleſię interdictum,i. vt non celebrent in eccleſia interdicta, nec clara voce in populo interdicto,aut interdictis admiſſis. c.ſi.vbi gl.de priu.in 6. vbi vero epiſcopus celebrauit ea die alius ſine eius licentia celebrare non debet, c.in altari.de conſ.d.2.tertio cum a iudicib.vel conſeruatorib.ab Apoſtolica Sede datis,cõtra eos ad aliquas citationes,vel pęnas eſt procedendum,gradus & modeſtia eſt ſeruãda, ita q eis patienter toleratis,primo ab ĩgreſſu eccleſiæ interdicantur,vel a ſacerdotali miniſterio ſuſpendantur,deinde ab officio, vltimo excommunicatione contra eos procedatur, niſi ex graui contumacia ſeueriori modo agen. videatur. c.2.de off.deleg. in 6. 3. cũ miſſam celebrant ſolẽniter tres ſaltẽ diaconos præter alios miniſtros pſentes habeant. c.eps. de conſ.d.1.& in prima ſalutatione ad populũ d.Pax vobis, in aliis vtũtur cõi aliorũ ſacerdotũ,ne ab eorũ conſociatione ſe ſubtrahere videãt. c.hęc quoque.vbi gl.de cõſ.d.1.Fir.lib.4.p.2.ver. 33.nu.1.ſolẽniter pterea populo & in miſſa priuata benedicit,dicens, Sit nomẽ Dñi benedictũ,&c.quo pacto nullus inferior benedicere põt.gl.in cl.Archiepo.ver.bñdicere. de priu. & eo pſente inferior ſacerdos licentia ab eo nõ impetrata benedicere nõ dẽt,vnde celebrãs eo pñte, cũ vult bñdicere caput





put ei inclinat quaſi ab eo licentiã petens, licet id non videatur neceſſariũ cum ex eo q eo præſente præſente celebrat,videtur ei licentiã dare benedicendi.Silu.benedictio in prin.& in Rubr.Miſſalis reformati habetur.

Abbates tñ quidã poſſunt ſolẽniter benedicere.c.Abbates.vbi gl.de priu.ĩ 6.quæ benedictio epi indulgentiã cõcedit ſubditis tm̃ & diſponit ad grãm, & probabile eſt, q venialia dimittat. Silueſt.loco pdicto.4.eps ſine mitra paſtorali & pontificio baculo publice populo prędicare non debet.gl.in ca.nullus eps.de conſ.d.2.qua mitra & baculo etiam in ſolennib. miſſis & veſperis vtitur. Ijdem in locis exẽptis ſuæ diœceſis poſsũt populo benedicere, ibi diuina audire & celebrare,& ſe præſentib.celebrari iubere,ſic tñ vt ibi iuriſdictionem non exerceant,nec exẽptis moleſtiã inferant, nec præiudiciũ eorũ priuilegijs faciãt,nec ius ſibi ex hoc acquirant.d.cl.Archiepo.Sic linea veſte,vel rochetto vbiq; in eccleſia, uel cũ in publicum prodit uti epm decet, non tamen intra parietes priuatos niſi aliquos expectet. c.pen. vbi Abb.de vit & hon.nec præſente Cardinali,vel legato niſi alia veſte contecta.Firm.1. p.li.4.rubr. de vit.ep.ver.5.quæro, nu. 6. quæ veſtis linea epiſcopis religioſis portanda non eſt papa excepto. d.c.ſi. de vit. vtitur etiam veſte longa pelliceum pectus habente,quæ ſenilẽ prudentiam,& morum grauitatẽ in calido & accenſo corde epiſcopi deſignat Abb.in c.antiqua.de priu.quibus inſignib.quia iuriſdictionis ſigna nõ ſunt, ẽt in alia diœceſi uti epi poſſunt. ut d. Dur.in rationali. tit.de veſp.ſolenni. Mitra vero auro contexta nõ ſemper & vbiq; vti debet; quandoq; enim albam & ſimplicem geſtare debet, ſcilicet cum adeſt papę legatus, in ſinodo, & certis dieb.vt ieiuniorum,ab aduentu Dñi ad natiuitatem, & ca. vt ibi d. Dur. quinto epiſcopi non incurrũt pęnã ſuſpenſionis occaſione alicuius cõſtitutionis ſnĩæ vel mãdati, niſi de eis ſpecialis mẽtio fiat. c.quia periculoſũ. de ſent.exc. in 6. ſexto epiſcopus liberatur a patria poteſtate.auth. ſed & dignitas.C.de ep. & cler. ſeptimo cum a ſnĩa epi appellatur modeſtis verbis ẽ utendum, nec dici debet perperã eſſe latam.vt d.Spec.tit.de appell.§.ſequit. ver.ſciendũ.8. ſi quis epm percutere, capere,uel exterminare auſus ſit,& ei fauentes,excõicationem papę reſeruatã incurrit, & donec ſatisfecerit in oĩbus locis vbi delictum eſt commiſſum publice campanis pulſatis, candelis accenſis,oĩbus feſtiuis & Dominicis diebus,excõicatus denũtiandus eſt, & priuatur feudis,locationib.officijs, & beneficijs temporalib.& ſpiritualib.quæ ab eccleſia epi percipiebar,& eius filij maſculi ĩ dięceſi illa inhabiles ſunt ad beneficia eccleſiaſtica conſequẽda, & terra illa non latius vnius diei itinere, & locus vbi eps detinetur eccleſiaſtico ſubiacet interdicto.cl.1.de pęnit.9. & vltimo familia epiſcopi etiã ſi laici ſint,ſi delinquant,a iudice ſeculari nõ poteſt puniri, ſed ad ſuum epm vel aliũ iudicem eccleſiaſticũ remittenda, licet famulis aliorũ clericorum id cõſuetudine nõ concedatur quicquid ſit de iure.c.ſi.de off.Arch.Abb.in c.2. de foro compet.Clar.in pract.crim.q.35. ver.quæro nũquid familiares. Cucch. d.tr.10. ſi eps habet ius patronatũ præſentatus ab eo eſt admittendus ſine examine, vt d.Lamb. de iur.patr.li.2.p. 2.q tñ hodie non procederet in parochialibus ex Bulla Pij V.38.

6 Quo ad ſextũ iam dictũ eſt ſupra aliquib.caſib.eum habere in foro fori iuriſdictionem in laicos, & quoties de peccato agitur iuxta ſup. enumerata.

Epi quando iuriſdictionẽ habeat in laicos.

7 Quo ad 7. habet intentionẽ fundatam q poſſit conferre oĩa beneficia in dięceſi exiſtentia.ca.oẽs baſilicę.16.q. 1.Vnde q dicit eccleſiã eſſe patronatã id docere debet, vel ad ſe electionem, aut collationẽ pſcriptione vel priuilegio ſpectare, & in parochialib. oĩbus ẽt in mẽſibus papę reſeruatis,ipſe habet eligere eum qui ſibi videtur magis idoneus ex approbatis ab examinatorib.c.expedit.18.ſeſſ.24 in Tr.Conc.

Epi quid poſſint circa beneficia.

*Epi quid poſſint circa iudicia.*

8 Quo ad octauũ poteſt eps̃ in quolibet loco ſuę diœceſis tribunal figere, dummodo in domib. laicorũ illud non locet, licet aliqui trahãtur vltra vnam dietã, cũ lata eſt dięceſis. c cum eps̃. de off. ord. in 6. not. in c. qua fronte. de appell. nec in dięceſi pręter eum quis ordinariã habet iuriſdictionẽ. c. 1. de off. ord. Abb. in c. cum contingat. num. 28. de for. compet. idem etiam habet merum & mixtum imperium in ſua diœceſi, vnde clericum in carcerẽ trudere poteſt, & etiam alienũ ibi delinquentem, vt d. Firm. d. tr. li. 4. p. 1. num. 14. & habet etiam territorium, vnde & bannire poteſt, & etiã habet fiſcũ cui mulctas applicare poteſt. Abb. in c. quoniã. de off. ord. & familiam armatam ad iuſtitiæ executionem habere poteſt, vt d. Cucch. d. tr. nu. 73. cum ſeq.

*Epi q̃ ſoli poſſint.*

9 Quo ad nonum plura ſunt ſupra explicata maxime circa finem 5. §. quę poteſt circa particularia negotia peragere, quæ alijs non licent.

*Epiſcopus quæ poſſit vel non, & quæ ſine capitulo.*

10 Quo ad 10. dicendum eſt, primo plures eſſe caſus in quibus epi facultatem non habent; primo. n. ſe immiſcere nõ debent in his quæ papę vel eius legato in ſignum priuilegij ſunt reſeruata. 2. ordines non poteſt conferre tempore interdicti, licet interdictum ipſe tulerit, niſi id ſuſpendat vel tollat, alias efficitur irregularis, cap. ſi. de priu. in 6. Cald. de eccl. int. mẽbr. 5. Coar. in cap. alma. p. 2. nu. 4. nec concedere debet vt in eccleſia interdicta celebrari poſſit, gl. & Doct. in c. ad hæc. de appel. & ſi ipſe epiſcopus interdictum violat ab officio & iuriſdictione ipſo facto ſuſpenditur. c. quoniã. c. ꝙ nonnullis. de priu. poteſt tamen tempore interdicti celebrare vel celebrari ſibi facere, ianuis clauſis, campanis non pulſatis, & ſubmiſſa voce, niſi ipſe ſit cauſa ĩterdicti, 3. non poteſt ẽt miſſam in eccleſijs monachorum publice celebrare, niſi de Abbatis cõſenſu, vel ſolẽne. c. abbas. c. c. luminoſo, cũ ſeq. 18. q. 2. c. põtifices, vbi gl. 7. q. 1. quarto nõ poteſt conſecrare eccleſiam ſitam in aliena dięceſi, licet ipſe eam ædificauerit, ſed epiſcopus fundator poterit p̃ſentare Rectorẽ inſtituendum coram ep̃o loci, vt d. Firm. 2. p. lib. 4. ver. 32. nu. 105. quinto nõ põt delegare cauſam appellatione remota, nec cauſam clerici criminalẽ aliamve ſpiritualem, vel eccleſiaſticã laico delegare, nec ſoli, nec coniũctim cum clerico, vt d. Dec. & Rip. in ca. decernimus. de iudic. licet is poſſit dari vt aſſeſſor clerici; 6. non poteſt eccleſiam ſuam, & totam ſuam iuriſdictionem a ſe abdicare, & alteri concedere, nec vllam eccleſiã ſuæ diœceſis, Ab. in c. cum venerabilis. de cenſibus; nec nouam dignitatem in eccleſia ſua niſi de papæ licentia erigere. Innoc. Hoſt. Feli. in c. cum acceſſiſſent. de conſt. nec eccleſiam perpetuo ſuæ menſæ vel capitulo vnire, vt d. prædicti, nec ſe a reatu abſoluere & iuramẽto, nec illegitimos natalib. reſtituere. glo. & Imol. in cl. 1. §. verũ. de hęret. Abb. in ca. quã ſit. de exc. præl. Fel. in c. nuper. de ſẽt. exc. non poteſt etiam abſoluere eũ quem canones ad tp̃s ſuſpendunt, ſecus ſi ſine temporis limitatione, vt dicunt p̃dicti, nec ẽt tollere põt ſuſpenſionem quã canones in delicti pęnam & correctionẽ irrogant, ſecus ſi ob contumatiam. gl. in c. cupientes. § cęterum. ubi Gem. verbo, ſuſpenſus. de el. in 6. Abb. in c. 2. de ſolut. in ca. tam literis. 2. col. de teſtib. Fel. in cap. paſtoralis. §. præterea. de offic. ordin. Nec contra Conciliorum diſpoſitiones niſi ex magna & vrgenti cauſa diſpenſare, vt not. in d. c. at ſi clerici. de iudic. vnde in impedimento cognationis, vel affinitatis quo ad matrimonium contrahendum non poteſt diſpenſare. c. non debet. de conſangu. Abb. in ca. propoſuit. vlt. not. de conceſſ. præb. Coar. 4 decret. 2. p. ca. 6. nu. 12. 7. non põt cauſas ſanguinis tractare, alias irregularis efficitur, & omnia acta irritantur, cap. fin. ne cler. uel mon. Rip. in ca. 2. nu. 44. de iudic. eam tñ poteſt delegare iudici laico vbi habet iuriſdictionem temporalem, vt ibi d. Ripa. & alias dixi. octauo non licet epiſcopo excommunicato comnicare, niſi forma cõſueta ſit abſolutus, alias





alias excõicationem minorẽ incurrit. c. cũ dilectus. vbi gl. de ſent. exc. Gem. Franch. & alij, in c. ſtatuimus. eo. in 6. cum id proprium papę ſit vt nulla forma ſeruata, dum ei cõicat, eum abſoluere poſſit. Abb. Fel. & alij in c. cũ deſideres. de ſent. exc. 9. non poteſt cõmutare vltimã voluntatem teſtatoris legatorum piorũ conuertendo ẽt in alios pios vſus, licet tunc eius voluntas nõ poſſet ſortiri effectũ, cum ſolus papa id poſſit alio modo quã eſt dictũ exequi, Clem. quia contingit, vbi glo. de relig. dom. Fel. & Dec. in d. c. cũ acceſſiſſent. niſi adſit maxima neceſſitas, & papa ẽt ipſe parce id facit, licet id poſſit, vt d. Bal. in l. legato. C. de vſufr. cum id impium videatur, vt d. Mãdoſ. de ſignat. gratię. ver. relicti ad pias cauſas, nec etiam de conſenſu hęredũ ſi in diuerſæ ſpeciei rem mutetur, ſecus ſi ſit eiuſdem ſpeciei, & ſimiliter põt cõmutare id ep̃s vbi executio eſt impoſſibilis vel valde difficilis, vt d. Fel. & Dec. in c. nos quidem. de teſtam. & ẽt in opus magis neceſſariũ cum illi neceſſitati vix aliũde ſuccurri poſſit. vt d. Gem. in c. canonicis. d. 19. Feli. in conſ. 42. quib. tñ caſib. tutius eſt a papa licentiam obtinere. vt d. Cuch. d. tr. nu. 338. cum ſeq. vſque ad 348. 10. non põt ep̃s iudicare eius conſcientia nõ informata ex actis publicis, id. n. ſoli principi cõcedit c. 1. 21. q. 2. nec ei adhibetur fides dicenti ſe aliquid iuſtis de cauſis feciſſe, vt nec principi ita aſſerenti. Dec. in ca. quæ in eccleſiarũ. nu. 28. de cõſtit. 11. non põt rerũ eccleſiaſticarum, vel officiorũ curam laico demandare. Firm. p. 4. lib. 4. ver. 62. nu. 209. 12. aliquid a ſubiectis pręter debitum exigere non põt. alias ei reſiſtere licet. Io. And. in c. eccleſia. 2. de el. Firm. p. 1. li. 4. tit. de vit. ep. n. 2. 13. licet non debeat a ſua eccleſia abeſſe, vt infra dicetur, ſi tñ eſt in vrbe, non debet inde non impetrata licẽtia a papa diſcedere etiam ad ſuam eccleſiam iturus. c. nulli ep̃orum. c. prædicator. 6. q. 1. vbi glo. c. hoc tamen. c. eleutherius. 18. q. 2. Firm. p. 4. lib. 4. titu. de poteſtate epiſc. in temp. ver. 51. nume. 171. & in tit. de vit. ep. num. 1. 2.

Secundo dicendum eſt ep̃m aliqua nõ poſſe explicare ſine cõſilio vel conſenſu capituli, nã licet in leuib. poſſit ſtatuere capituli nõ habito conſenſu, dũmodo eius conſiliũ requirat, in grauib. tñ nõ eſt ſatis eius conſiliũ reqri, niſi & cõſenſus hẽatur, non ſolum vbi ep̃s de ſtatuendo aliquo agit, ſed etiã vbi de aliquo negocio gerendo tractatur. c. quanto. de his q̃ fiunt. Inn. & Ab. in c. nouit. eo. in c. 2. de inſt. in c. ad audientiam. de cler. non reſid. Dec. in ca. cum oẽs. col. pen. de conſt. vnde irrita eſt epi donatio, venditio, vel commutatio rei eccleſiaſticę ſine conſenſu & ſubſcriptione capituli. d. c. 1. & ca tuo nuper. de his quę fiunt a pręl. nec põt abſq; eiuſdẽ conſilio Abbates abbatiſſas, & alias perſonas eccleſiaſticas inſtituere vel deſtituere. d. ca. nouit. & c. quanto. de his quæ fiunt. nec põt veterem dignitatẽ ſuppreſſam in eccleſia abſq; capituli conſenſu ſuſcitare. Inn. Hoſt. Fel. in c. cum acceſſiſſent. de cõſt. nec ſtatum ſuæ eccleſiæ ſine eiuſdem conſenſu immutare. Abb. & alij in d. c. cum acceſſiſſent. & c. cum oẽs. de cõſtit. nec beneficia conferre aut alia ardua explicare ſine capitulo, niſi aliter ſe habeat præſcripta cõſuetudo. Imol. in cl. q a contingit. col. 3. de relig. dom. Firm. li. 4. p. 4. n. 52. cum ſeq. d. tr. Idem debet ſaltem cum duob. canonicis ſtatuere modum celebrandi diuina officia in eccleſia vbi ſinodus prouincialis non prouidit. c. cum dignitates. in fin. ſeſſ. 24. in Tr. Conc. Idem eget pręſentia duorũ de capitulo in reformando Hoſpitalia. c. 8. ſeſſ. 25. Idem nõ poteſt procedere contra aliquos de capitulo niſi cum præſentia duorum de capitulo; ex eod. Conc. c. 6. ead. ſeſſ. Idem indulgentias non publicet niſi adhibitis duobus de capitulo. capit. cum multa. ſeſſ. 21. in Trid. Conc. Et hæc de poteſtate epiſcopi dixiſſe ſufficiat, quid vero poſſit in actu Viſitationis, infra ſuo loco dicetur.

## De officio Epiſcopi. Cap.4.

### SVMMARIVM.

*Epiſcopus qualiter viuere, & à quibus cauere debet. nu. 1.*
*Epiſcopi ſuppellex qualis eſſe debeat. num. 2.*
*Epiſcopi menſa qualis. nu. 3.*
*Epiſcopi familia, qualis, & vt cuſtodienda. nu. 4.*
*Epiſcopus vt debet beneficia diſtribuere. nu. 5.*
*Epiſcopum quæ alia præſtare conueniat, & debitum ſit. nu. 6.*

DIcto in ſuperioribus q.d
poſſit epiſcop⁹, & quid
non in eius munere, di
cendum nunc eſt quid
agere debeat, & primo
in ſe, nam quomõ erga
alios ſe habere debeat, in calce huius
tractatus dicetur; Vt ergo recte vitam
ſuam inſtituere norit, cogitet ſe offi-
cium gerere perficientis & conſum-
matiui, vt d. Dion. 4. & 5. ca. eccl. hier.
& dictum eſt ſupra §. 1. Vnde debet eſ-
ſe operatione præcipuus vt vitæ viam
ſubditis viuendo denuntiet, cum grex
qui paſtoris uocem moresque ſequi-
tur per exempla melius quam per ver
ba gradiatur, qui enim ex loci ſui
neceſſitate cogitur ſumma dicere,
hunc oportet & ſumma monſtrare, cũ
illa vox auditorum corda libentius pe
netret quam dicentis vita cõmendat,
quia dum loquendo imperat quid fiẽ-
dum ſit, oſtendendo adiuuat vt fiat,
vt d. D. Greg. in paſtorali. 2. p. c. 3. tan-
tum enim debet actio præſulis actio-
nem populi trãſcendere, quantum di-
ſtat à grege vita paſtoris. vt ibi d. cap.
1. cum ab eo virtutum exempla ſume
re debeat tanquàm a perficiente &
exemplari, ſic ergo mores ſuos com-
ponere debet, vt reliqui ab eo mode-
ſtiæ, continentiæ, frugalitatis, humili-
tatis, & virtutum omnium exempla ſu
mant, vt habetur in Conc. Triden. ſeſ.
25. c. 1. quapropter cogitatione præci-
pue mundus ſit, vt nulla immunditia
polluatur qui in alienis cordibus pol-
lutionis habet maculas tergere, vnde
Aaron mãdatum fuit vt in pectore ra-
tionale iudicij vittis ligantibus impri
meret̃, quatenus ſacerdotale cor cogi
tationes fluxę nõ poſſideant, ſed ratio
ſolum conſtringat, ne indiſcretũ quid
vel inutile cogitet, qui enim alijs ad
exemplum eſt conſtitutus, ex grauita-
te vitæ ſemper debet oſtendere quan
tam in pectore rationem portet. vt d.
Greg. ibid. c. 2. mundet ergo epiſcopus
cor ſuum ab omni inquinamento lu-
xuriæ, ſurgentes impetus freno ratio-
nis coerceat, carnem laſciuientem ie-
iunijs domet, deuitet omnem occaſio
nem peccati, qui enim mundum ſer-
uare ſeſe ſtudet ab omni offendiculo
ſe illeſum cuſtodit, & gratia ſui, & a-
liorum, monente Apoſtolo. 1. Theſſ. 5.
non ſolum a malo, ſed etiam a ſpẽ ma
li abſtinendum; mundet epiſcopus cor
ſuum ab omni externorum bonorum
affectu, quòd indicant eius inſignia ſu
pra relata, qui enim ad bona ſpiritua-
lia & cœleſtia alios inducere debet,
ab omni grauitate terrenorum affe-
ctuum debet eſſe immunis, quiq; pau
perum pater eſſe debet. c. 1. 82. d. & 84.
d. per totum. nõ debet propinquis the
ſaurizare, & qui mundi contemptum
ſuadere debet, mundanis inhiare nõ
debet, mundet quoque epiſcopus ab
omni inani gloria cor ſuum, ne dum
placere hominibus ſtudet, ſe a ſubdi-
tis magis diligi quam veritatem quæ-
rat, ne cum bonis actibus fultus a mun
do videtur alienus, hunc authori red
dat extraneum amor ſuus. vt d. Greg.
d. p. 2. c. 8. cum enim amor proprius eũ
cęperit, ad mollitiem flectitur, ne er-
ga eum dilectio ſubditorum torpeat,
vnde eos corripere non præſumit, &
qui propriam gloriam attendit, iam
operis ſui mercedem eſt conſecutus,





ac epiſcopatu ad ſui commodum, non
Dei gloriam, vt debet, vtitur, ſit epiſco
pus ſobrius, temperans, moderatus,
conſtans, placidus, expers iræ, miſeri-
cors, charitate præditus, facilis ad cõ-
municãdum, ſtudioſus viduarum, ho
ſpitalis, promptus ad ſuppeditandum,
moribus moderatus, uictu frugalis,
maxime vero accenſo in Deum amo-
re alios præcellat, qui enim alios paſce
re ſpiritualiter debet, & ad Deum ad-
ducere, is præcæteris Deum diligere
debet. Ioã. vlt. & explicat Clem. Rom.
Conſt. Apoſt. li. 2. c. 2. 3. 4. Vnde epiſco-
pus ſollicitus ſit ad orationem quo ꝑ
eam Deo interno amore coniungatur
petẽs ab eo vt ipſum cuſtodiat ne pec
cet, qui alios a peccatis auertere de-
bet, & vt det ſibi ſapientiam ad popu-
lum regendum, qui dat omnib. affluẽ-
ter & non improperat, qui & orare te
netur pro tota ciuitate, imo pro om-
nibus viuentibus, & fidelib. defunctis,
vt dicit Chryſ. lib. 6. de ſacerdotio. Vn
de ter ſaltem in die in oratione aſſi-
duus ſit, mane, meridie, & veſperi, miſ
ſam vero præcipue qua intime Deo cõ
iungimur, quotidie non impeditus ce
lebret, luminis illuſtrationem non ſi-
bi tantum depoſcens, ſed etiam pro fi
delibus ſuæ curæ concreditis preces
fundens, eorum peccata deplorãs, pio
gemitu, & religioſa ſupplicatione Deũ
exorans, vt ablatis peccatorum nubi-
bus, rorem ſuæ diuinæ gratiæ & miſe-
ricordiæ in agrum eccleſiæ ſuæ effun-
dat, & ob id domi capellam magnifice
extructam habeat vbi quotidie miſsã
celebret, Dominicis vero & feſtiuis
diebus in eccleſia ſua publice ſacrum
faciat, aſtantes communicet, & ſaluta
ribus monitis paſcat; ſolemnibus prę-
terea diebus Natiuitatis Domini, Cir
cunciſionis, Epiphaniæ, Cœnæ Domi-
ni, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pente
coſtes, Corporis Domini, Apoſtolorũ
Petri & Pauli, Aſſumptionis B. Virgi-
nis, Omnium Sanctorum, Patroni Ec
cleſiæ, ac eius Dedicationis, niſi legiti
me impeditus, Miſſam ſolemnem cele
brare ne omittat, vt d. Ric. 4. d. 13. art.
2. q. 2. conuentualibus etiam miſſis, &
veſperis vbi per occupationes licet, in
terſit, diuinum officium, ac horas ca-
nonicas quotidie pia recitet mente,
confeſſarium ſibi eligat, qui grauis ſit
moribus & ætate, ac prudentia & ſciẽ-
tia inſignis, cui ſemel ſaltem in hebdo
mada & quo frequentius fieri poteſt
errata, & negligentias ſuas confitea-
tur, cuius etiam conſilio in rebus gra-
uioribus expediendis vti poſſit, mun-
dus ſiquidem eſſe debet ab omni labe
ne peccet, qui alios mundare vult, &
vaſa domini ſert, ac Dei dona populo
adminiſtrat, principalis agentis qui
Sanctus Sanctorum eſt, imitator exi-
ſtens. Dominicis & feſtis diebus verbũ
Dei populum annunciare, per ſe vel
alios, ſi legitimo detineatur impedi-
mento, ne omittat, ſalutaribus moni-
tis populum *ſibi cõmiſſum ad Deum*
colendum, vitia euellendum, & virtu-
tes ſerendum excitando; confeſſiones
etiam ſubditorum ad ſe adeũtium be-
nigne audiat, ac eos peccatorũ & cen-
ſurarum abſolutione reficiat, Matuti-
nis & horarijs officijs quandoque in
eccleſia interſit, vt & ſimiliter cum a-
lijs Deum collaudet, & errata quæ ibi
fiunt, corrigere poſſit, ſit in pauperes
liberalis, & ob id quotidie pauperib.
eleemoſinam pro facultatibus elargia
tur, idque publice, vt alios ſui exẽplo
ad charitatem exercendam moueat;
qui enim alijs lucis exemplum mon-
ſtrare debet, opera bona publice face-
re decet, intentione tamẽ ſoli Deo pla
cendi, ſemper in occulto manente; &
ꝙ temporis neceſſarijs occupationib.
& animi honeſtæ recreationi ſuper-
eſt, id oẽ in ſacrorum librorum lectio
ne & piorũ hominum conuerſatione
expendat, cũ totam ſacram ſcripturã,
& canones ſcire debeat. ca. omnes. 38.
diſt. alias ſi ignorans ſit valde offendit
Deum, vt d. Chriſ. lib. 4. de ſacerd. In
victu, veſtitu, & ſuppellectili modeſtus
ſit & frugalis, iuxta Decretum Conc.
4. Cartag. c. 15. c. pen. & vlt. 91. d. & c. 1.
ſeſſ. 25. in Triden. Conc. dignitatis ſuæ
authoritatem non pompis ſeculi, ſed

fide & vitæ meritis quærens, vt in d.c. 15.habeẽ. Veſtitus ergo epiſcopi modeſtus ſit, nec nimia ſuperfluitate, vel vilitate notandus, cum ijs cum quib. conuiuit, accommodare ſe debeat, ca. fin.41.diſtinctio. ſericeis tamen veſtibus non vtatur, nec pretioſis pellibus, nec malæ eius ſtragulum ex villato, ſed ex corio confectum ſit, nec calcaribus, aut freno inaurato vtatur, Rocheto, & in eccleſia, & in publico ſemper vtatur iuxta Innocent. III. decretum in Concil. generali editum. in cap. clerici. de vit. & hon. cler. ſine talari tunica, rochetto ac mozetta, nec è cubiculo exeat, nec quemquã niſi ex familia admittat, nec ante noctem, illa dimittat, veſtes vero priuatæ huiuſmodi ſint, vt modeſtię & grauitati conſulatur, & in itinere etiam eum veſtitum deferat, quo epiſcopus eſſe dignoſcatur. Quibus vero indumentis in ſacris faciẽdis vtitur quam magnificentiſſima ſint, tũ vt eius maieſtatẽ cui inſeruit oſtẽdat, tũ vt dignitatis proprię eminentiã alijs manifeſtet, ĩ aduẽtu vero xl. & ieiunijs nigro colore vtatur niſi de more eccleſię, alius color ſit adhibendus, alijs vero diebus violaceum colorem adhibeat, cũ vero ad eccleſiam conciones, vel ſacras lectiones accedit, cappa ſp̃ vtaẽ.

2 Suppellex ep̃i qualis eſſe dẽat.

Suppellex ep̃i nil aureũ aut argenteum cõtineat, pręter ciatũ & coclear, nil in ea auro uel argento ornatũ exiſtat, nil ſericum vel ſerico diſtinctum, abſit colorum varietas, aulea vel tapetia, nil acu ſit pictũ, vel varie cõtextũ, nec ſtudioſe elaboratũ vt pluris ſit artificium quã res ipſa, menſæ ſimplici corio vel panno ſternãtur, ſigna & tabulæ profanę reijciantur, nec thalami ad vſum hoſpitũ pretioſius ornati quã reliqua domus exiſtãt, equi tm̃ neceſſarij alantur, in ędificijs omnem luxuriam, picturas, & inania ornamẽta ac delitias euitet, nil demum in eius domo ſit niſi purum & ſimplex, quòd Dei zelum, & rerum ſeculi contemptum præ ſe ferat; conſuetudinis tamen loci ratio habenda eſt ne dignitas eccleſiaſtica vileſcat. cap. epiſcopi. 80. diſtinct. maxime vbi epiſcopi etiã principes temporales ſunt, vel Cardinales; ſic tamen ut modeſtia debita eccleſiaſtica ſeruetur ex d. Conc. Triden. Templa vero & eius ornamẽta quam ornatiſſima & præclaro opere extructa ſint.

3 Ep̃i menſa qualis.

Epiſcopi mẽſa frugalis ſit & temperata, quam epiſcopus accedens de more pie benedicat, In qua nil pręter primam eſcam, & vnum cibum iurulentum, & duo fructuum genera, vel ad ſummum alterũ obſonij ſimplicis ferculum apponatur, placentæ, eſcæ nimis laute conditæ, & varia vinorum genera amoueantur. In ea, lectio ſacrorum librorũ ſemper adhibeatur, paraſitis, adulatoribus, ſcurrilibus iocis, & huiuſmodi longe inde remotis, ac poſt ſumptam refectionem bonorum omniũ largitori Deo gratiæ ſupplices reddantur.

4 Ep̃i familia qualis, & vt cuſtodienda.

Sit epiſcopus domui ſuæ bene præpoſitus, attendens diligenter ne in ea ſint riuerſi vinoſi, impudici, cupidi, elati, blaſphemi, & voluptatũ amatores, vt docet Trid. Concil. ſeſſ. 2. ca. vnico. proinde eum tm̃ numerũ habeat quo & eccleſiæ vtilitati, & ipſius neceſſitati conſuli poſſit, & in eo mulierẽ nullam, nec aliquem qui 20. annis minor ſit natu, & quam plures fieri poteſt, clericos habeat, & inter hos duos ſacris initiatos bonæ cõuerſationis qui quaſi teſtes ſint ſanctę eius conuerſationis & ſtudij. cap. diaconi. 93. diſtinctio. & in primis literatos ſecum habeat. cap. eſto. vbi gloſſ. 95. diſtinct. alterum præterea habeat moribus ſpectatum, qui familiæ moribus præfectus ſit, & eam pie inſtruat, & corrigat, ac in ſacris edoceat. Nullus familiæ epiſcopi arma ferat, niſi in itinere vel neceſſitatis cauſa epiſcopi arbitrio, nigro tantum vel fuſco colore utens, à ſerico auro argento, & vario colore abſtinens, & ſimplici veſtitu contentus. Curet epiſcopus vt omnes eius familiares quotidie Miſſam audiant, & clerici ſaltem ſimiliter cum ipſo, ſemel



mel in hebdomada ieiunent, ac bis in aduentu, præter ſtata eccleſiæ ieiunia, utque ſemel ſaltem in menſe ſacram Euchariſtiam ſuſcipiãt, at in aduentu, & quadrageſima diebus Dominicis clerici ſaltem, ac dum familia cibum capit, ſacra lectio adhibeatur, curet etiam epiſcopus ne inertiæ dediti aliqui ſint, ſed honeſtis actionibus occupati, & ut abſtinentes a flagitioſorum hominũ conſuetudine, & locis ubi turpiter viuitur, nec foris pernoctantes, & abſtinentes a iocis & inanibus oblectamentis, & libris huiuſmodi continentib. religionẽ & pietatem præ ſe ferant, ac oſtendant ſe dignos eſſe qui populi duci miniſtrent. Quotidie vero ep̃s in veſperi antequã ad cęnã accedatur cũ ijs litanias & p̃ces deuote recitet, & pie oret, ac ſalutaribus monitis ad vitę innocentiã integritatem, pietatem, humilitatẽ, & alias virtutes chriſtianas exercendas accẽdat, & curet vt qualibet die poſt orationẽ vnus aut alter clericus ſermonem in oratorio habeat, qua pie ad uirtutem aliquam aplectendam, vel vitium fugiendum hortetur; Vt vero certior fiat epiſcopus quomodo familia eius viuat, viſitet eam frequenter & eius greſſus exploret, bonos præmijs, & laudibus afficiendo, malos contra corrigendo, vel incorrigibiles expellendo. Cum domo epiſcopus egreditur familia eidem aſſiſtat & modeſte comiteẽ. Cũ aliq̃s ex ea ęgrotat, ep̃s eum p̃ſne inuiſat, & oĩ eius neceſſitati opportune ſuccurrat, ac ad vitandã oẽm ſimonię mẽtalis ſuſpitionẽ, familię ꝓ ep̃alis menſæ facultate, & ſingulorum meritis, congruã mercedẽ aſſignet. In ordinib. conferẽdis diligẽtiſſimus ſit, vt q̃plures fieri põt ſacerdotes, & p̃ſes eccleſię pariat, ex ſacerdotũ quippe ſacrificiorũ multiplicatione ſãctiſſ. Trinitati, quo ad ſacrificiũ attinet, gloria affeꝛẽ, eccleſię triũphanti iubilũ, militanti ſubſidiũ, & purgãti ſuffragium, ſic tm̃ vt nemini cito manus ĩponat, ne alienis pcı̃s cõicet, 1. Tim. 5. ea diligenter conſiderãdo circa ordinãdos, quæ late habentur infra in ſacro ordinis.

5 In beneficijs eccleſię diſtribuẽdis, nõ aſpiciat carnẽ & ſanguinẽ, non preces principũ attẽdat, nõ affectũ cõſideret, ſed merita pẽſet, loci neceſſitatẽ, vt illi de eo prouideatur q̃ melior ſit, & magis ei prodeſſe põt, alias acceptator perſonarũ eſſet collator, & per cõſequẽs peccaret mortaliter, ſi min⁹ digno, omiſſo meliori, bñficiũ conferat, vt dictũ eſt ſup. c. de ſtatu papę, & c. de elect. & latius ĩ tr. de acceptatione perſonarũ. & tr. de iur. patr. & cõem eſſe teſtaẽ Lamb. de iur. pat. lib. 2. p. 2. q. 10. princ. ar. 3. in paritate pręponẽdo pauperẽ diuiti, niſi eccleſia habeat ſoluere debita vel egeat diuitis potentia, & eũ qui eſt de genere fundatoris extraneo, incolã loci & qui eſt de gremio eccleſiæ extraneo, & intitulatũ non intitulato, Doctorẽ plebeium nobili tm̃, canoniſtam Teologo vbi eſt cauſarum magna ventilatio, vbi hęreſes pullulãt, Teologum, ſemper bonũ ei qui ex deuio eſt reductus, ſeniorẽ & priorẽ ordine minori, & iuniori, legitimũ legitimato, eũ qui exercuit curam otioſo, vt d. late Lamb. de iur. patr. libr. 2. p. 3. quæſt quinta principali, artic. primo, cum ſequen. & dixi dicto tractatu.

6 Quod ſi epiſcopus aliquis ad eũ diuertat ſuſcipiat eum honorifice iuxta ſui qualitatem & inuitet eum ad Miſſam celebrãdam, & poſt verbum Dei prædicandum. ca. epiſcopi. 7. q. 1. Firm. tr. de epiſcopo. 2. p. 8. p. princip. 4. lib. q. 1. colum. 4. ver. iuxta prædicta.

Nõ admittat ẽt clericum forenſẽ ſine literis dimiſſorijs ꝓprij ep̃i. c. 1. 11. q. 2 c. 1. 2. 3. 71. d. alias ep̃s punitur, vt ibi d. gl. excõicatione, uel depoſitione ad tẽpus, q̃ ẽt d. non ſufficere tacitũ conſenſum, ſed requiri literas qñ tranſit ad aliam eccleſiã eiuſdem dięceſis. & in c. 1. de c. de euit. & obſ. ſeſſ. 22. in Tr. Cõc. ſtatuitur peregrinũ clericũ nõ admittẽdũ ad celebrandũ ſine dimiſſoriis proprii ep̃i, q̄ intelligitur niſi ſit notus ad mittenti ſine tamen gl. appoſitione. Tenetur etiam epiſcopus quiſque ex Bulla Sixti V. viſitare limina apſtoolorum

rum.tertio quoque anno.capitulo iuxta. nonageſimatertia d. & diebus Dominicis eccleſiæ ſuæ non deſit.cap.epiſcopus.de conſec diſt 3. & alia præſtet quæ hoc toto Tr. & maxime ca.6.& 7. explicantur.

## De Reſidentia Epiſcopi, & aliorum. Cap. 5.

### *SVMMARIVM.*

*Reſidentia quid ſit, & vt quis dicatur reſidere, quæ requirantur. num.1.*

*Reſidere quis teneatur, & quomodo.num.2.*

*Reſidere quo iure epiſcopus, & paſtor tenetur.nu.3.*

*à Reſidentia an & quando paſtores excuſentur.nu.4.*

*à Reſidentia excuſatus quæ praſtare debeat.nu.5.*

*Reſidentiam omittentes vt peccent, & quas pœnas incurrant, vel non. num.6.*

CVm fruſtra poteſtate ſua vti, vel officio fungi poſſit epiſcopus qui a ſua eccleſia abeſt, ideo dicto in ſuperioribus q d poſſit vel debeat, ſequitur congrue oſtendendum quomodo reſidere teneatur. In quo primo videndũ quid nomine Reſidẽtię intelligatur. Secundo quis teneatur reſidere, & vbi; Tertio quo iure. Quarto qui excuſentur a reſidẽtia. Quinto quæ ſit pœna non reſidentium.

Quo ad primum dicendum eſt, ꝙ

1 Reſidẽtia quid ſit, & vt quis dicatur reſidere, quæ requirantur.

reſidentia idem importat ꝙ vſus miniſterij, vel officij, nam prelaturæ inſtitutæ ſunt a Deo, non ad nudum nomen demonſtrandum, ſed ad certas actiones exercendas, vnde cum Chriſtus vellet inſtituere Petrum ſummũ eccleſiæ Paſtorem, non dixit ei, Eſto Pontifex, ſed Paſce oues meas. & Numer.18.iubet Dominus Aaroni, & filijs dari primitias pro officio ſacerdotali, filijs vero leui decimas pro miniſterio quo in tabernaculo fœderis debebant inſeruire. & Hier.ep.ad Nepotianum. d. epiſcopi, & ſacerdotes ſciãt ſe miniſtros eſſe nõ dominos, & Orig. hom.7.in Iſ. d. qui vocatur ad epiſcopatum, non ad principatum vocatur, ſed ad ſeruitutem totius eccleſię; & Bern.epiſt.237.ad Eug.Papã.d.ſi Chriſtus te miſit, æſtimabis tibi non miniſtrari, ſed miniſtrare veniſſe. Hinc dicitur in c.fi.de reſcript.in 6. ob officiũ dari beneficium, & in c.quia nonnulli.de cler.non reſid.decernitur beneficium ei tantum dandum qui reſidere in loco & curam animarum per ſeipſum exercere poſſit, vnde & Goffr in ſumma de cler.non reſid. d.ꝙ reſidentia eſt perſonalis ſolutio ꝓprij officij in ſuo beneficio, qua ratione reſidens in beneficio, & non inſeruiens eccleſiæ, nec eius curam habens, non dicitur reſidere, ut ibi d.Goffr. & Hoſt.in ſumma.eo.ex c.propoſuit.de fil.presb. & ita ad reſidentiam duo copulatiue requiruntur; primo ꝙ quis maneat in loco beneficij, vnde dicitur reſidentia quaſi iterata vel continuata ſeſſio, Secundo ꝙ ibi eccleſiæ in ſuo ordine inſeruiat.d.c.propoſuit.

2 Reſidere quis teneatur, & quo modo.

Quo ad ſecundum, dicendum eſt, quemcumque obtinentẽ beneficium in titulum teneri reſidere, etiã ſi ſimplex ſit, c.quia nonnulli.c.fi.de cler.nõ reſid. c.præterea. de cler.non reſid.cũ beneficia ad hoc ſint conſtitura, ut ſeruitium ibi fiat, vnde non debet illa recipere qui non ſeruit.c.conquerente.c.cum ad hoc, eo.idque ſiue beneficium ſit maximum vt epiſcopatus. ca. peruenit.7.q.1.ſiue modicum. d.c.cõquerente. cum quilibet manere dẽat in ea uocatione in qua eſt vocatus. c. ſanctorum.70.diſt. c.clericos.71.d.ca. quia nonnulli.& cap.conquerente.de cler. non reſid. Secundo debet beneficiatus



ciatus reſidere in loco beneficij, vnde epiſcopus debet reſidere in ſua cathedra, c.peruenit.7.q.1.& chriſma cõficere.c.te referente.de cel.miſſ.& ordines celebrare.c.quando.24. & quolibet die Dominico diuinis officijs intereſſe, cap.epiſcopus.de conſecr.d.3. niſi iuſta cauſa impediat.c.temporalis in fi.7.q.1.& alij in veſperis & matutinis in eccleſia, alias incorrigibilis deponitur.cap.fin.92 diſt.ſi tamen eccleſia ſit collegiata, alias debet in ordine ſeruire quem requirit ſuum beneficium.ca.propoſuit. de fil.presb.tertio debet ſeruire in propria perſona faciẽdo ſeruitium eccleſiæ. c.quia nonnulli.c.conquerente.eo.& in ſuo ordine. d.ca.propoſuit, & etiã ſi canonicus ſit debet alio canonico miniſtrare celebranti, arg.c.cum decorem.de fil.presbyt.vnde eccleſiæ non ſeruiens non dicitur reſidere. d. c.quia nonnulli.cap. extirpandę.§.qui uero. de præb.

De conſuetudine tamẽ generali totius mundi beneficia ſimplicia non exigunt reſidentiam.ut d.Fel.in c.dilectus. 2.col.1.de reſcr.Alexã.in conſ.1. vol.7.Rebuff. in praxi benef. tit.de diſpenſ.de non reſid.n.8. ſimiliter is cui ob benemerita aſſignantur penſiones vel ſtipendia, non tenetur ad reſidentiam.c.niſi eſſent.de prę b.not. Hoſt.in ſumma.de cler.non reſidẽ.§.1.pari ratione de conſuetudine introductũ eſt vt in ſimplicibus per aliũ ſeruire quis poſſit, dummodo eccleſiæ ſeruitiũ nõ defraudetur, & pauperibus ſubueniatur, vt ſentire videtur Silu.verbo. Reſidentia.num.2.

3 Reſidere quo iure epiſcopus & paſtor teneãtur.

Quo ad tertium primum ſit dictũ. Epiſcopus & parochus tenentur iure diuino, & naturali in ſua eccleſia reſidere.

Probatur concluſio ex ſacris litteris. primo Nume.1.3.vbi conſtitutis a Domino ſub Moſe miniſtris tabernaculi ſui, Aarone, & filijs eius, additis quoque Leuitis in eorum adiutoriũ, omnibus dixit, excubate in cuſtodia ſanctuarij, & in miniſterio altaris, ne oriatur indignatio ſuper filios Iſrael, ergo cum Aaron & filij figurarent paſtores noſtros, ij tenẽtur præcepto diuino reſidere in eccleſia ſua per tabernaculum ſignificata.ſecundo Prou.27 Agnoſce vultum pecoris tui, & greges tuos cõſidera, at abſẽtes illos agnoſcere nõ pñt, ergo; 3.Ezech.34.errauerũt greges mei in cunctis montibus, & in vniuerſo colle excelſo, & ſuper omnẽ faciem terrę diſperſi ſunt, & non erat qui requireret; quarto, Zach.11.ſume tibi vaſa paſtoris ſtulti, quia ecce ego ſuſcito paſtorem qui derelicta non viſitabit, diſperſum non quæret, & contritum non ſanabit, & carnes pinguiũ comedet, ò paſtor & idolum derelinquens gregem, gladius ſuper brachiũ eius, & ſuper oculum dexterum eius. Hier.23. vos diſperſiſtis gregem meũ, & eieciſtis eos, & non viſitaſtis eos, ecce ego viſitabo ſuper vos malitiã ſtudiorum veſtrorum, & Ezech.c.3.& c. 34.Io.10.Mercenarius cuius non ſunt oues propriæ videt lupum venientem & fugit, & ſupra, qui vero eſt paſtor, oues vocem eius audiunt, & proprias oues vocat nominatim, & educit eas, & ante eas vadit. 1.Pet.5. paſcite qui ĩ vobis eſt, gregem Dei non coacte, ſed ſpontanee. Act.20. Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo Spiritus ſãctus poſuit vos epiſcopos regere eccleſiam Dei quam acquiſiuit ſanguine ſuo. 1. Timot. 3.& Tit.1.& alibi ſepe.

Ex Conc.probatur in Concil.Sardicen.can.14.& can.8.& 10.Antioc.can. 17.ſexta Sĩn.can.18.& 80.Conc.Calcedon.can.7.Conc.Rom. can.17.8.ſino. can.17.19.24. Cartag.1.cano.6.8.Cartag.4.can.1.14.15.17.18.19.20.31.33. Cartag.5.can.5. Tolet.2. can.2.Tolet. 4.can.14.& can.31.32.Tolet.11. can.2. Elibert.can.19.Agaten.can.38 39.Tarracon.can.7.Arelaten.can.6. & 13.Magunt.can.10.& 25.Remens.can.15.17 Tribur.can.27.can.7.apoſtolorum.57. 80.& demum Tridẽ.ſeſſ.23. c.1. ubi aperte dicitur paſtores animarum præcepto diuino ex conſequẽtia munerũ quæ obire debent in animabus paſcendis, teneri ad perſonalem reſidentiam

tiam

tiam in eccleſiis ſuis.

Ex Pontiycibus Greg.1. in paſt.p.2. c.1.& 2.& 10.& lib.5.epiſt.37.lib.4.ep. 15.lib.7.ep.11.lib.2.ep.31. ex ep.Euariſti.Damaſ.ep.4. & Greg. homil. 11.in Ezech.

Ex Patrib.Clem.Rom.ep.3.in princip.Hier.to.2.epiſt.ad Oceanum.&ad Paulinum.Auguſt.epiſt.180.ad Honorat.lib.de paſtorib.c.8. Nicolaus papa. ex decreto de paſtoribus exiſtente in 2.Tom.Concil.Bern. de perſecutione ſuſtinenda.c.31.Ambr.lib.de dignit.ſacerd.c.3.& c.6.& lib.2.de Abraham. c. 6.Bern. idem lib. de conſid. ad Eugen. Et in declam de verbis Petri, Ecce nos reliquimus omnia; & ſerm. 3. de adu. Domini. & in Pſalm. Qui habitat. 90. ſerm.6.& ſerm.77.ſuper Cant. Athan. ep.ad Hebr.c.vlt.Orig.in Ioſue. ho 7. & ſuper Gen.hom.16.Cipr.lib.1.ep.3. Chriſ.li.de ſacerdotio.& in Mat. c.26. Naz.in apologetico.Cir.primo in Leuit.lib.6.&in Ioan.lib 7.c.1.

Rõne probatur, nã paſtor iure diuino ad curãdas aĩas ſubditorum, ad id vero neceſſaria eſt præſentia paſtorũ; primũ patet Ezech.34. 1.Tim.3.Tit.1. ſecundum patet, ergo; ſecundo, nam paſtor non eſt Dominus gregis, Domino dicente, Paſce oues meas. Io.vlt.& Apoſt.Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores miniſteriorum Dei; & Petrus.1.c.3.Paſcite qui in vobis eſt gregem Domini, non dominantes in clero, ergo debet per ſe paſcere. tertio ex forma conſecrationis epiſcopi, cui dicitur, vade & prædica euangelium populo tibi commiſſo. quinto nam decimæ dabãtur Leuitis, quibus paſtores ſuccedunt & ſacerdotes, & Ap. d. non claudendum os boui trituranti, & Dominus dignum eſſe operarium mercede ſua, ergo cum paſtores beneficia poſſideant, debent iure naturali ſeruitium ex illius inſtitutione requiſitum exercere; & idem procedit in coadiutoribus curatorũ, exceptis ijs qui ex inſtitutione beneficiorum coadiutoralium ſeruire per alium poſſunt. Ex literis congreg.Tr. Conc.23. Iul.1575.

Secundum dictum, alij beneficiati, *non tantum iure poſitiuo*, ſed etiam naturali tenẽtur reſidere, de primo ſupra eſt dictum iure pontificio omnes beneficiatos teneri ad perſonalem reſidẽtiam. Ratione probatur, nam qui recipit ſtipendium pro ſeruitio, ſeruitium utique præſtare debet, vt ſupra eſt dictum; ſecundo beneficium eſt inſtitutum propter officium, ergo ſi officium non exercet, indignus eſt beneficio.

Quo ad quartum, cum paſtores iure diuino & naturali, & reliqui iure quoque naturali teneantur reſidere, dicendum eſt eos non excuſari a reſidentia niſi vbi idem ius diuinum, & naturale tribuit excuſationem in aliquo caſu, licet non a regulari reſidentia, Chriſtiana ſiquidem charitas, vrgens neceſſitas, debita obediẽtia, & euidẽs eccleſiæ vel Reipublicæ utilitas abeſſe aliquos quandoque poſtulat.d.ca.1.in Trid.Conc. quibus etiã caſibus ius naturale & diuinum requirit prælatum ijs caſibus abeſſe debere, cum illę cauſæ non ſint pẽſandæ reſpectu propriæ perſonæ; ſed tantum reſpectu boni eccleſiæ *cui fidem obligatam* habet; ob bonum enim eccleſię vniuerſalis, licet quandoque abeſſe, quia vt corporis membra ſe mortis periculo obiiciunt ut caput ſaluent, ſic eccleſiæ particulares tenentur ſe offerre, & ſuos prælatos communi bono, vt ſi contingat celebrari Cõcilium generale vel prouinciale, & idem ſi papa egeat prælato ob eius conſilium & authoritatem ad legationem magni ponderis expediendam.

4 à Reſidentia an & quomodo paſtores excuſent.

Similiter ſi quis ſeruiat epiſcopo in eius perſona, cui licet ad quatuor mẽſes inſeruire, vt ſacra congregatio reſpondit, & eo magis pro vtilitate eccleſiæ & diœceſis.c.ad audientiam.ca. de cætero.c.dilectus. extra eo, quæ tamen intelligũtur, ubi papa uel epiſcopus, aut eccleſia uniuerſalis eget paſtore, ſi enim non deſint qui inſeruiãt in eo munere vt officio Auditoris, a ſe-

cretis,



cretis, & huiuſmodi, tunc paſtor in cõſcientiæ foro non reſidens tutus non eſt, quia cum reſidentia ſit iure diuino præcepta, papa etiã diſpenſari non poteſt, niſi idem ius diuinum & naturale interpretando, ꝙ niſi in vera & legitima neceſſitate nullum excuſat, ſic ſi paſtor infirmus ſit, cuius ratione ſolũ mutare debet ad tempus, excuſatur. c.vn. de cler.non reſid. in 6. ꝙ etiam eccleſiæ vtile eſt, vt paſtor ſanus redditus melius ei ſeruire poſſit, & eccleſia tũc non egeat eius præſentia, ſi em̃ egeat, ut tempore peſtis, uel ubi periculum eſſet alicuius hæreſis, uel tumultus populi ſuſcitandi, tunc debet potius mori quam recedere ſecũdum legem boni paſtoris a Chriſto omnium ſummo paſtore pręſcriptam. Sic ratione ſtudij excuſatur paſtor a reſidentia.cap.fi.de mag. ꝙ & eccleſię vtile eſt, ut habeat doctũ paſtorem qui eã tuto ad paſcua uitæ æternæ ducat, in quo tñ hodie eſt neceſſaria licentia epĩ, ut in Bulla Pij IIII. 112. dat.24.Nou.1564. ſi tñ tunc eccleſia eius præſentia non eget, alias ei ut ſupra abeſſe non liceret, ſimiliter ſi ei opus ſit adire curiam Romanam, vel regiã ad defendenda iura eccleſiæ excuſatur, cum id ſit bonum eccleſię, & prælatus eã defendere teneatur, vt d. Abb.in c.fraternitatẽ.de don. in c.tranſmiſſam.de decim.dummodo id eque bene per alios perfici nõ poſſit, & tunc eccleſia non egeat præſentia paſtoris ob bonũ animarũ; ſic ſi tirannus paſtorẽ inſequitur in odiũ ꝑſulis, tunc licet ei abeſſe, ſecus ſi in eccleſiã ipſam graſſatur; tunc.n.ei eſt perſiſtendũ vſq; ad mortẽ, & idem de peſtis tp̃e, vt d. Aug.in ep.ad Honoratum. & D.Th.2.2.q.185.ar.5.vbi late Gaiet. & hr̃ in c.ſuggeſtũ.c.aduerſitas.7.q.1. ca. ſciſcitaris.eo. vbi late Tur.cre.nam qñ in præſulẽ ipſum graſſatur; tũc è re eccleſię eſt vt ad tp̃s inde ſe ſubtrahat, & tp̃e opportuno redeat, ne ſubditi fugere cogantur; & idẽ ſi paſtor patitur inimicitias in loco beneficij; tunc.n.ei licet recedere, c.ĩter quatuor. eo.c.bonæ.de elect.tunc.n.& è re eccleſiæ eſt, vt inde ad tp̃s recedat, ne in loco inimicitiæ multiplicentur, interim operã dando ut ſedentur, ꝙ tp̃s excedere nõ debere ſpatiũ anni, deciditur in Cõc. prou.Med.5.tit. quæ ad diſtrib. pertin. & idem in prædictis diſtinguit Turr. in d. c.aduerſitas.

Similiter ſi paſtor egeat vt ad modicum tp̃s exeat animi recreandi cauſa excuſat̃, id.n.ius naturale ꝑmittit, mõ eius pñtia eccleſię nõ ſit neceſſaria. Et idẽ demũ procedit in quolibet legitimo ĩpedimẽto, vt d.Nau.in Man.c.25. num.120.gl. & Doct.in c.fi.eo.tit.ꝙ tñ intelligendũ eſt qñ è re eccleſiæ eſt ut recedat, licet cõſequẽter cõcernat bonũ perſonę vt ſupra, vt late d.Gaiet.d. ar.5.& Sot. de Iuſt. & Iur.li.10.q.3.per tot. eã ſemper regulã tenendo, ꝙ ubi ſalus ſubditorũ exigit pręſentiã paſtoris, ei recedere non licet ob aliquod cõmodum corporale, nec ob aliqđ periculum imminens, vt d.D.Tho.d.art. 5.& Sot. d.q.ar.4.

Vbi vero parochus abeſſe habet debet idoneum relinquere Vicarium ab ordinario approbandum cum congrua mercedis aſſignatione, & ſi ẽt per duos menſes tm̃ abeſſe habet licentiã ab Epiſcopo habeat, quòd ſi imminẽs cauſa ſuperueniat, vt ſuperiorem pro licentia habenda adire non poſſit, crederem non gloſſando per hoc ſacrum Cõcilium, eum non teneri ad reſtitutionem, ſic tamen vt vicarium relinquat & ordinario q̃ primum abſentiã ſignificet, epiſcopꝰ vero vbi abeſſe habet, debet habere licentiam in ſcriptis a papa, vel Metropolitano, vel eo abſente, ab antiquiori epiſcopo, qui ſimiliter antiquior reſidens Metropolitani abſentiam probare debebit, niſi caſus repentinus occurrat, uel niſi per tres menſes tantum abſit; cum em̃ cauſa repẽtina & notoria fuerit ob Reipublicę utilitatem, id etiam metropolitano ſignificare non eſſet opus, & ſi per tres tantum menſes abeſt continuos, vel interruptos in anno, cauſa eius conſcientiæ relinquitur, qui tamẽ cum abeſt, ſic ouibus prouideat, vt ex

5 à Reſidentia excuſatus, q̃ præſtare dẽat.

eius

eius abſentia nullū dannum percipiāt, d.c.relinquendo.ſ.idoneum vicarium & alios miniſtros qui muneri ſatisfaciant, & ſi diu eſt abfuturus prouidendo de epiſcopo qui confirmet, & ordines conferat, vel eas functiones vicino epiſcopo ſpectatæ vitæ a ſe bene cognito commendando.

Quo vero ad alios beneficiatos ſine curę exercitio, cum & ipſi iure naturali teneantur reſidere, dicendum eſt eos non excuſari niſi eodem iure naturali id ſuadente, vt in caſib. ſupra relatis, minor tamen in eis cauſa ſufficit, vnde duo canonici poſſunt epiſcopi obſequio inſeruire, ſi tamen occupentur in ſeruitio eccleſiæ, non autē ſi in eius ſeruitio perſonali neceſſitate nō vrgente, uel ſi eccleſia nō indiget eorū ſeruitio. c.ad audientiā. vbi Abb. extra eo. ſecus item ſi ſeruiāt alieno epiſcopo. c.cū dilectus. eo. interim prouidendo ut in ordine ſuo ibi ſeruiatur īpenſis ſuis, q; tn̄ non procedit in reſidētia in diuinis in cathedrali, vel collegiata cū ibi nō liceat deſeruire per vicariū, ſed portio diſtributionū nō reſidētiū ſine cā accreſcat reſidentibus. c.vn. de cler. non reſid. in 6. prædicta vero procedunt, cum cauſa abſentiæ eſt cauſa immediata non reſidendi, quia ſi alias quis non eſſet conſuetus reſidere, non excuſaretur ex cauſa ſuperueniēte. ut not. Doct. in c.1. de cler. ægrot. & in d. c.1. de cler. non reſid. in 6. nec creditur impedito niſi appareat de cauſa, vt d. Iaſ. in l.1. col.18 ff. de off. eius.

Finita vero occupatione, vel cauſa beneficiatus debet redire, nec vlterius poteſt per vicarium ſeruire. arg. c.cum ceſſante. de appell. & not. Rebuff. d.ca. nu.42. Caueat autem ſummopere qui ex cauſa abeſt ne abſit in Aduentu Domini, Quadrageſima, Natali, & Reſurrectione Domini, Pentecoſtes, & Corporis Domini diebus. d.ca.1. ſeſſ. 23. in Trid. Conc.

Reſidētiā omittētes ut peccēt, & quas pœnas incurrant, vel non.

Quo ad quintum, Epiſcopi & curati ſine cauſa iuſta non reſidentes peccant mortaliter, & tenētur etiam in foro conſciētiæ etiam nulla declaratione iudicis ſecuta, fructus tēpori abſentiæ reſpondentes perceptos in pauperes loci uel eccleſię utilitatem erogare, d.c.1. in Tr. Concil. q; ſi prædicti abſint ex cauſa, ſed ſine licentia, in foro conſcientiæ, non crederem eos teneri ad reſtitutionem fructuum ſi iuſta cauſa adſit, licet peccarint nō petendo licentiam, cum in foro conſcientiæ veritati ſtetur. c.tua nos. de ſponſ. & ita sētit Nau. in Man. c.25. num.121. ad fi. & Abb. in terminis in foro conſcientiæ, in cap. relatum. extra eo. vltra tn̄ duos menſes abſens a cura, vbi ad ſuperiorē recurſus haberi potuit, non eſt facile excuſandus ob authoritatem Cōcilii, cum cauſa debeat per ſuperiorem cognoſci, niſi ſit repentina & notoria, nō intendens tamen ex hoc gloſſam ſacro Concilio apponere.

Si vero beneficium non eſt curatū, vel abſit cum licentia vel ſine, vel etiā ſine cauſa probabili licet peccet, tamē non tenetur ad reſtitutionem fructuū niſi poſt iudicis cōdemnationem, vt d. Abb. in c.1. nu.8. de cel. miſſ. Nau. d.ca. 25. nu.120. & habetur in c.cum dignitates. ſeſſ. 24. in Tr. Conc. qui tamen vltra tres menſes ſi canoniti ſint abeſſe non debent, alias priuari poſſunt etiā fructibus quos ratione prębendę ſuos fecerunt. vt ibi habetur, & creſcente contumacia contra eos etiam ad priuationem eſt procedendum, dicto c. & ſi curati ſint, & per edictum citati non comparuerint, liberum eſt ordinariis contra eos procedere per cēſuras, ſequeſtrationem fructuum, uel etiam priuationem non obſtante priuilegio quocunque. d.ca.1. in Tr. Cōc. & not. in c.tuæ. in c.fi. extra eo. ſic tamē vt prius citetur, & expectetur per ſex mēſes antequam priuetur, niſi notorium ſit eum abeſſe ſine cauſa legitima, quia ſic poteſt priuari etiam non elapſis ſex menſibus, vt dicit Silueſt. reſidentia. §.5.

Vbi vero quis debet reſtituere fructus, ſi pauper ſit, poteſt epiſcopus aliquid ei relinquere vt vni ex pauperibus, & etiam a confeſſario idem fieri

po-



poteſt in foro conſcientiæ. vt d. Nau. d. c.25. nu.122. ver. ex quibus.

## De Viſitatione. Cap. 6.

### *SVMMARIVM.*

*Viſitatio vt accipiatur, & quid ſit. num.1.*
*Viſitare quis poßit. nu.2.*
*Viſitari qui poßint. num.3.*
*Viſitare poteſt epiſcopus cathedralem & collegiatas eccleſias, & quæ tales dicantur. nu.4.*
*Viſitare poteſt epiſcopus parochiales eccleſias, & quæ dicantur tales. nu.5.*
*Viſitare poteſt Epiſcopus curatas eccleſias, & quæ tales dicātur. num.6.*
*Viſitare poteſt epiſcopus eccleſias ſine cura, & quæ dicantur tales. num.7.*
*Viſitare poteſt epiſcopus oratoria, & quæ ex his non. num.8.*
*Viſitare poteſt epiſcopus dignitates & quæ ſic dicantur. nu.9.*
*Viſitare poteſt epiſcopus omnia beneficia eccleſiaſtica, & quod tale dicatur. num.10.*
*Viſitare poteſt epiſcopus clerum uniuerſum. nu.11.*
*Viſitare poteſt epiſcopus monaſteria monialium, & quomodo, ac in quibus non. nu.12.*
*Viſitare poteſt epiſcopus monaſteria virorum, & quando non. num.23.*
*Viſitare poteſt Epiſcopus lectores Teologiæ, & ſcripturæ, concionatores, & confeſſores. num.14.*
*Viſitare poteſt Epiſcopus Hoſpitalia, & quæ non, & quæ talia dicantur. nu.15.*
*Viſitare poteſt Epiſcopus Confraternitates, & quæ tales dicātur, & quas non.*
*Viſitare poteſt Epiſcopus capellas militarium. nu.17.*
*Viſitare poteſt epiſcopus carceres. num.18.*
*Viſitare poteſt epiſcopus populum ſibi commiſſum. nu.19.*
*Viſitare quid poßit Archiepiſcopus. nu.20.*
*Viſitare quid Papa poſſit. nu.21.*
*Viſitator quid præparare debeat, quidve viſitatus. num.22.*
*Viſitator quo comitatu viſitet, & qua forma ſit recipiendus. num.23.*
*in Viſitatione Eccleſiæ in genere, quæ obſeruanda. nu.24.*
*Viſitationis decreta cuius expenſis ſint expedienda. nu.25.*
*Viſitator quomodo Decreta regulare debeat. nu.26.*
*in Viſitatione perſonarum eccleſiaſticarum, quæ attendenda. num.27.*
*in Viſitatiene beneficiatorum in genere, quæ obſeruanda. nu.28.*
*in Viſitatione cathedralis, quæ obſeruanda. nu.29.*
*in Viſitatione collegiatæ, quæ attendenda. num.30.*
*in Viſitatione parochialis, quæ obſeruanda, & item circa officium parochi. nu.31.*
*in Viſitatione eccleſiæ ſine cura, & oratorij, quid attendendum. num.32.*

in

*in Viſitatione monaſteriorum, quid attendendum.num.33.*
*in Viſitatione monialium, quid obſeruandum. nu.34.*
*in Viſitatione lectorum, concionatorum, confeſſorum, & præceptorum, quæ obſeruanda. nu.35.*
*in Viſitatione hoſpitalium, montiũ pietatis, confraternitatum, quæ obſeruanda.nu. 36.*
*in Viſitatione populi, quæ attendenda.num. 37.*
*Archiepiſcopus viſitator quæ obſeruare debet. nu.38.*
*Legatus, vel apoſtolicus Viſitator viſitans, quæ attendere debet. num.39.*
*Viſitator ut procedat contra impedientes viſitationem.nu.40.*
*Viſitatori quæ expenſæ debeantur, à quibus, & qua limitatione, & quando non.nu.41.*
*Viſitationis effectus quis ſit. nu.42.*

CVm epiſcopus teneatur in eccleſia ſua reſidere, vt ibi in officio ſuo deſeruiat, ſicut & quilibet alius beneficiatus, vt dictum eſt cap. præcedenti, & ĩter cætera munia, quæ ad epiſcopum & prælatum pertinent, Viſitatio inter pręcipua connumeretur, cum ea mores reformentur, & diuinus cultus deſtitutus reſtituat̃, & augeatur, ideo dicto de reſidentia in præcedentibus, congrue nunc de Viſitatione eſt peragendum. In quo primo uidendum eſt quid ſit Viſitatio, ſecundo quis teneatur & poſſit viſitare, tertio qui poſſint uiſitari, quarto qua forma uiſitatio ſit peragenda; quinto quid poſſit Viſitator circa uiſitatos, quidque ab eis exigere ratione viſitationis; ſexto quis ſit effectus uiſitationis.

1 Viſitatio quomodo accipiat̃ & quid ſit.

Quo ad primum, notãdum, quòd in ſacris literis quandoque ſumitur pro inflictione pœnæ, iuxta id Exo. 20. viſitans iniquitates patrum in filios vſque in tertiam & quartam generationem, ſaltem quo ad pęnam damni, licet nõ quo ad pęnam ſenſus, ſecũdo ſumitur pro pacis & ſalutis allatione. vt Pſ. 58. intende ad uiſitandas omnes gentes, & Pſ. 105. uiſita nos in ſalutari tuo. & Cantic. Zachariæ: Viſitauit nos oriens ex alto, cum Deus cũ carne aſſumpta mundo ſalutem ob nimiam charitatẽ ſuam allaturus, ad nos uenire dignat⁹ eſt, cuius hodie natalis diei ſolẽnia feſta percolimus. In propoſito uero ſumitur magis ſecundo modo quam primo, nam licet viſitator quandoque pęnas infligat, id tamen nõ eſt per ſe, ſed per accidenr, cum eius intentio, & finis viſitationis ſit ſanam doctrinã expulſis hæreſibus inducere, bonos mores tueri, prauos corrigere. c. 3. ſeſſ. 24. in Trid. Conc. quæ omnia pacem & ſalutem animabus, & gloriam Deo afferunt, & pœnæ ſe habent per modum medicinæ vt animæ languentes ſanentũr. c. 1. de ſent. excom. in 6. & viſitatio ſic diffiniri poteſt, vt ſit inquiſitio viſitatoris circa regimen locorum, & uitã perſonarum quæ uiſitantur, vel ꝙ eſt reformatio & correctio omnium quæ prælati nouerint in eccleſijs, ſeu clero & populo, tam in capite quam in mẽbris reformanda, & corrigenda, occultis exceptis. ut d. Pauin. tr. de viſit. 1. p. q. 1. nu. 15. melior tamen eſt prima diffinitio, cum viſitatio quandoque poſſit eſſe ſine correctione, ut quando viſitator inuenit omnia recta, quo caſu Deo gratias agere debet. c. placuit. 10. q. 1. & dicitur inquiſitio, nam viſitator debet exquirere & diſcutere omnia diligẽter, tam circa loca, quam circa mores ſubditorum. c. epiſcopum. cũ ſeq. 10. q. 1. c. 1. de cenſib. in 6.

2 Viſitare quis poſſit

Quo ad ſecundum, dicendum eſt, ꝙ quilibet viſitare poteſt qui habet ordinariam iuriſdictionem in aliquos, ut papa in toto orbe, cum ſit paſtor omnium fidelium, ut dictum eſt ſupra ca.

de



de ſtat. papæ. & Archiepiſcopus in tota prouincia. c. Romana. & ca. perpetuo. de cenſib. in 6. & epiſcopus in ſua diœceſi. c. conquerente. de offic. ord. Archidiaconus etiam & decanus. c. cum apoſtolus. de cenſib. c. mandamus. de offic. Archid. dummõ illis competat adminiſtratio, & iuriſdictio, quia cui non cõpetit adminiſtratio, nec ius viſitandi habet, ꝙ ſpectat ad legem iuriſdictionis. c. 1. §. hanc. de cenſib. in 6. c. cum venerabilis. eo. Abb. in c. cum Apoſtolus. de cenſibus. & cõſil. 36. Oldr. conſ. 204. Crau. conſ. 238. col. 4. nu. 13. Similiter legatus Cardinalis virtute legationis ſibi a papa demandatæ. c. cum Apoſtolus. de cenſib. & etiam alij legati apoſtolici vel nati vel miſſi. c. cum inſtantia. c. procurationes. de cenſibus. qui tamen non tenẽtur ſub peccato viſitare niſi magna animarũ neceſſitas adſit. Marian. de viſit. lib. 1. q. 14. col. 6. num. 7. ſimiliter patriarchæ primates, & archiepiſcopi. c. 2. cap. fœlicis. de cenſib. in 6. cap. cum apoſtolus. cap. ſuper eo. extra eo. alij vero inferiores vt Decani, & c. iuriſdictione carentes non viſitant nomine proprio, ſed epiſcopi, niſi longa conſuetudine ius ſuæ parochiæ viſitandæ præſcripſerint. d. cap. ſuper eo. & dicto cap. cum Apoſtolus. vbi Abb. tertio notab. cap. mandamus. de offic. Archidiac. cap. 1. 2. 3. de offic. Archipresbyt. qui tamen ex Concil. Trident. ſeſſ. 24. c. 3. debent aſſumpto notario per ſeipſos tantum cõceſſu epiſcopi viſitare. plebani etiã iuriſdictionem habentes in ſuam plebem viſitare poſſunt. d. cap. cum venerabilis. Soc. d. tr. lib. 4. q. 10. capitulum etiam Eccleſiæ cathedralis ſede vacante, viſitare poteſt eos quos epiſcopus iure ordinario viſitare poteſt, non autem iure ſpeciali vel delegato. c. pen. & fi. de ſuppl. negl. præl. Marian. d. tr. q. 11. col. 4. cap. qualiter & quando. de accuſ. & etiã viuente epiſcopo capitulum ex præſcriptione acquiſita viſitare poteſt, cuius tamẽ viſitatores ab epiſcopo approbari debent, & intra menſem eidem epiſcopo viſitationis factæ rationem reddere, & eo etiam caſu epiſcopus ſeorſum a capitulo poteſt eaſdem eccleſias viſitare põt. d. Concil. Trid. Abbates ẽt priores, & alij regulariũ præfecti etiã Lateranenſium viſitare poſſunt monaſteria, & alia loca eis ſubiecta. c. in ſingulis. c. ea quæ. de ſtat. mona. & ſolent etiã capitula generalia viſitatores deputare, qui iuxta formam a canonib. traditam munus ſibi iniũctum exequi tenentur, d. cap. in ſingulis. & d. cap. ea quæ. qui etiam monialium monaſteria inuiſere debent, corrigentes & reformantes ꝙ correctione dignum cognouerint, qui inuenientes rectorem loci mereri vt amoueatur notũ id epiſcopo facere debent, quo negligente, id papę ſignificare debent, vt & quicquid difficultatis in viſitatione emerſerit, d. c. in ſingulis. & d. c. ea quæ.

Abbatiſſæ etiam & prioriſſæ nulli Abbatiſſæ ſubiectæ, & aliæ monaſteriorum præfectæ, monaſteria ſua, & alia loca ſibi ſubiecta viſitare tenentur, quæ vti poterunt in hoc officio extra clauſtra Religioſis idoneis, cum eis monaſterium exire non liceat. Clement. ſecunda, de ſtatu monacho. Pauin. quæſt. vndecima. parte prima, num. 43. ſepius tamen monaſteria monialium ab epiſcopis, vel alijs ordinarij viſitantur, cum authoritate apoſtolica poſſint viſitare monaſteria ſoli ſedi Apoſtolicæ immediate ſubiecta, nõ exempta vero authoritate ordinaria; exempta vero ab ordinarijs ſubiecta tamen pręlatis ſui ordinis, ab ijs pręlatis viſitanda erunt. dicta Clemen. de ſtatu reg. ſolet etiam papa deputare ſpecialiter viſitatores ad munus viſitandi. patroni tamen eccleſiarum ſe ingerere non poſſunt in his quæ pertinent ad viſitationem. ſeſſ. 24. cap. 3. in Trident. Concil. & viſitatio debita pacto remitti non poteſt, nec etiam eius iteratio. vt dicit Paui. de viſit. par. 1. q. 4. num. 20.

3 Viſitari q. poſſint.

Quo ad tertium, ſi loquimur de papa, omnes eccleſiæ & perſonæ poſſunt ab eo viſitari, cum ei omnes fideles ſint ſubiecti, & ſit ordinarius

D cuius-

cuiuslibet fidelis, nec ipſe etiã poſſit eximere aliquem ab eius ſubiectione, vt dixi in cap. de ſtatu papæ, & viſitatio ſit de lege iuriſdictionis. capit. conquerente. cap. dilectus. de offic. ordin. ſi vero loquimur de Archiepiſcopo primate & patriarcha, poſſunt viſitare totam ſuam prouinciam, modo tamen inferius dicendo, quòd ſi loquimur de regularibus omnes eccleſiæ, & perſonę regulares viſitari poſſunt a generali ordinis, vel viſitatoribus deputatis in capitulo generali. Si uero ſit ſermo de inferioribus epiſcopo, obſeruanda ſunt dicta ſupra. §. præced.

Loquẽdo vero de epiſcopo, de quo principaliter eſt ſermo, & ad quem viſitatio proprie pertinet, cum viſitatio pertineat ad curam animarum, vt not. gloſſ. in capitu. mandamus. de offic. Archid. latiſſimam habet facultatem, vel iure ordinario, vel vt apoſtolicæ ſedis delegatus.

Viſitare poteſt eṗs cathedralem, & collegiatas eccleſias, & quæ dicantur tales.

4 Vnde epiſcopus viſitare poteſt omnes eccleſias ſuæ diœceſis, tam cathedralem ſic dictam ob honorem cathedræ, vt d. glo. in cap. execrabilis. ver. cęterum. de præben. in Extrau. Io. XXII. quia ibi ſit alta ſedes præſidentis epiſcopi, vel ſedes Doctoris populi, vt dicit glo. in clemen. dudum. ver. ſuper cathedram. de ſepult. & eccleſias collegiatas, quę ſic dignoſcuntur eſſe tales, primo ſi ex inſtitutione habeatur, q̧ ibi ſint plures collegiati, ſecus vt ibi ſit vnus tantum rector cum clerico. argum. capit. vt quiſque. de vit. & hon. Sic etiam omnes eccleſiæ regulares iure communi ſunt collegiatæ, vt & cathedrales, cap. ne pro defectu. de elec. quandoque tamen eccleſia regularis non eſt collegiata, vt quia ſint ſimplices prioratus religioſi, vt dicit Card. in clem. vt hi. de ætate & qualit. Vel ſi eccleſia habeat priuilegium ſuper iure collegij, quòd ſi non habet defendetur in ſua poſſeſſione, quia ſi eſt in poſſeſſione collegij habebitur pro collegio, alias pro beneficio ſimplici, hæc vero poſſeſſio deprehenditur ſi ibi exerceantur pertinentia ad collegium, vt quia clerici conſueuerint facere ſindicum & per eum iurare. c. imperatorem. de iur. calumniæ, vel ſi habẽt ſigillum commune, arg. ca. ſignificauit. de app. vel ibi conſueuerint collegiatim. eligere prælatum cap. 1. de elect. & ex alijs ſignis traditis ſupra cap. de iur. patr. alias non ſufficit, q̧ in eccleſia ſint plures clerici beneficiati, quia poſſunt eſſe ſingulares. c. dilecta. de exc. pręlat. & not. Archid. in cap. ex laicis. 10. q. 1. niſi ſint vnum corpus, & habeant arcã communem, & res cõmunes, & actorẽ vel ſindicum, & debeant eſſe ſaltẽ tres, vt d. Abb. in d. c. dilecta. & in ca. nobis. de iur. patr. vel ſi habeãt refectorium, & dormitorium commune, tractatum cõem, fraternitatem cõmunem, & huiuſmodi, vt d. Io. And. in d. c nobis. vel ſi tales opinione hominum habeãtur, vt d. Archid. in c. 1. 10. q. 1. Old. conſil. 281. Rom. conſ. 436. idem Arch. in ca. quia. de el. in 6. Alex. conſil. 58. libro 4. Nec ibi opus eſt, vt caput adſit, vt d. Felin. in c. ex literis. de conſtit. ſic tamen vt vna ex prædictis conditionib. non ſufficiat cõſtituendã collegiatam, ſed plures requirãtur, vt dixi in tr. prædicto, & opportunum eſt ſcire, quæ dicatur eccleſia collegiata, tum ad dirimẽdas controuerſias in prouiſione eccleſiæ, cum electio prælati iure cõi in collegiata ſpectet ad collegium. c. 1. de el. alias ad epiſcopũ, & etiã quia ſi eſt collegiata ibi horæ debent recitari collegiatim, & ſi ex tenuitate diſtributionũ cultus diuinus deſtitetur debet extrahi tertia pars redditũum oĩum beneficiorũ eccleſię, & in diſtributiones conuerti, quę pręſentib. tm̃ diuinis aſſignentur. c. 3. ſeſſ. 21. in Trid. Conc. & vbi præbendæ tenues ſunt ſimul cũ diſtributionib. ijs vniri debẽt aliqua beneficia ſimplicia, vel aliqua eorum ſupprimi, & ad pauciorem numerum reduci ac in diſtributiones conuerti. cap. 15. ſeſſ. 24. in Trident. Concil. & cap. 3. ſeſſ. 22. in eodem Concil. tertio, nam collegiata curata non vacat ipſo iure ex non promotione ad ſacerdotium infra annum, vt euenit in





parochiali. cap. ſtatutum. de elect. in 6. quarto q̧ collegiatæ curatæ non conferuntur per concurſum vt fit in parochialibus, vt ſacra congregatio Conc. reſpondit.

Viſitare poteſt eṗs parochiales eccleſias, & quę dicãtur tales.

5 Tertio, Similiter viſitare poteſt epiſcopus eccleſias parochiales, dicĩt autem parochia quaſi partitio curę, quia rector eccleſiæ curam habeat animarum totius populi intra illos limites congregati. capitu. 1. de cap. mon. Abb. in cap. extirpandæ. §. qui vero. de præb. Gem. in c. licet canon. de elect. in 6. idem in ca. paſtoralis. de his q̃ fiunt. Hoſt. in ſumma. de paroch. Ioan. And. in cap. quia nonnulli. de cler. non reſid. & eccleſia parochialis dicitur & eius rector q̧ actu parochianos habet, vt d. gl. in d. c. licet canon. verbo, parochialis, & Rom. conſi. 356. & diſtinctio parochiæ probatur ex teſtibus deponentibus, quòd a tempore cuius initij memoria non extat in contrarium talis limes fuit obſeruatus, vt d. Archid. in c. 1. de conſuet. in 6. & in cap. plures. 16. quæſt. 1. q̧ ſi quæ parochiales non habent proprios fines, ſed promiſcue petentibus ſacramenta adminiſtrant, epiſcopus dẽt diſtincto populo in certas ac proprias parochias cuiq; ſuum peculiarem & perpetuum parochum aſſignare, vt habetur in Conc. Tr. ſeſſ. 24. cap. 13.

Viſitare poteſt eṗs eccleſias curatas, & quæ tales dicantur.

6 Quarto, ſimiliter oẽs eccleſias cum cura, quę dñr vbi rector habet poteſtatem fori pœnitentialis, licet actu non exerceat curam, vt quia parochiani receſſerint, vt d. Cald. conſil. 48. Io. Andr. in d. c. licet canon. Innocen. & Abb. in c. de multa. de præb. iſta eccleſia tamẽ non vacaret etiam per aſſecutionem alterius iuxta. c. execrabilis. de prebẽ. in extr. cõm. vt dicũt Doct. in c. de multa. de pręb. Stafil. in tr. de literis grę. tit. de qual. & ſtat. benef. licet de eo ſit in impetratione mẽtio facienda; Ex actu tñ ſepeliendi ſolo nõ efficitur eccleſia curata, vt d. Feder. conſil. 80. cum ex conſuetudine vel conceſſione epiſcopi id haberi poſſit, vt d. Archid. in c. 1. de ſep. & Hoſtien. in cap. quia nonnulli. de cler. non reſid. Nec per actum baptizandi intelligitur quis habere curam, ſi non habet certam parochiam, vt d. Paul. in clemen. vn. de bapt. & ibi Card. quæſt. 4. & Imol. Et ſic curata eccleſia dicitur quando habet certã parochiam cum poteſtate fori pœnitentialis, & neceſſitate ſacramenta adminiſtrandi, & alijs ab eo accipiendi, vt d. Dec. in ca. ad aures. de reſcrip. Vnde fratres prædicatores, & minores licet confeſſiones audire poſſint, tamen nõ dicuntur curati, quia non habẽt certã parochiam, nec parochiani tenentur illis confiteri, nec ipſi eos audire, vt d. gloſſ. in clem. dudũ. verbo. impendant. de ſepult. vbi Abb. & in cap. ſignificaſti. de foro compet. & in c. omnis. de pęnit. Requiritur etiam ad hoc vt quis dicatur habere curam q̧ exerceat eã nomine proprio non alieno, vt d. Stafil. loco prędicto. vnde ſi duo inſtituantur in eccleſia parochiali, & vterq; eorum curam exerceat; neuter eſt curatus. vt d. Oldr. conſil. 67. quia in vna eccleſia non debẽt eſſe duo capita, ideo non habet in eis locum diſpoſitio. ca. licet. de elect. in ſexto. capitulũ. de multa. de præbend. poteſt vero curata effici etiam ex conſuetudine præſcripta ab ijs qui capaces ſunt curæ, vt dicit Card. in clem. 1. §. fin. de religioſis domib. & in c. cum ſatis. de offic. Archid. Ioan. Andr. in cap. conquerente. ver. ſi autem. de off. ord.

Quinto, ſic etiã viſitare poteſt alias eccleſias ſine cura, Dicitur autẽ beneficium quodlibet ſine cura, niſi habeat populum, vel clerum, vt dicit Egid. deciſio. 676. Stafil. tractatu de litteris gratiæ. titu. de qualitate & ſtat. beneficiorum. Rebuff. in praxi benefic. in principio titu. ſeculare beneficium, numero vndecimo, vbi & dicit aſſerenti eccleſiam eſſe curatam ſpectare ei onus probandi; probatur vero non curata ſi a quadraginta annis citra collata fuit vt non curata, & ſic poſtea fuit poſſeſſa, licet probetur ante fuiſſe curata, cum curſus temporis tribuat ſtatum beneficio, vt dicit Stafil. 7

Viſitare poteſt eṗs eccleſias ſine cura, & quæ tales dicantur.

dicto loco, titulo de formis expectati-
uarum, num. quinto; ideo vero tales
eccleſię debẽt viſitari, vt videatur an
egeãt reparatione, vt dicit Archidiac.
in capit. epiſcopus. decima quæſtione
prima, & an ſit ei annexum onus cele-
brandi miſſam, & illi ſatisfiat, vel an
rector legitimum titulum habeat, &
huiuſmodi, vt dicit Roch. de viſitatio.
verbo. ſine cura. Eccleſiæ vero appel-
latione intelligitur eccleſia ipſa mate-
rialis, quæ etiam quandoq; dr̃ orato-
rium. c. pen. & vlt. 42. d. cap. lator. 16.
q. 7. & antequam conſecretur dicitur
baſilica. vt dicit Abbas. in rubr. de con-
ſecrat. eccleſiæ. Et appellatione eccle-
ſiæ compræhenditur cæmiterium, &
totus ambitus eius & capellæ conti-
guę. vt dicit Rom. conſil. 181. & etiam
domus Rectoris quæ debet eſſe pro-
pe eccleſiam. cap. neceſſaria. cap. nul-
la ædificia. duodecima quæſt. prima,
cap. quiſquis. vbi gloſſ. 17. quæſt. quar
ta. c. epiſcopus. 42. d. ad hoc ſaltem vt
debeat viſitari. ſimiliter viſitare po-
teſt capellanias, vel capellas, dicitur
vero capella quando eſt corpus & ec-
cleſia per ſe, capellania autem ſi ſit al-
tare dotatum intra aliquam eccleſiã,
licet vnum quandoque in iure pro a-
lio ſumatur, vt dicit Rebuff. loco prę-
dicto num. decimoquarto. Dicitur ve-
ro altare beneficium eccleſiaſticum
ſimplex, & ſic capellania, quando ſic
eſt per epiſcopum ordinatum, & da-
tur in titulum, vt dicit gloſſ. in Clem.
beneficiorum. de Decim. Rebuff. ibid.
num. 15. Vnde altaria in quibus data
eſt perpetua adminiſtratio per teſtato
rem aſſignatis certis ſtipendijs annuis
vt officientur, non dicuntur benefi-
cia eccleſiaſtica, vt dicit Gem. Reg. de
ann. poſſeſſ. q. 20. & capellania funda-
ta a laico ſi non fuit approbata ab epi-
ſcopo, non poteſt ab eo conferri, nec
a papa, vt d. Rebuff. de pacif. poſſ. num.
287. nec fundans capellaniam vel alta-
re tenetur eam dotare, vt d. Anan. con
ſil. 24. Felin. conſi. 41. 45. Rebuff. ibidẽ.
num. 88. tenetur tamẽ ad luminaria &
ornatũ; & in hac materia capellania-
rum, vel altarium. multa d. Felin. in c.
ex parte. 2. de reſcr. in c. cum venerabi
lis. de except. Abb. in cle. vt hi. de æt. &
qual. & dixi ſupra tr. de iure patr.

Similiter viſitare poteſt oratoria, 6
quæ differunt ab eccleſia, quòd eccle-
ſia principaliter inſtituitur ad celebrã
dum & orandũ, & conſecratur per epi
ſcopum, & conſtituitur ſibi dos, p̱ mi-
niſtris & cultu diuino, vt habetur inf.
tr. de miſſa. ſub c. de eccleſia. at orato-
riũ non conſecratur, nec ei conſtitui-
tur dos, nec deputatur principaliter,
vt ibi celebrẽt, ſed vt oretur, ut d. Ab.
in c. authoritate. de cenſib. Horũ vero
oratoriorum alia ſunt religioſa, & pu
blica, alia priuata, publica quæ autho-
ritate epiſcopi conſtituuntur, priuata
quæ ſine ea, & hęc iure cõi non ſunt
ſunt viſitanda ab epiſcopis, nec veniũt
appellatione pij loci, licet quandoque
ibi celebretur, vt ibi d. Ab. niſi ibi cele
bretur publice, ita vt omnes indifferẽ
ter ibidem admittantur, ſi tamen ha-
bens oratorium priuatũ minus hone-
ſte illud tractet, poteſt ſuperior iubere
illud deſtrui, & ad id accedere, ut ui-
deat qũo ſe habeat, vt d. Inno. & Abb.
in d. c. authoritate. Nec ĩ his oratorijs
priuatis eſt celebrandũ ſine licentia e-
piſcopi, nec gaudẽt immunitate eccle-
ſiaſtica, vt d. Hoſt. in ſumma. de immu.
eccl. nec priuilegio eccleſiarum, nec
habent dotem, & a dominis eorum
ſepe conuertũtur in camaras. vt ibi d.
Abb. & in c. patentibus. de priuil. qui
& d. q̧ ſi ſunt cõſtructa authoritate ep̃i
tunc in eis publice põt celebrari, alias
nõ ſine eius licentia, & ſi hmõi orato-
ria habent populũ poſſunt ab ep̃is viſi
tari, & viſitantib. procuratio debetur,
uel licet non habeat populũ nec curã.
eſt tñ inſtitutũ q̧ in tali oratorio talis
perſona inſtituatur & ſeruiat, q̨a tunc
ep̃s poteſt id viſitare, & procurationẽ
recipere, cũ is locus ſit ſacer, & in po-
teſtate eius, & certa perſona viſitan-
da. argum. c. de xenodochijs. de relig.
domib. & Innocen. d. cap. authoritate.
ſecus ſi non adſint prædicta, ſed eſſet
ordinatum, vt ibi eſſet locus tãtũ ad o-

Viſitare poteſt ep̃s oratoria, & quæ nõ ex his.





randum, quia tunc nil eſt quòd viſite-
tur ratione oratorij, & ſic nec procu-
ratio debetur, vt dicit Soc. tract. de vi-
ſit lib. 11. quæſt. 5. etiam ſi authoritate
epiſcopi eo caſu ſit conſtructum, vt d.
etiam Zab. conſ. 11. vbi conſulit haben
ti oratoriũ priuatum, ne quid det pro
eo in dotem, nec deputet certum ſa-
cerdotem Rectorem ad celebrandum
ibi, quia talis rector eſt viſitandus ab
epiſcopo, habeat tamen licentiam ab
epiſcopo ibi celebrari per quemcum-
que ſacerdotem idoneum; ſimililer d.
quod caueant ne oratorium conſtrua
tur ad formam eccleſiæ, ſcilicet cum
campanili turri & campanis, quia tũc
præſumitur locus eccleſiaſticus, vt Fe-
der. Senſ. conſil. 111. poteſt tamen epi
ſcop⁹ illuc accedere vt videat quomo
do ſe habeat, vt ſupra eſt dictum, ſed
nõ habebit procurationem, oratoria
etiam dicuntur vbi confraternitates
congregantur ad orandum, & conuen
tus faciendos.

Ex Conc. vero Trid. ſeſſ. 22. decreto
de obſer. decernitur ne celebretur ex
tra eccleſiam, nec in oratorijs priua-
tis viſitandis tamen ab epiſcopo, & de-
ſignandis, q̧ procedit licet conſtruens
mandarit nõ poſſe epiſcopum in eo ſe
impedire, licet alias contrariũ conſu-
luerit Card. d. conſ. 11. & hęc oratoria
debent conſtrui ſine præiudicio iuris
parochialis, ſic vt in eis non celebrẽt
publice quibuſdam diebus ſolennib.
de quo in cap. ſi quis etiam. de conſec.
diſtinct. 1. cap. ad audientiam. 1. de ec-
cleſ. ædific. quòd ſi tunc prædicetur,
etiam ibi non poteſt celebrari ſine
conſenſu Rectoris parochiæ, niſi de li
centia epiſcopi.

Ex Conc. vero prouin. Med. 1. tit. quę
pertinẽt ad celebrationẽ miſſę, ſtatui-
tur ne oratoria fiant in partib. interio
rum ędium, ſed honeſto & commodo
loco a cubiculis triclinijs & aula ſepa-
rato, ad templi formam conſtructa, &
ita ampla vt extra quis ſtare non co-
gatur pro miſſa audienda, & raro con
cedenda, nec ſine magna cauſa, & de-
bent conſtrui forma de qua in tracta.
de miſſa habetur; Oratoria quoq; di-
cuntur eccleſiæ rurales campeſtres do
te populo & rectore carentes, in qui-
bus quandoque tamẽ celebratur, quæ
pariter ſubiacent epiſcopi viſitationi,
etiam ſi ſint iuris patronatus laicorũ.
ex Conc. Trident. ſeſſ. 14. cap. 12. quo
Cõcilio ſtante circa oratoria videtur
modo ſic dicendum, q̧ aut ſunt depu-
tata ad orandum tantum, & epiſcopus
poterit ea viſitare vt videat quomodo
tractẽtur, vel etiam deputata ad cele-
brandũ, & epiſcopus poteſt ea viſita-
re, & habebit procurationem, nec po-
teſt ibi celebrari ſine eius licentia, vel
ſunt publica, & tunc vel deputata ad
orandum tantum, vt quæ ſunt in tri-
uijs, & epiſcopus videre poteſt quomo
do cuſtodiantur, ſine tñ procuratio-
ne, vel etiam ad celebrandum vt eccle
ſiæ ſine cura, & tunc ea poteſt epiſco-
pus viſitare, & habebit procurationẽ
a patrono, vel rectore ſi ibi adeſt, alias
non, cum ſic tranſeant in dominium
epiſcopi, & ibi poteſt celebrari ſaluo
iure parochiali, vt ſupra, vt ibi non
celebretur Natali, Paſcha, Epiphania,
Aſcenſione, die Pentecoſtes, Sancto
Ioannis Baptiſtæ, & ſolẽnibus feſtis lo
ci niſi de licentia epiſcopi, necdũ prę-
dicatur. d. capit. Similiter epiſcopus
viſitare poteſt omnes eccleſias ſecula-
res in dięceſi exiſtẽtes, exceptis eccle-
ſiis quę ſunt ſub protectione regum &
principũ iura imperij in ſuis dñijs ha-
bentiũ, & ijs quę cõcedũtur in fauorẽ
ſtudiorum generalium, vt habetur in
Conc. Triden. ſeſſ. 25. c. 9. §. reliqui.
7. Similiter viſitare põt dignitates oẽs 7
eccleſiaſticas, is vero dr̃ hẽre dignitatẽ
q̨ hẽt iuriſdictionẽ, & proprie dr̃ p̃la-
tus, & ſic rector eccleſię collegiatæ dr̃
habere dignitatẽ, vt d. Ab. in c. de mul
ta. de pręb. & ẽt prior cõuentus & ab-
batiſſa, vt ibi d. 2. dignoſcit̃ dignitas ſi
appellatur noĩe ĩ iure pro tali habito,
vt Archidiaconus, licet nullũ miniſte
riũ dignitatis exerceat, 3. ſi fuit inſtitu
ta vt eſſet dignitas; vel q̧ in loco repu-
tetur dignitas, licet ſic non cadat ſub
diſpoſitione. d. c. de multa. vel ex pręe-

Viſitare poteſt ep̃s dignitates & quæ ſic dicantur.

minentia in choro, ex dignitatibus vero aliquæ dicuntur electiuę, quando illis vacantibus proceditur ad electionem. iuxta. c. quia propter. de elect. & poſtea requiritur confirmatio, alia dicitur dignitas electiua, ſed non vere, vt quando canonici eligunt, & eligendo conferunt, nec expetitur alia cōfirmatio; tunc enim potius dicuntur conferre quam eligere. c. poſt electionem. de conceſſ. præb. Rot. deciſ. 1. de pręb. in antiq. Nec licet inſtituere nouam dignitatē in eccleſia ſine papæ authoritate, vt d. gl. in c. cum olim. de cōſuet.

10 Viſitare poteſt ep̄s beneficia omnia, & ꝙ tale dicatur.

Octauo ſic etiam viſitare poteſt epiſcopus omnia beneficia eccleſiaſtica, ſignificatur autē beneficiū eē eccleſiaſticum ex quatuor; primo ſi de eo non niſi per epiſcopum, vel alium pręlatū fit prouiſio, licet præſentatio fieri poſſit etiam per patronum, c. 3. de iur. pat. & laicus ex priuilegio papæ quandoq; poſſit conferre; ſecundo, ꝙ de ipſo ꝓuideri poteſt tantum clerico; tertio ꝙ habeat annexum aliquod ſpirituale, & detur in perpetuum, cum ſolus papa poſſit conferre ad tempus; quarto ꝙ de eo poteſt prouideri pure tantum & ſine conditicne vel pacto, quia ſic eſſet ſimonia, vt d. Cald. ī c. ī noſtra. de reſcript. Anch. in c. beneficium. de reg. iur. in 6. Fel. in d. ca. in noſtra. Dec. in Rubr. de reſcript. Rebuff. tra. de pacif. num. 287. Beneficia vero ſunt triplicia, ſuprema, duplicia vel compoſita, & ſimplicia, ſuprema, vt epiſcopatus; duplicia dignitates inferiores perſonatus, & curam animarum habentes, alia omnia ſunt ſimplicia, vt d. Hoſtien. de præb. in ſumma. nu. 3. & de fil presby. ſimplicium quædam ſunt mere ſimplicia, alia ſeruitoria prout habent onus celebrandi miſſam, & huiuſmodi, vt d. Stafil. tr. de literis gratiæ. titu. de ſtat. & qualit. benefic. ſimplicia vero dicūtur, quia tantum beneficia ſunt, nec habēt dignitatem, vel curam animarum, & inter ſimplicia primum locum tenent præbendæ canonicorum, vt d. Hoſt. locis cit. & ex his alia ſunt collatiua, alia electiua, mō quo ſupra caſu ꝑcedēti.

11 Viſitare poteſt ep̄s clerū vniuerſum.

Nono ſic etiā ep̄s viſitare pōt clerū vniuerſum, c. 1. §. deinde. de cēſib. in 6. etiam exēptos ſi deliquerint notorie extra clauſtra. ſeſ. 25. c. 14. in Tr. Conc.

12 Viſitare poteſt ep̄s monaſteria monialium, & in quib. non, vel quas.

Decimo, ſic etiam viſitare poteſt monaſteria monialium omniū in ijs, quæ ſpectant ad clauſuram, ſi alijs ſint ſubiecti, alias in omnibus. d. c. & q̄ apoſtolicæ ſedi immediate ſunt ſubiecta, ut apoſtolici delegati viſitabunt. Clemē. 2. de ſtat. reg. c. 1. eo. in 6. c. ſolitæ. c. venerabili. de cenſib. c. 1. §. deinde. eo. in 6. & vbi ſic exemptæ ſolent viſitari a prouincialibus ordinis, non prohibet adhuc epiſcopus eas viſitare. Clem. attendētes. vbi gl. verbo, alia. de ſtat. reg. ſi tamen ab abbatiſſis, vel prioriſſis illius, vel alterius monaſterij moniales regi ſolent, non ab epiſcopo, ſed a delegatis per ipſas mulieres viſitari, & corrigi debent. vt d. Io. And. & Paul. in d. cl. & Cucch. de viſit. nu. 51. ob exemptionem ijs conceſſam.

13 Viſitare poteſt ep̄s monaſteria virorū, & in quib. non.

Vndecimo, ſic etiam viſitare poteſt monaſteria virorum, vbi non viget regularis obſeruantia, & non habēt proprios præſules a quibus regantur, ſi enim proprios habēt præſules ab ijs erunt viſitanda. Clemē. attendentes. de ſtat. reg. etiam ſi exempta ſint, authoritate eē̄ apoſtolica ab epiſcopis eo caſu erunt viſitanda, vbi proprios non habent præſules, & etiam viſitare poſſunt monaſteria virorum ſi habent curam ſecularium annexā, in ijs quæ ad curam animarum ſpectant. ſeſſ. 25. c. 4. & etiam vbi viget obſeruantia quando eorum ſuperiores paterne ab epiſcopo moniti vt regulam obſeruent, id negligant, quia tunc elapſis ſex mē ſib. ſi ſuperiores pręd icti non correxerint prædicta, & viſitarint, epiſcopi vt apoſtolicæ ſedis delegati poſſunt ea viſitare & corrigere iuxta regulæ ſtatuta omni appellatione remota. ſeſ. 25 c. 8. in Tr. Conc. ſimiliter in monaſterijs quæ generalibus capitulis, vel epiſcopis nō ſubſunt, poteſt epiſcopus ſupplere defectum priorum, vel Abbatū, qui de triennio in triennium capitula non fecerint, ſimiliter ſi ſuperior non

reuo-



reuocet monachum vagabundum, qa ſic epiſcopus poteſt illum reuocare. c. in ſingulis. de ſtat. mon. ca. ne religioſi. de regul. Abb. in c. quanto. de off. ord. ſic ſi nouitij tempore profeſſionis faciendæ eam non emiſerint, ſed ad ſeculum ante eam redierint, & monaſteria talibus non reſtituant bona ſua, epiſcopus per cenſuras ſupplebit eorū defectum, cogēdo eos reſtituere dicta bona. ſeſſ. 25. in Trid. Concil. c. 16. & ſi quis per vim dicat ſe ꝓfeſſum, poteſt infra quinque annos, cauſam corā ſuperiore, uel ordinario ꝓponere, quo probato admittitur ad dimittendū habitum ſuſceptum. d. ſeſſ. cap. 19. ſic vbi ſuperior monaſterij nō prouideret de lectione ſacrę ſcripturæ epiſcopus ſupplebit talem defectum. cap. 1. ſeſſ. 5. in Tr. Conc. & vbi Abbas non cogit monachum vagabundum renūtiare proprium in manibus eius, epiſcopus ſupplebit. d. c. quāto. ſimiliter ſi regularis deliquerit extra clauſtra, & ſuperior eum non punierit epiſcopo petente, epiſcopus ſupplebit. ſeſſ. 25. ca. 14. ſic ſi parochialis eccleſia q̄ pleno iure ſpectat ad Abbatem & conuentum, non conferatur intra ſex mēſes, epiſcopus ſupplebit eam conferendo ſecularib. ſi ita eſt conſuetum, alias regularibus. c. 2. de conc. præb. & ſi exempta eſt dicta parochialis conferet epiſcopus authoritate apoſtolica, iuxta clemē. quia regulares. de ſuppl. negl. & Trid. Cōc. ſeſſ. 25. c. 21. & alijs etiam caſib. habet epiſcopus ius in regulares. de quibus ſupra c. de poteſtate ep̄i eſt dictum.

Dicuntur vero monaſteria habitationes monachorum, c. monachi. ca. in ſingulis. de ſtat. mon. qui habent bona in cōmuni ut ſancti Benedicti, alij vero mendicantes dicuntur fratres, vt d. Abb. & Dec. in c. cauſam quæ. de iudic. ſed tamen loca horum etiam dici poſſunt monaſteria. c. ꝙ Dei. de ſtat. mon. & etiam locus canonicorū regulariū. c. intelleximus. de æt. & qualit. & locus etiam ordinis mendicantium. ca. vn. §. ſane. de ſtat. mon. in 6. c. 1. reg. in 6. Et licet monachi poſſint dici fratres, non tamen econuerſo, & non ſunt idem in iure. c. priuilegiū. vbi Io. And. & Gem. de reg. iur. in 6. Conuentus vero dicitur congregatio ipſa fratrum, vel monachorum. ut not. Ab. in c. cum terra. de elect. Et appellatione monaſterii venit etiam eccleſia illi contigua. Et beneficia vel monaſteria regularia dicūtur quæ ex fundatione, vel ſuperioris inſtitutione, vel conſuetudine præſcripta per quadraginta annos per regulares regi conſueuerunt. vt d. Rebuff in praxi benef. tit. regulare beneficium. Stafil. tr. de literis gratiæ. tit. de formis expectatiuarum. forma. 8. licet primus ſtatus eius fuerit ſecularis, cum curſus temporis mutet beneficium de ſeculari in regulare, & econuerſo. cap. cum de beneficio. de præb. in 6. Rot. Deciſ. 32. in nou. Fel. in c. in noſtra. num. 41. de reſcr. & ſufficit ꝙ per dictos 40. annos beneficium id fuerit gubernatum etiam per vnum monachum. vt d. gl. in d. c. & Stafil. loco prædicto; licet ſecundum Arch. in c peruenit. 18. q. 2. requiratur ꝙ ſaltem duo monachi ibi ſoliti ſint habitare, & poſſunt epiſcopi viſitare etiā beneficia regularia qualitercunque commendata, etiam exempta ab epiſcopis. c. 8. ſeſſ. 21. in Tr. Conc. dicūtur vero commendata, quæ dantur in adminiſtrationem, vel gubernationem, vt not. Ant. in c. quærelam. de elec. Et vlterius beneficia ſecularia poſſunt ſpectare ad regulares, vel quoad ius patronatus, vel quo ad collationē, vel vt ibi poſſint inſtituere presbyterū etiam quo ad curam populi, vel quo ad temporalia & ſpiritualia, & hoc vltimo modo poſſunt dici abſolute pertinere ad regulares, & eſſe monaſterium, vt d. Abb. in ca. de monachis. de præb. fratres tamen mendicantes non poſſunt acquirere noua loca ad habitandum ſine ſpeciali licentia papæ. ca. 1. de exc. pręl. in 6. alias ſunt excommunicati. cl. cupiētes. de pęn. eo. & quādo conceduntur requiritur licentia dięceſanorum, qui id facile non debent cōcedere, niſi citatis parochis de quorum intereſſe agitur. ca. 1. de exc. præl.

in 6.c.quidam. c.de monachis. 18.q.2. & habetur in Conc.Trid.ſeſſ.25. c.3. Viſitare etiam poteſt epiſcopus heremitas, cum & ipſi ſint religioſi.

Viſitare poteſt ep̄s lectores p̄ceptores, concionatores, confeſſores.

14 12. Sic ep̄s viſitare poteſt lectores ſacræ Teologiæ in eccleſiis extantes qui ibi ſine eius licentia legere non debēt. ſeſſ.5.ca.1. & idem de lectoribus ſacræ ſcripturę qui & fidei profeſſionē emittere debent, ex Bulla Pij IIII. 101.incip.in ſacroſancta & prædicatores, qui ſine eius licentia extra proprias eccleſias ſi ſint regulares, nec in eis ſine ei⁹ benedictione p̄dicare debēt, ſi tñ ſint intra clauſtra & viuant in obedientia ſuarum religionum, alias non, ſeſſ 5.c. 2.in Trid.Concil.& etiam confeſſores ſecularium, licet regulares ſint, qui ſine epiſcopi licentia confeſſiones audire non poſſunt, vel niſi habeant beneficium parochiale, excepto mortis articulo.c.quamuis.ſeſſ.23.in Tr.Conc. & etiam pręceptores grammaticæ, qui & ipſi profeſſionem fidei facere tenētur ex d.Bulla.

Viſitare poteſt ep̄s Hoſpitalia & quæ nō, & quæ ſic dicantur.

15 13. Similiter epiſcopi viſitare poſſunt hoſpitalia.c.epiſcopi.ſeſſ.22.in Tridē. Conc.quæ quidem hoſpitalia non veniunt appellatione beneficiorum.vt d. Fel.in c.de quarta.de præſcr.ꝙ intelligitur quando non ſolent dari in titulum, ſed diſtribuũtur in vſus pauperũ, ſecus ſi conſueuere dari in titulum ex fundatione, vel per viam electionis.cl. quia contingit.§ vt autem. de religio. dom.Feli.loco prædicto.nume.14.Rebuff.in praxi benef.tit. de deuol. n.73.

Hoſpitalium vero alia ſunt; vbi pauperes & peregrini recipiuntur, & dicũtur xenodochia, alia vbi pauperes paſcuntur, alia vbi ſenes & valetudinarij, alia vbi pueri parētib. orbati paſcũtur, alia vbi pauperum infantes paſcũtur.de quibus per gl.in ca.tributum.§. in qualibet ciuitate. verbo. xenones. 23.q.8.& in c.de xenodochijs.de relig. dom.alia etiã dicũtur leproſaria, alia eleemoſinaria, alia miſericordiæ, alia incurabilium, alia derelictorũ & derelictarum, & alia alijs nominibus vocãtur, prout alijs operibus ſunt deſtinata. Horum vero hoſpitalium, alia eriguntur authoritate ep̄i, & efficiuntur publica & religioſa.c.ad hęc. vbi Abb. de relig.dom. quibus certa dos eſt aſſignanda, vt & eccleſijs. vt d.glo.in extr. ad conditorem. Ioann.22. de verb.ſig. not.Innoc.in c.cum ad ſedem. de reſt. ſpol.nec debent amplius humanis vſibus deputari.arg.reg.ſemel.de reg.iuris.in 6.Alia erigũtur ſine authoritate epiſcopi etiam cum oratorio, in quo tamen non poteſt ſine eius licentia celebrari, & dicũtur priuata & non religioſa, & poſſunt reduci ad ſtatũ priſtinum iuxta arbitriũ erigentis, niſi deceſſerit.vt d.ibi Abb.& in d.c.de xenodochijs; Ex his religioſa & publica parificantur eccleſijs in 19.caſib. enumeratis a Fel.in c.de quarta. de præſcrip. priuata vero non gaudent priuilegio eccleſiarum, ut ibi d.& Port.7. conclu. ſuarum.cõcl.d.cõmunem eſſe opinionem ꝙ priuatum non ſit locus religioſus, ſed bene pius, quando. ſ. iam deceſſit erigens, nec poteſt hoſpitale reduci ad ſtatum primum; præſumitur vero fundatum authoritate ep̄i quando ibi celebratur publice cũ ſono campanæ.ut d.Fel.in d.c.de quarta. nu.12. Imol.in c.officij.de teſtam. 2. quando longiſſimo tempore fuit gubernatum per rectores laicos, & clericos, & habet altare oratorium & cãpanile, quæ ſunt ſigna loci publici, vt d.Peruſ.tra. de quarta.3.p.nu.12.tertio ſi per tantum tempus cuius initij memoria nō extat eccleſia eſt vnita hoſpitali, Felin. loco prædicto, Inn. & Butr.in c.inter dilectos.de donat.quarto ſi ſub nomine ſancti eſt appellatũ, & ibi altare eſt conſecratum, vt ibi d.Feli.non autem ſi ibi ſit oratorium priuatum, licet aliquando ibi celebretur, nec ſola denominatio hoſpitalis ab aliquo ſancto facit id præſumi publicum; Vnde non ſufficit epiſcopo probare, quòd hoſpitale ſibi ſit ſubiectum ex exercitio alicuius iuris epiſcopalis ibidem. vt dicit Abb.in capit.1. nume.6.de relig.dom.

Ex his colligitur ſtante Conc.Trid. ſeſſ.



ſeſſ. 22. capitu. 8. quo cauetur epiſcopum poſſe viſitare hoſpitale, quòd in hoſpitali erecto ſine authoritate ſuperioris eccleſiaſtici epiſcopus nullã habet iuriſdictionem, vt d.Cepol.in cau. 211.& Rom.conſ.477. & Abb. in cap. ſopitæ. de cenſibus. qui ponit tres caſus, primus quando certum eſt hoſpitalia eſſe religioſa, & epiſcopi authoritate fundata, & tunc per epiſcopũ viſitãtur; ſecundus quando id non conſtat, ſed habent ſigna religionis, & ꝙ ſint publica, vt quia habent campanile cum campana, & ibi publice celebratur quotidie, & ſic etiam poſſunt viſitari; tertius quando conſtat quòd ſint priuata, & tunc vel viuit qui erexit hoſpitale, & non poteſt epiſcopus viſitare illud eo inuito, cum tunc ſit domus deputata ad hoſpitalitatem non capax relictorum, nec habens bona per ſe, & ad nutum diſponentis amouibilis, vt d.Rom.d.conſil.477.poterit tamen epiſcopus illuc accedere, prout etiã poteſt ad oratorium priuatũ, & ibi videre an eleemoſinæ vſurpētur, & huiuſmodi, aut deceſſit qui erexit hoſpitale, & voluit illud hoſpitale manere in ſuo ſtatu, & tunc poteſt id uiſitare, ſed non habebit procurationem, vel alia iura epiſcopalia, vt dicit Abbas.in d.cap. ſopitæ.& in cap.officij. de teſtamen.& quæſt.3.num.14.& in capit.de xenodochijs. de Relig.domib. Vnde infertur, quòd hoſpitalia erecta a ciuitatibus, & loca pia ſine authoritate ſuperioris non poſſunt ab epiſcopo viſitari, cum ciuitas & vniuerſitas ſemper viuat, vt d.Pariſ.conſil.34. vol.4. ꝙ intelligit ſi non habent proprios reditus, alias ſecus, quia ſic debent ſeruari in ſuo ſtatu, & hoſpitalitas exerceri, iuxta diſpoſitionem. cl quia cõtingit. de relig.dom. & d.c.8.in Tr. Conc.vel ſi habent ſigna ꝙ ſint religioſa, de quibus ſupra. Et idem ſi hoſpitalitas non poteſt omitti ab erigente, vt quia erectum eſt hoſpitale pęo uoto facto, uel pęnitentia ſibi iniuncta, vel conuētio talis facta cum aliquo, tunc eñ poteſt viſitari, & idem de erectis ab vniuerſitatibus ex prædictis cauſis. Fundans autem hoſpitale religioſum acquirit ſibi ius patronatus, & ad illud præſentat rectorem, & epiſcopus inſtituit, ſecus ſi ſit priuatum, quia tunc id regit propria authoritate, nec epiſcopus ab eo exigit iura epiſcopalia, vt d.Fel.in d.c. de quarta, ſi tamen eſſet mortuus erigēs, poſſet, vt ſupra epiſcopus id viſitare, ſine tamen iure epiſcopali, ius vero epiſcopale eſt primo, ꝙ eccleſiæ dięceſis teneãtur ad canonicã obediētiam.2.ad ſubiectum; tertio ad reuerētiam; 4.ad inſtitutionem, & deſtitutionem; 5.ibi epiſcopus habet correctionē, & reformationē; 6.iuriſdictionem oĩum cauſarum ad forum eccleſiaſticũ pertinentium; 7.habet pęnitētias; 9.ut omnia ſacramēta ręcipiant ab eo; 10. ſinodum.i.ut omnes clerici teneantur venire ad ſinodum. 11.cathedraticum. 12. quartam decimarũ, & mortuariorum; 13.viſitationem annuã, & procurationem eius ratione; 14.poteſt petere ſubſidiũ ex cauſa rationabili, ut ob æs alienum, vel quia vult ire ad Concilium, uel curiam Romanã, vt d.Ab. in c.conquerēte.& dixi ſupra c de poteſtate ep̄i.& Roch.d.tr.ver.hoſpitalia

14. Similiter uiſitare pōt ep̄s cõfraternitates laicorũ vel ſcholas dictas, niſi ſint ſub ĩmediata ꝓtectione regũ, & pia loca oĩa, & mõtes pietatis, licet p̄dictorũ cura ad laicos ſpectet, ibi ꝓuidēdo ut manuteanť q̃ ad Dei cultũ vel pauperes ſuſtētãdos ſũt ĩſtituta.d.c.8.ſeſ.22.ĩ Tr.Cõc.pro quorũ ĩtelligētia notãdũ, ꝙ collegium dř qñ plures ꝑſonę ſimul habitãt. ut d.gl.ĩ l.1.ff.ꝙ cuiusq; vniu. & in Rub.ff.de colleg.illicit. vbi Barb. & ĩ c.1.de vſur.in 6.Archid.in c.vſurarũ.eo.Hoſ.ĩ ſum.tit.de ſindico.n.2.corpus vero dř, vel ſimul habitēt, vel nō, iuxta p̄dictos, dř tñ collegiũ ēt ſi ſimul nō habitēt, ut collegiũ Doctorũ & medicorũ, C.de collegiatis.li.11.not.Car.ĩ c.dilecta.de exc.p̄l.& tũc dř collegium qñ aſcripti in matricula collegiatorũ, collegialiter ſunt cõgregati, q̃ collegia qñq; dñr ſocietates, qñq; fřnitates, vel cõfřnitates. Harũ ꝟo fřnitatũ aliq̃ cõ- 16

ſtãt ex per-

perſonis eccleſiaſticis aliæ ex laicis, & hæ ad tria ſolent ordinari, primo ad diſciplinam vt ſe flagellis cędendo errata corrigant, vel etiã ieiunando, orando, peregrinando; ſecundo ad actus charitatis, & miſericordiæ, vnde aliquo eorum in infirmitate conſtituto, aliqui ex eis illi aſſiſtunt, prouidēt ei de ſacramētis, ſi moritur, corpus cuſtodiunt, & indutum habitu congregationis ferunt ad ſepulturam, & poſt ieiunant, eleemoſinas erogant, & orãt pro anima eius, & hæ fraternitates licitæ ſunt, cum ordinētur ad bonum & habent ius collegij, & ſunt capaces relictorum; tertio aliquæ confraternitates habent domum propriã in qua celebrantur diuina officia authoritate epiſcopi, ꝙ ſine eo non licet, vbi congregantur confratres, & ibi audiũt diuina & orationibus ac diuinis laudib. vacant, certis ſe indumentis induēdo, & certo modo ſe flagellant, & confeſſorem habent certi ordinis cui confitētur. Aliæ ſunt fraternitates habentes hoſpitale, vbi de bonis ipſius eleemoſinæ pauperibus fiunt; puellæ pauperes dotantur, infantes expoſiti quorũ parentes ignorantur, aluntur, & infirmi ibi detinentur pauperes, & quandoq; in anno publicæ eleemoſinæ fiũt, quibus fraternitatibus, quandoque in vltima voluntate relinquit amore Dei, quandoque pro animabus teſtãtium, quandoque ſimpliciter, quandoq; pro augmento fraternitatis, quandoq; ad eleemoſinas faciendas, quandoq; per lectis, indumentis, & alimentis pauperum, quandoque vt dentur ea bona amore Dei, vel in aliquos pios vſus per gubernatores fraternitatis. vt dicit Peruſ.de can.port.q.14.principali, cõfraternitates tamen laicorum vbique fere eriguntur in eccleſiis ſub inuocatione alicuius ſancti, & exercēt aliqua ex prædictis, & ſoluunt quid modicũ in ingreſſu pro altaris ornamento, vel alijs operibus, ꝙ licet, vt d.Fel.in c.nullus iudicum. de for.compet.

Hi vero adminiſtratores fraternitatum, vel fabricæ, hoſpitalis, mõtis pietatis, & omnium piorum locorũ, quoquo anno epiſcopo, vel alio de eius licentia adminiſtrationis rationem reddere tenētur ex Conc.Trid.ſeſſ.22.ca.9. & ex conſt. Gib.tit.8.c.9.& 10.

In his confraternitatibus, ſi maior pars ſit laicorum cenſebitur fraternitas laicorum, & econuerſo eccleſiaſtica, ſi plures eccleſiaſtici, vt d.Abb.in c. ex literis.de conſt. in ca.ſi diligenti.de for.compet.in c.cum ab eccleſiarũ. de off.ord.Bart.in l.fin.ff. de colleg.illicit. Bal.in auth.habita. C.ne filius pro p̃re. Dec.& Feli.in d.cap.ex literis. & licitæ ſunt, cauendum tamen ne fiant ob habenda officia in populo, vt d.Fel.in ca. nullus iudicum.circa fin.de foro compet. & aduertendum etiam ne ibi ſint aliqui abuſus, de quibus infra, & ne erigantur ſine licentia ordinarij, vt infra. Scholæ uero idem importãt quòd confraternitates, nam in his fraternitatibus intenditur operibus pijs, de q̃bus ſupra, & ijs vacatur, & vacatio latine græce dicitur ſchola, vt d.Gem.in c.vt periculoſa. ne cler.vel mona.in 6. gl.in proemio.6.verbo.ſcholaribus.gl. & Abb.in c.bonæ.1.de poſtul.præl.Dicũtur vero laicorum, quando vt ſupra maior pars fratrum conſtat ex laicis. Et hæ cõfraternitates iure cõmuni nõ ſubſunt epiſcopo. ut d.Fel.in c.nullus. in fi.de for.compet.& Card.in con.13 vnde ibi d.ꝙ non tenētur rationē reddere epiſcopo, nec ad ſoluēdum ei canonicam portionem, nec huiuſmodi collegia ſunt loca pia ſecundum communem opinionē, vt d.Port.in ſuis cõmen. concl.6.concl.ꝙ intelligitur, niſi ipſorũ bona ſint deſtinata in uſus pauperum, vel niſi dictæ confraternitates eſſent collegia pauperum; nec poſſũt iure communi viſitari per epiſcopum. vt d.Port.in conſ.34.Ex Concil.tamen Trid.ſupra alleg. id poteſt.d.ca.ſeſſ.22. & ab eis rationem adminiſtrationis exigere.d.c.9.ead.ſeſſ.& ſeſſ.25.ca.8.pia vero loca dicuntur vbi exercetur officium pietatis vel charitatis, vt not.Io. And.in c.fi.de teſtam. Abb.in c.de his. & in c.officij.eo.ꝙ intelligitur ſi erigũ

tur



tur authoritate ſuperioris, alias ſecus, vt habet magis communis opinio, teſte Portio loco prædicto, concluſ.7.Ex Conc.tamen Trid.appellatione piorũ locorum compræhenduntur etiã quæ ſine authoritate ſuperioris erecta ſũt. d.c.8.ſeſſ.22.cum d. licet prædictorum cura ad laicos ꝑtineat, vt d.Roch.ver. d.tr.verbo.confraternitates, cum ſeq. montes pietatis autem ſunt loca ubi pecuniæ congregantur ad vſum egentium publica authoritate papæ licētia accedente, & mutuantur pignore accepto, ſub modica mercede pro expenſis miniſtrorũ, quę & ipſa dicũtur pia loca, ex d.c.8.ſeſſ.22. de quibus late ſupra dictum eſt in tr.de vſuris. ſub cap. de montibus pietatis, poſſunt etiã dici montes, loca vbi ſine aliqua mercede vel pignore pecuniæ egentibus mutuantur, & a teſtatoribus ea lege bona ſunt illi loco relicta, vt pauperibus mutuentur, & proprie iſta dicũtur loca pietatis.

17 Viſitare poteſt ep̃s capellas militariũ.

Decimoquinto, ſimiliter epiſcopus viſitare poteſt capellas & eccleſias curatas quarũcumque religionum militarium, vt illis prouideatur, niſi aliud in eorum priuilegiis contineatur, vt d.Hoſt.in c.cum deputati. de iudic.

18 Viſitare poteſt ep̃s carceres.

Decimoſexto, ſic etiam viſitare poteſt epiſcopus carceres magiſtratuum ſecularium, & ibi detentos ad videndum an ſæuitia erga eos exerceatur, & an eis prouideatur de confeſſoribus, miſſæ auditione, & an eis petentibus Euchariſtia miniſtretur, & an adſint qui ſolentur ad ſupplicium deſtinatos & an mares diſiuncti a fœminis habitent.cl.1.vbi gl.verbo.pœnitentiæ. de pęnit.& remiſ.Paui.tr.de viſit.q.6.p.1. nu.10.& eo magis proprios carceres viſitare poteſt & debet.

17 Viſitare poteſt ep̃s populum ſibi cõmiſſum.

Decimoſeptimo, Vltimo loco viſitare poteſt epiſcopus populum ſibi commiſſum.arg.c.quoniam dominus.32.d. c.1.§.deinde.de cenſib. in 6. ſic tamen ut populus ſeparatim a clero viſitetur.c.duo.12 q.1.

20 Viſitare quos poſſit Archiepiſcopus.

Archiepiſcopus vero viſitare poteſt totam prouinciam poſt viſitatam propriam diœceſim, non tñ ſine cã cognita probataque in concilio prouinciali, vt habetur in Conc.Triden.ſeſſ.24. c.3.licet ante id ei liceret. ex cap.1.de cenſib.in 6.

21 Viſitare quid papa poſſit.

Papa vero poteſt viſitare omnes eccleſias etiam patriarchales, & titulos Cardinalium, & eccleſias Regulariũ, ac militiarum ordinum, & omnes perſonas eccleſiaſticas, & etiam laicos, Iudæos & paganos, Imperatores, & Reges.cl.vn. de Iudæis. tradit Paui. de viſit.p.1.q.4 & q.3.nu.12.c.non minus.c. aduerſus.de imm.eccl.c.omnes.c ſolitæ. de maiorit.& obed. tradit Cucch. de viſit.nu.45. cum ſeq.

Quo ad quartũ, cum epiſcopus quotannis debeat totam diœceſim ſuã viſitare.c.conquerente.de off.ord.cap.epiſcopum.c.placuit.10. q.1. & ſi ita ampla ſit ut uno anno tota uiſitari non poſſit, biennio ſaltem toto per ſe, vel ſuos uiſitatores id exequi debeat. ca.3.ſeſſ.24.in Tr.Conc.& etiam frequentius neceſſitate urgente id fiendũ ſit.c. regenda.10.q.1.c.mandamus.de offic. Archid. Vt id decretum qua cura ac diligentia conuenit executioni demãdet, ſuſcipere debet omnem ſollicitudinem cleri & populi viſitandi. arg.ca. quoniam dominus.32.diſt. prius ſeipſo viſitato ac reformato ac familia ſua c.ea quæ.§.ſi uero.de ſtat.mon.Dei nomine inuocato ad onus hoc apoſtolicum accedat. Et vt ordine in viſitatione procedat, quædam ante eam ab eo ſunt præmittenda, ac præparãda, quędam in ingreſſu ſunt præſtãda, & quædam in ipſo actu dignoſcenda, & inquirenda.

22 Viſitãs q̃d præparare debeat, q̃d ve viſitat᷑.

Quo ad primum ergo, prius uideat epiſcopus uiſitationes ſuas præteritas, & præceſſorum, vel ſuperiorum, vt uideatur ſi quid eget ſuppletione.arg. c.in ſingulis.§.porro.de ſtat.mon. & c. fi.§.ſequētes.eo.2. habeat ſecum duos expertos in uiſitationibus faciendis.d. c.in ſingulis.in princip.3.habeat ſecum ſacerdotem pro abſolutione caſuũ reſeruatorum, notarium & ſcribam, cõcionatorem, ſi ipſe prædicare nõ poſſit.

ſit,ſigillum,formas iuramẽtorum, vel
profeſſiones fidei, Rituale Sacramen_
torum , indicem librorum prohibito_
rum,Conciliũ Tridentinum,proprias
conſtitutiones,& prouinciales , iuxt a
quas debet ſuas ordinationes facere .
c.ſuper eo.c.eccleſijs.c.ſopite. de cen-
ſib.c.2.de cap.mon.ca.cum eccleſia.de
el.Paui.d.tr.p.1.q.5.n.30. ac duos etiã
canonicos pro eius dignitate ſeruan-
da.iuxta.c.iubemus.de conſ.diſ.1. niſi
ad loca pauperũ accedat, ne ſit eis gra
uis , niſi proprijs impenſis id exequa-
tur,vt infra dicetur;quarto ſecum ha-
beat librum pontificalem,cerimonia-
lem,& olea cathecumenorum,& ſacri
chriſmatis,& infirmorum,vt pro anti-
quis reponere poſſit, ſi opus eſt,vel ſal
tem chriſmapro ſacramento cõfirma
tionis,& ornamenta pontificalia,vide
licet pluuiale violaceum & album , &
planetas itidem dictorum colorũ, ba-
culum paſtorale,mitram,caſulam, dal
maticam,ſtrictam,clamidem, amictũ,
cingulum, chirotecas, annulum, gre-
miale,bacile,broncinum, tapetũ, ma-
nutergium,naſutergium,caligas, ſan-
dalia , crucem, candelas, Thus , cali-
cem , thuribulum . quinto antequam
epiſcopus viſitet , ꝙ per ſe facere de-
bet,niſi legitime ſit impeditus . d.ca.3.
in Trid.Conc.& c.Romana.de cenſib.
in 6.alias vbi ſingula loca viſitare non
poteſt ad vnum congruum clericos ,
& laicos conuocet,ne viſitatio eorum
poſtponatur.d.c.& c.faciat.12.q.2.& c.
qualiter.de elec.denuntiare dẽt per li
teras viſitandis diem aduentus ſui, ne
eos improuiſos inuadat. vt d.Io.Andr.
in c.cum ſit Romana. de ſim. Spec.tit.
de Inquiſ. §.quando autem . ver.ſi ve-
ro.exemplo Chriſti qui volens viſita-
re templum Iudæorum pręmiſit duos
ex diſcipulis ſuis.Math.21.eos hortan
do paſtoralibus literis ad pietatis offi
cia,confeſſionem , & ſacram commu-
nionem, & orationem fundẽdam pro
ſalutari fructu viſitationis , & edicta
valuis eccleſiæ erunt affigenda , ne qs
ſe excuſare poſſit ſi ſe abſentet , vt d.
Fed.ſen.conſ.79.poterit etiam epiſco-
pus præmittere Archidiaconum , vel
alium virum eccleſiaſticum qui viſitã-
dis nuntiet aduentum epiſcopi clero
& populo conuocato,vt ei obuiam de
bito modo ire poſſint, & quæ ad viſita
tionem pertinent præparare,vt in Cõ
cil.Rhotamagenſi cauetur,&ante ini-
tium viſitationis orationem quadra-
ginta horarum in cathedrali exponat.
Econuerſo parochus vel rector eccle-
ſiæ viſitandæ tribus diebus ante ſigno
campanę populo ſignificet epiſcopi
aduentum,& proximo die feſtiuo lite-
ras paſtorales epiſcopi de viſitatione
perlegat, ac illũ hortetur ad ſacramen
tum confirmationis digne ſuſcipien-
dum,& ſacram communionem ab epi
ſcopo ſuſcipiendam .

Curet præterea parochus vt adiu-
tores ſacerdotes habeat viciniores ad
confeſſiones audiendas,& epiſcopum
aduenientem ſuſcipiendum , hoſtias ,
vinum,mappam pro ſacra communio
ne præparet,Faldiſtorium, ſeu cathe-
dram pro epiſcopo digniori eccleſiæ
loco ſolenniter extruat,ſuggeſtũ item
exornet,& in promptu habeat ſchedu
las eorum qui ſunt confirmandi, cum
eorum nomine,& cognomine, & cõ-
patrum,ac commatrum;Indicem ſimi
liter oĩum quę bñdicẽda ſunt, vt cali-
cum,campanarum, corporaliũ,& hu-
iuſmodi epiſcopo ante diem viſitatio-
nis præſentet,vt de die & hora illa be-
nedicẽdi deliberare poſſit , ſacriſtiam
exornet , & exponat omnem ſuppel-
lectilem eccleſiaſticam ordine ſuo ,
vt facile in viſitatione diſtingui poſ-
ſit , & libros item vt miſſalia , anti-
phonaria , gradualia , & huiuſmodi ;
Monimenta item quæ ad eccleſiæ alta
rium,vel capellarum iura, priuilegia,
& bona teſtificanda pertinent;librum
item conſtitutionum, & rituum illius
eccleſiæ in diuinis officijs;Inuentariũ
ſimiliter reliquiarum ibi extantium ,
& monimentum literarum illas teſtifi
cantium,aliud indulgentiarũ quę ibi,
ſunt aliud ẽt veſtium ſacrarum, aliud
monimentorum bonorũ eccleſiæ, uel
altarium;Indicem etiam dignitatum
cano-



canonicatuum perſonatuum , & alio-
rum titulorum qui ibi ſunt , altarium
capellarum & clericatuũ qui ibi ſunt ,
cum nota eorum redditus,& onerum,
& fundationũ , & notariorum qui illa
conſcripſere , & ſi qui p̃terea tituli ibi
ſint amouibiliũ locorũ, & titulorũ be-
neficiorum & eccleſiarum ac oratorio
rum quæ intra parochiam ſunt,cũ eo-
rum redditibus ac fundationibus . In-
dicem ſimiliter ſcholarum,confrater-
nitatum, & aliorum locorum piorum
ibidem extã tium,vel extra eccleſiam ,
aut etiam hoſpitalium, cum nota no-
tariorum a quibus inſtrumenta deſu-
per ſunt confecta.Indicem etiam mo-
naſteriorum,etiam commẽdatorum ,
tam virorum, quam etiam fęminarũ ,
licet ab epiſcopo immunes ſint,& hę-
remitarum.Indicem item clericorum
ibidem extantium, cum eorum nomi-
nibus,&loco habitationis,an domi pa
rentum,vel alibi,& puerorum qui ec-
cleſiæ inſeruiunt, ac eorum qui in di-
uinis cantu ſonoue adiuuant, & miſſæ
ſeruientium,in funeralibus, & huiuſ-
modi . Indicem etiam bonorum ec-
cleſiæ ac prædiorum,& redditus, & o-
blationum , quæ ſtatis diebus fiunt, &
vſurpationum bonorum illius eccleſię
& alienationum bonorum eccleſiæ tri
ginta annis ante Tridentinum Conci
lium factarum. Indicem etiam bono-
rum & reddituum , clero uel capitulo
eius eccleſię communium.& ſimiliter
eccleſiarum vacãtium,& eius ꝙ recto-
ri proſoluitur vel fabricę eccleſiæ, uel
perluminaribus, vel ad ſacriſtiæ eccle
ſiæ,vel alterius rei uſum.Libros prom
ptos habeat,vnum baptizatorum, ma
trimonio iunctorum alium,tertiũ cõ-
firmatorum, quartũ de numero & ſta
tu animarum ; Indicem etiam eorum
quæ ex cõſtitutionib.dięceſanis in illo
loco non ſeruantur; Indicẽ ẽt ſecretũ
hęreticorũ , vel de hęreſi ſuſpectorũ ,
habentiumve libros prohibitos,in cõ-
cubinatu viuentium,vel publico ſtatu
peccati,blaſphemantium,ſuperſtitio-
ſorum,inconfeſſorum, & eorũ qui nõ
communicarũt in Paſchate, ſimonia-
corum,vſurariorum,coniugum diſiũ-
ctorum , uel in gradu prohibito iun-
ctorum,uiolantium dies feſtiuos,cho-
reis aleis otio,& huiuſmodi deditorũ,
& aliorum huiuſmodi publicorũ pec-
catorum. Indicem etiam præceptorũ
pedagogorum,artes liberales profiten
tium, mulierum docentium,medico-
rum,chirurgorum,pictorum , biblio-
parum,obſterricum,notariorum,cau-
ponorum,tripudiandi, vel ſonandi in
choreis artem profitentium, & huiuſ-
modi,de quibus late habetur in quar-
to Concil.Prouin.Med.ſub tit. de viſi-
tatione .

Quo ad ſecundum epiſcopus viſita- 25
turus modeſto comitatu ac utili ad o-
pus viſitationis,ne grauis ſit in uiſita-
tione contra dict. capit.tertiũ, ſeſſ.24.
in Trident. Concil. ita ut vltra decem
homines , & iumenta ſeptem ſecum
non ducat, incipiat viſitationem a ca-
thedrali & capitulo, dicto capitu.pri-
mo de cenſibus , in ſexto; idque poſt
ſinodum celebratam , licet & ante vi-
ſitatio fieri poſſit, vt dicit Pau. d.tract.
parte ſecunda princip. quæſt.1. cui ad
eccleſiam viſitandam accedẽti clerus
eccleſiæ cottis indutus , cruce præce-
dente , & populo ſubſequente , iuxta
decretum Concil.Turon. alias ei mu-
nere qui defuerit eſt excommunican-
dus ex Conc. Rhotamagenſi,c.ſi quis.
de maioritate & obedien. cap.Roma-
na.de pęnitent.in 6. cum gaudio & re-
uerentia hymnis , & canticis ſpiritua-
libus obuiam fiat , & venientem ſub
Baldachino a primatibus loci delato
excipiat , qui adorata cruce ſibi obla-
ta humi ſuper tapeto decenti ſtatuta
non longe ab eccleſia, ſub baldachino
ad eccleſiam , benediceus aſtantes ,
accedatur , ſibique ingredienti eccle
ſiam offeratur aſpergillum aquæ be-
nedictæ cum hiſſopo , & ſale mixto ,
a ſacerdote pluuiali induto , eo e-
tiam prius incenſato , qui epiſcopus
aſtantes aqua illa aſpergat , & ac-
cedens ad altare maius ibi genufle-
xus oret , ac interim a choro ca-
natur Antiphona: Sacerdos & pon-
tifex,

Viſitator quo comitatu viſitet & qua forma recipiendus .

tifex,&c. & ſubijciatur. ver. Ecce vir
prudens. Reſpondetur,qui ædificauit
domum ſuam ſupra firmam petram,
tum a parocho dicitur, Oratio, Deus
humilium viſitator,&c. vt in pontifica
li,qua finita epiſcopus ſurgit & acce-
dens ad altare, eoq; in medio deoſcu-
lato, populo benedicit ſolenniter, di-
cens:Sit nomen Domini benedictum,
&c. quo finito accedit ad pulpitum,
vel ſedem ſibi paratam, & ibi verbum
Dei proponit,iuxta cap i.1. de cenſib.
in 6.cauſam ſui aduentus ſignificans,
& hortans populum ad fructus ex viſi
tatione ferendos, pacis ſcilicet chari-
tatis continentiæ modeſtiæ, & huiuſ-
modi,vitijs & abuſibus remotis,& ad
reuerenter ſuſcipienda ſacramenta
confirmationis, & ſacræ cõmunionis.
& ſi ſit apoſtolicus viſitator iubeat le-
gi literas pontificias delegationis ſibi
factæ, quibus lectis mandet notarium
id in actis referre cũ teſtimonio duo-
rum religioſorum, vt d.Paui.d.tr.p.1.
q.5.num.31.c.in ſingulis. de ſtat.mon.
tum accedat ad viſitationem peragen
dam modo quo infra.

In Viſitatione ecclesiæ ĩ genere, quæ obſeruanda.

24 Quo ad tertium,primo loco epiſco
pus eccleſiam viſitabit,& primo inqui
ret an ſit polluta, & ſic egeat reconci-
liatione quam ante omnia reconcilia
bit,& ſi locus eſt interdictus, ob id vi-
ſitatio eccleſiæ non eſt omittenda, e-
tiam ſi ſit interdictum generale, ſic e-
nim epiſcopus eos conuocare poteſt
ĩ eccleſia & publice eis prædicare hor
tando eos ad emendationem, & obe-
dientiam præſtandam,& tollendã cau
ſam ob quam ſunt interdicti. iuxta ca.
reſponſo.de ſent. excom. ſic tamen ut
nullum eis celebretur diuinũ officiũ.
cap.cum voluntate.eo. His actis,vel ſi
prædicta non adſunt,primo viſitandũ
eſt venerandum Euchariſtiæ ſacramẽ
tum, ꝙ fieri debet accẽſis quatuor in-
tortitijs,a parocho pluuiali ĩduto incẽ
ſato ſanctiſſimo Sacramẽto, & è depo-
ſito extracto vaſe in quo cuſtoditur,
videat epiſcopus an adſit tabernaculũ
honorificum pro loci qualitate in quo
cuſtoditur ſanctiſſimum Sacramentũ,
ꝙ foris ſit inauratum,& intus pãno al-
bi coloris ſericeo circumu eſtitum, in
cuius ſummo adſit imago Chriſti re-
ſurgentis,& eadem in hoſtio taberna-
culi, ꝙ claue inaurata floculis aureis
ei appẽſis tuto claudatur, ac conopeo
argenteo,vel ſaltem ſericeo totum te-
gatur, & intus in imo eius adſit corpo
rale ſuper quod vaſa ſanctiſſimæ Eu-
chariſtiæ reponantur, & nil aliud prę
ter ſanctiſſimum Sacramentum.Inſpi-
ciat an adſit pixis parua ex argẽto in-
aurata, in qua nec corporale repona-
tur, in qua tres vel quinque ſaltẽ par-
ticulæ Euchariſtiæ reponantur quacũ-
que hebdomada renouandæ, & ex ho
ſtijs non ante dies viginti confectis, &
an adſit maior pixis pro populi cõmu-
nione, & Tabernaculum cum lunulis
argenteis & vitro perlucido ad id pro
ceſſionaliter deferendum,quæ omnia
prõpta ſint, & tuto cuſtodiãtur iuxta
cap.ſane.vbi gl.de celeb.miſſ.& c.1.de
cuſt.Euch.& c.p̃sbyter.cũ ſeq de conſ.
diſt.3. Inquirat etiam an lampas ante
illud iugiter ardeat, & cuius expenſis.
& an adſit vllum legatum ad id prestã
dum. An adſit vmbella decẽs ad vſum
ſacræ Euchariſtiæ tegendæ, & Balda-
chinum honorificum quado defertur
ad ĩfirmos,vel proceſſionaliter,an plu
uiale pro ſacerdote tegendo & velum
cubitorum. 6. dum defert ſanctiſſimũ
Sacramentum, & velum item ſericeũ,
vel argenteum,aut inauratum,ad tegẽ
dum vas ſanctiſſimi Sacramẽti,an ho-
norifice ꝓceſſionaliter deferatur cru-
ce præcedente,clero ſequente,& Thu
ribulo præparato quo iugiter ſanctiſ-
ſimum Sacramentum incenſetur, ac
baldachinũ ſub quo deferatur cũ mul-
tis intortitijs accenſis populo deuotè
ſequente. An honorifice deferatur ad
infirmos cum baldachino, vel vmbel-
la,cum lãterna decenti, ceroaſtis cum
cereis accenſis, tintinnabulo, & aqua
benedicta. An honorifice in eccleſia
miniſtretur, ſcilicet paratis ſcabellis
oblõgis mappis candidis tectis,ſex in-
tortitijs ad aſſociandum ſacerdotem a
clericis vel viris pijs, dum ſacram Eu-
chari-



chariſtiam miniſtrat, & vaſis mundis
pro purificatione,& huiuſmodi.Simi-
liter an honorifice exponatur in ora-
tione quadraginta Horarum a ſacer
dote pluuiali induto præſente clero
ſuperpelliceis induto, populo campa-
narum ſono cougregato, & ad eius a-
dorationem pluribus tum clericis, tũ
laicis iugitur aſtantibus, quorum om
nium forma, & modus late traditur
in Tomo 4.ſub tracta. de ſacramento
Euchariſtiæ, ad fin. & vbi quid deerit
eius arbitrio ordinabit ut prouideat.

Secundo loco viſitabit epiſcopus ſa
c̃ra, & videbit quomodo cuſtodian-
tur,&primo an adſit fons baptiſmalis,
poſitus in capella, vel eccleſia ſub no-
mine S,Ioan.Baptiſtę,vel ſaltem vndi-
que clathris ferreis clauſum ſit,q fons
lapideus ſit forma oblonga,vel rotun-
da, cui deſuper cibarium piramidatũ
affigatur, ꝙ inde extrahi non poſſit,ꝙ
labro vaſis baptiſterij reitatur, & inau
retur ac commiſſuræ ita connectãtur,
vt puluis intus ingredi nõ poſſit, & ob
id etiam uelo decenti tegatur, & a ſu-
periori parte ciborij armarium paruũ
conficiatur ſeruandis ſacris oleis, ſale,
mappis, & alijs ad vſum baptiſmi ne-
ceſſarijs aptatum, & intus tela ſerica
albi coloris veſtiatur. Videbit pariter
quomodo ſacra olea cuſtodiantur, an
adſint tria uaſa ſtannea, uel argentea
inter ſe coniuncta,literis diſtinctis ſic,
CHR.Cath.Inf.vno operculo cõtecta,
in vaſculo,vel capſula nucea corio in-
aurato contecta, quæ digito depreſſo
claudatur poſita, quæ capſula cũ libro
rituali,bombaci,ſale,mãtilibus in cho
ro in armario in pariete poſito, ꝙ in-
tus aſſerib. populeis,& pãno ſerico al-
bo,& extra oſtiolo, ac claue bene tuta
cuſtodiãtur. Vidẽdum itẽ an adſit vas
vnum pro oleo infirmorum, ꝙ corio
inaurato tectum,in burſa violacei,vel
nigri coloris ſericea includatur. An
alia item capſula adſit in vaſe baptiſte
rij,vt ſupra confecta, in qua cuſtodia-
tur oleum cathecumenorum, & chriſ
ma ad vſum baptiſmi,cum prima ſit ꝓ
pro oleis refundendis, & a cathedrali
accipiendis,q̃ oĩ tẽpore ſeruanda ſint,
quorum omnium forma late deſcribi
tur infra in ſacramento Baptiſmi, ad
fi.& ſi quid deerit iuxta epiſcopi pru-
dentiam, mandet ut prouideatur, vi
deat etiam an ſacramenta quotannis
renouentur, in lampadibus ea 6.Feria
hebdomadæ ſanctæ comburẽdo,& ve
tuſta in ſacrarium in choro extãs, uel
alia parte eccleſiæ iuxta ea quæ habẽ-
tur in tract.de Miſſa.ſub c.de eccleſia,
proijciantur.

Tertio loco viſitabit epiſcopus cum
duobus intortitijs ſacras reliquias, &
videat an ſint probatæ cũ apertis earũ
documẽtis, cũ non liceat ſine papę au
thoritate aliquod corpus vt ſanctũ ue
nerari.ca.1.de reliq.& ven. nec nouas
reliquias.ca.fin.eo. & an extra capſam
oſtendantur,contra d.c.fi.an cuiq; vẽ-
dantur vel donentur,contra concil.6.
Med.tit. de cultu ſanctorum, & Bullã
Gregorij XIII.15.Febr.1583.pro pro-
uincia Mediolani,an transferantur de
loco ad locum contra.ca.corpora ſan-
ctorum.de conſecr.diſt.1.an in proceſ
ſionibus honorifice deferantur a cleri
co in ſacris conſtituto. an dignoſcan-
tur inter ſe ſcriptis,& an earũ teſtimo
nium habeatur in archiuio epiſcopa-
li, ꝙ de omnibus in diœceſi extãtibus
epiſcopus præſtare debet, quæ in loco
tuto in choro. ſ. armario è regione il-
lius ſacrorum oleorum iuxta illius ra-
tionem munitũ, cuſtodiãtur ſub dua-
bus clauibus in vaſculis argẽteis arcis,
vel loculis pie & decenter elaboratis,
corpora uero integra, uel ſub altarib.
ſint vel vbi extra illa ſunt clatra ferrea
decenti muniantur,& ſacra mẽbra,lit
teris marmore inſcriptis, corpora &
reliquias, quæ ibi cuſtodiũtur teſtanti-
bus,ac pijs imaginibus, tum omnia ar
mariorum, tum alia loca ubi reliquiæ
ſacræ poſitæ ſunt,decorentur, & illis
ſi in choro non ſunt, lampas propria
præluceat, & earum monimentum in
archiuio ſacriſtiæ aſſeruetur. Nec per
laicos vllo modo tangantur, & cum a
ſacerdote in altari certis diebus oſten
duntur prius incẽſentur, nec ſine ope-
rimen-

rimentis & velis oſtendãtur, ac ſolennibus tantum diebus, & die patroni, ac cum exponũtur proceſſionaliter id fiat hymnos pios decantando, & dum ſtant in altari candelæ. 4. ante eas præluceant, & a duobus vel vno ſaltem ſacris initiato perpetuo aſſeruentur, laicis tamen de licentia epiſcopi licebit coronis loculos earum tangere, vt late habetur in Conc. 4. prou. Med. titu. de ſacris reliquijs, amouendo omnem ſuperſtitionem ſi forte in reliquiarũ benedictione irrepſerit, & turpẽ queſtũm, vt habetur in Conc. Trid. ſeſſ. 25. decre. de inuocatione & veneratione, & reliquijs ſanctorum, & quando epi iudicio ſunt transferendæ de loco ad locum id fiat cum magna ſolennitate, de qua in d. Conc. Med.

Quarto videat an aliquod miraculum ibidem apparuerit, prohibens ne eo inconſulto noua miracula admittantur, & in conſilium adhibeat pios viros & Theologos cum quibus de eorum veritate cognoſcat, ſic tamen ut ubi grauior quæſtio apparuerit, Metropolitani, & comprouincialium epiſcoporum in concilio prouinciali ſententiam expectet, & vt nil nouum, vel in eccleſia inuſitatum, papa inconſulto introducatur. d. decret. in Tr. Conc. & ideo epiſcopo inconſulto etiam in eccleſiis regularium non liceat altare cauſa miraculi erigi, vel vllas imagines extra morem ornari, vota vel oblationes ſuſpendi, vel quicquam noui in ea re geri. d. Conc. Med. quinto videat imagines in eccleſia extantes, prouidens vt nulla inſolita imago eo inconſulto in eccleſia etiam exempta, ponatur, ne falſum dogma inde conſurgat, nec rudibus occaſio erroris detur d. decret. Conc. Tridẽ. prohibens etiã ne prophanæ aut inhoneſtæ imagines in eccleſia vel alibi ponantur, pictorib. contrauenientibus pęnam imponẽdo, vetãdo etiam ne imagines animalium in eccleſia pingãtur, nec ut crux ſacra aliæve imagines ſacræ humi ſculpantur, nec imagunculæ paruæ fucatæ in altari ponantur, iubens etiam vt ueteres corroſæ reficiantur, dicto Concil. Med. ad fin.

Quinto videat an adſint indulgentiæ, & an certa earum documenta habeantur, quæ recognoſcat, prohibens ne incertæ publicentur, nec certæ niſi de licentia epiſcopi adhibitis duob. de capitulo publicentur, nec ut ad quæſtũm, ſed ad pietatem adhibeantur, ut habetur in Conc. Trident. ſeſſ. 21. ca. 9. vetãs ob id capſulas exponi, niſi in opus pium eę eleemoſinæ exponantur, nec indulgentię cum manibus adiutricibus publicentur, cum a Pio V. id ſit prohibitum, in eius conſtit. 33. incip. & ſi dominici.

Sexto viſitet epiſcopus altaria eccleſiæ, & videat ſub cuius ſancti nomine ſint dicata, & an ſint conſecrata, an dotata, & quæ ſit eorũ dos, & an vſurpetur ab aliquo, an aliquis ſacerdos ibi ſit inſtitutus vel pretio cõductus cum onere celebrandi, & an oneri ſatisfiat iuxta inſtituentis ordinationem, uel conuentionem deſuper habitam, prouidens quòd ſit lapideum non ligneũ contra. c. altaria. de conſecr. diſt. 1. nec intus ſit vacuum, & menſa ſuperior ſit ex lapide integro, cui tamen ſi non eſt conſecratum inſeri poteſt altare portatile, in menſa lignea ſuper lapideam poſita locatum, q̃ latum ſit vnc. 16. lungũ 10. Med. & deſuper ponanẽ tres tobaleæ mundæ & integræ. iuxta c. veſtimenta. de conſec. diſtin. 1. c. fin. de cuſt. Euch. quarum ſuperior vſque ad ſcabellum altaris deſcẽdat, & deſuper ponatur tela viridis, quæ mappas tegat, ſit vero altare ſi maius eſt in choro extans a ſoli ſcabello altum cubitis duobus. vnc. 8. lõgum cubit. 5. Mediol. longum duobus, vnc. 12. in quo 3. ſint gradus quorum vnum bradella faciat ex aſſeribus cõfecta, qui alti ſint vnc. 8. & bradella lata ſit cub. duobus, vnc. 8. & ab vtroque latere cingat altare, Altaria uero minora longa ſint cub. 4. cum dimidio, lata duobus, vbi ſint tantum duo gradus, altarib. vero omnib. vbi fieri poteſt intra capellas, & in ingreſſu affigantur cancelli ferrei, vel ſal-



ſaltem lignei, qui ab extremo gradu altaris diſtent non minus cubito vno, vnc. octo, vt id ſpatium ſacerdoti, & clerico miniſtranti detur, Non extruantur vero altaria ſub ſuggeſtum vel organum, vel vbi Euangelium, aut Epiſtola canitur, nec inter columnas, aut eis adhæreant, nec è regione altaris maioris, & ornata ſint cruce duobus ſaltem candelabris, Icona decenti, tabula ſecretorum mappis, & pallijs quinque colorum, vbi facultates ſuppetunt, quorũm omnium forma, & modus traditur infra in tractatu de Miſſa; vbi de altari ſit ſermo, & vbi quid deerit Epiſcopus pro eius prudentia ſtatuat vt prouideatur. Videat etiam diligenter an altare ſit execratum, & egeat reconſecratione, vt ſi eſt ex toto deſtructum, vel menſa ſuperior in ſua forma ſit mutata, vel enormiter fracta, vel ſi in angulis, & cornibus enormiter eſt deſtructa, vel ſi motus ſit aliquis de lapidibus principalibus ſtipitis menſam contingentibus. capitu. ad hæc. capitu. quòd in dubijs. de conſecratione eccl. quando ſcilicet altare ſuper columnas figitur, vel ſi ſigillum ſit fractum, vel diminutum. cap. ſi motum. de conſec. diſtinct. 1. Vel ſi altare notabiliter augetur. Videat item an ſigillum altaris portatilis ſit motum, quia ſic execratur, vt d. Abb. in c. 1. de conſ. eccl.

Septimo, viſitet corpus eccleſiæ, & videat ſub cuius nomine ſit dicata, an ſit conſecrata, & an dies Dedicationis, & patroni colatur, iuxta capitulũ, pronuntiandum. de conſecr. diſtinct. 3. ſimiliter an ſit fundata authoritate epiſcopi, an reſpiciat ad Orientem equinoctialem, an ſit dotata, ſic quòd dos ſufficiat miniſtris, & luminarib. capit. pie. decimaſexta quæſt. ſeptima, & ad hoſpitalitatem, & munera epiſcopalia perſoluenda. capit. de monachis. de preben. capit. 2. de ſupplen. negligen. niſi adſit caſus neceſſitatis, vt quia ſine ſacramentis homines moriãtur, quia ſic ſine dote extrui poteſt, vt dicit Abbas in capitu. ad audientiam. de eccleſ. ædific. & ſi locus ſit exemptus requiritur licentia papæ in eccleſię deſignatione c. authoritate. de priuil. in 6. & ſi non eſt conſecrata adhuc poteſt ibi celebrari ſi eſt benedicta de licentia epiſcopi, vt d. Abb. in ca. 1. de conſ. eccl. & ſi non eſt cõſecrata, poteſt eam epiſcopus cõſecrare, mõ interueniant ſupra enumerata. ſ. dos competens, &c. videat etiam an ampla ſit ad capiendum populũ loci aſſignato cuilibet ab omni parte menſura vnius cubiti vnc. 8. & etiam ad exteros ad ſolẽnitates venientes recipiendos, videat itẽ an eccleſia fornicata, vel laqueata bene ſarta tectaque ſit, & pauimẽtum integrũ, Feneſtræ vitreo opere vel tela ſaltem contectę, an valuæ ſint bene firmę & munitę claue ac peſſulo, & an eccleſia ipſa tota munda a ſordib. puluere telis araneis, & dealbata, vel pie ſit picta, An capella maior ſit ampla & ſedilia apta pro miniſtris, & ſub arcu eius an ſit imago pia crucifixi, an vas aquę benedictæ è marmore decens in ingreſſu eccleſiæ a latere dextro poſitum ſit, An ſuggeſtum adſit loco conſpicuo in gremio eccleſiæ polite confectum vnde concio habeatur. An confeſſionalia pro numero confeſſariorũ extra capellam maiorem loco aperto locata, extra quę mulieres non audiãtur, vt in ca. ſeq. an pauimentum apte confectum ſit, an ſepulchra diſtent à gradu vltimo ſcabellis altari p̃ tres ſaltem cubitos, an fores eccleſiæ debitis horis aperiantur & claudanẽ, quorum oĩum forma late deſcribiẽ in tr. de miſſa, vbi de eccleſia eſt ſermo. Inquirat ẽt ep̃s an ad eccleſiã humilis ſit ingreſſus, & an aliqui irreuerenter ibi maneãt, deambulãdo per eã tp̃e diuinorũ colloquendo, contra Bullã Pij V. Dat. Cal. Apr. 1566. & Tr. Concil. ſeſſ. 22. de obſeru. prohibẽs id omnino, & multo magis ne ibi fiant conuentus profani, nec rerum venalium mercatus in earum atrijs vel cœmiterijs habeantur, nec vt quiſquam in foribus conſiſtat cum armis haſtatis, tormentis, volucribus, & huiuſmodi, & minus cũ illis

eccleſiam ingrediantur, vel ne altaribus, aut vaſi aquæ benedictæ, vel fonti baptiſmi quiſquam innitatur. curans etiam vt mulieres loco ſeparato a viris in eccleſia maneant, nec illam niſi capite velato ingrediantur. 1. Corint. vndecimo; & vt mendici in ea eleemoſinas non q̄rant, ſed in foribus de licentia Epiſcopi conſiſtant, ſine qua nulli in eccleſia extrave mendicent, q̄ſtuarijs omnino eliminatis. ex Conc. Triden. ſeſſ. 21. 9. cap. prohibens etiam ne vigiliarum cauſa aliquis in eccleſia pernoctet, ſed eccleſiæ veſperi aduenient claudantur, & die luceſcente aperiantur, & cum quis ad immunitatem eccleſiæ confugit, id à Rectore illius ſtatim epiſcopo ſignificetur, vetans etiam ne occiſorum corpora in eccleſijs conſpiciantur a iudice ſeculari, prohibeat etiam ne aliquis in eccleſia ſepeliatur, niſi in ſepulchris iam factis, niſi de ipſius licentia, & vt ſepulchra lignea a terra extantia amoueantur, æneis tantũ, vel marmoreis relictis, & euacuatis ex Bulla Pij V. Calendis Aprilis, 1566. & vt inſignia bellica inde amoueantur. ex dicta Bulla, & vt ſepulchra humi poſita ſolo ęquentur, & ita obturentur vt nullum fœtorem emittant, & deinde nulla in eccleſia fiant, nec capellæ, aut altaria ſine epiſcopi licentia, vt habetur in Concilio tertio Mediolanenſi, titu. de ijs quæ pertinent ad ornatum, &cæt. Videat inſuper epiſcopus ne altaria vlla extra eccleſiam, & ſub dio ſint, niſi ſepta & munita ſint, & ne in quibuſuis eccleſijs, vel oratorijs etiam campeſtribus aliquid prophanum vt ligna, vina, paleæ, & huiuſmodi reponantur, & altaria in eis extantia ornata ſint, & ante earum fores clathra lignea apponatur ne belluis ingreſſus illuc pateat, nec in eis capſæ ad eleemoſinas colligendas, niſi epiſcopi conceſſu ponantur, Nec in ea grammatica edoceatur, niſi epiſcopi conceſſu, idque ex cauſa cum domus eſt anguſta, & diebus tantum ferialibus; & eccleſia frequenter a puluere telis aranearum, ſordibus & huiuſmodi purgetur. Videat demum Epiſcopus an eccleſia egeat aliqua reparatione, q̄d ab ijs ad quos pertinet præſtari curet, etiam ſi iuriſpatronatus ſint & parochiales, ex fructibus ad eas quomodocunque pertinentibus, & in defectum parochianos ad id cogendo, & ſi omnes magna egeſtate laborant, ad matrices vel viciniores eccleſias transferantur, cum facultate dictas eccleſias dirutas tam parochiales, quam nõ in prophanos vſus, non tamen ſordidos erecta ibi cruce conuertendi, ſi vero ſint eccleſiæ ſine cura, epiſcopi transferre poſſunt beneficia ſimplicia etiã iuris patronatus ex eccleſijs, quæ ex vetuſtate, vel alias collapſæ ſunt, & ob earum inopiam reſtaurari nõ poſſunt, vocatis ijs quorũ intereſt in matrices, vel alias eccleſias eorundem locorum, & in ijs erigere altaria, vel capellas ſub ijſdem inuocationibus, vel in iam erecta altaria, vel capellas trãsferre cum omnibus emolumentis, & oneribus prioribus eccleſijs impoſitis, cap. 7. ſeſſ. 21. in Trident. Concil. & ſi quæ feneſtræ in eccleſiam præter eas quæ epiſcopi ſunt, reſpiciunt, obturentur, & item ita depreſſę feneſtrę, vt ſacerdos celebrans in altari a tranſeuntibus conſpiciatur.

Septimo viſitet ſacriſtiam, quæ ab altari maiori aliquantum abeſſe par eſt, vt inde proceſſio egredi poſſit, cuius tectum fornicato opere ſit, & pauimentum ſubtus paruos fornices habeat, cum duabus feneſtris, eius hoſtio in gremium eccleſiæ tendente, & decenter conſtructa ſit, ac in ea ſit ſacra icona & altare vel menſa ad formam altaris, cruce candelabris & mappis cõſtructum, vbi ſacerdos ſacras veſtes ſe induat, ſit etiam ibi oratorium foris prominens, vbi ſacerdos oret imagine crucifixi ibi extante. Vas etiam aquarium manibus abluẽdis aptatum, cum ſitulo, & linteo mundo, Armarium etiam habeat amplum in quo ſacræ veſtes recondantur; Aliud etiam in quo calices & c. libri chori ponantur,



que ſingulis clauibus muniantur, & veſtiarium etiam decens, quorum omnium forma late deſcribitur dicto tractatu de eccleſia. Videat vero epiſcopus an in ea ſint calices tot quot ſufficiant, bene firmi cum cuppis argenteis & inauratis. an vela pro ratione diei & officij ſericea, an corporalia linea ſimplicia latitudinis vnciarum 30. & lõgitudinis totidem, & purificatoria latitudinis vnciarum 18. longitudinis totidem; & tot quot ſufficiãt bene munda & integra, an mappæ pro altaribus bene mundæ, & integræ, at albæ amictus cingula decentia & numeroſa, ſudariola, & manutergia, ſaculi corporalium 4. colorum cum cruce contexta, ceroferaria, Thecæ pro intortitijs, pax decens, cottæ communes, tintinnabula pro miſſis, & huiuſmodi, & an calices vaſa ſacra, corporalia, purificatoria ſemel in menſe a conſtituto in ſacris lauentur in pelui ex ære ad id tantum parata, & ablutiones in ſacrarium proijciantur, an planetæ albæ, rubeæ, virides, violaceæ, & nigræ ſericeę, & totidẽ ſubſericeæ benedictę, & pallia identidẽ, an Thuribulus cũ acerra & cochleari, an Tunicellæ albæ, & patroni diei feſtiuo aptæ, an pluuialia, an candelabra decentia, an hamulæ peruiculæ, an tintinnabula pro miſſis lectoria, an Miſſalia, an graduale, antiphonaria, lectionaria, & huiuſmodi, an vexilla decentia pro proceſſionibus, & huiuſmodi, quorum omnium forma late traditur tractatu de Miſſa, vbi de altari agitur. Inquirat an ibi reuerenter miniſtri maneant, ſemotis chachinnis, nugis, &c. & laicis excluſis, & maxime mulieribus.

Octauo viſitet turrim campanarum; quæ quadrata debet eſſe, cum plurib. tabulatis interius quorum imum fornicatum ſit, alia lignea, & in ſingulis tabulatis feneſtræ ſint, & quæ ſunt in ſummo columellis inter ſe diſtinctis patentiores ſint, & in eius ſummo galli effigies crucem erectam ſuſtineat, cuius oſtium valuis firmis peſſulo, & claue muniatur, & habeat ſeptem campanas ſi cathedralis eſt, ſi collegiata tres, ſi parochialis idem vel duas ſaltem diſtinctas, & in hac turri horologium habeatur artificioſe confectum ad horarum pulſum, nec campanæ anteponantur in campanili, quam ſint ſolenniter benedictæ, cuius rei monimentum in ſacriſtia, vel eccleſia ſculptum ſit, aut campanili, ac campanæ non rem prophanam, ſed imaginem ſancti Patroni Eccleſię, vel alterius habeant, vel in eccleſiis pauperibus ſaltem pilæ lateritiæ cõſtruantur, in quarum ſummo campanæ appendantur, funes vero per labum ligneum non in capellam maiorem, vel aliam, ſed alio deſcendãt, quorum omnium forma late habetur infra tracta. de Miſſa. capit. de eccleſia, prouideat autem epiſcopus ne in hac turri coniugati dormiant, & ne campanæ quæ ad conuocandum populum ad diuina adhibitæ ſunt, pulſentur ad ſignũ dandum ſupplicij de reo a iudice ſumendo, vel ad fugandum fures, & huiuſmodi, maxime prohibens ne rector eccleſiæ huiuſmodi rei conſentiat, ne irregularitatem incurrat nece inde ſecuta, ſi is in eo opere participauerit, vt dixi in tract. de irregularitate.

Nono, viſitet cœmiterium, & ſepulchra, prouidens vt in cathedrali ante fores chori ſit ſepulchrum epiſcopi, & a dextro latere duo pro canonicis, & a ſiniſtria alij duo pro alijs miniſtris ſepeliendis, & clericis, In collegiata tria ſint ante chorum, medium in quo Rector, dextrum vbi canonici aliud in quo clerici, & alii miniſtri ſepeliãtur, in parochiali duo, vnum pro parocho, aliud pro miniſtris, ſepulchra communia vbi in cęmeterio fieri non poſſunt in ingreſſu eccleſiæ quattuor eo nomine extruantur, particularia vero nulla niſi Epiſcopi conceſſu, ſepulchra vero duplici integumenta tegantur; Cœmiterium amplum ſit vndique parie-

te circundatum, in cuius ingreſſu ſubſit cratis ferrea, ne animalia illuc ingrediantur, parietes vero dealbentur, & porticibus ornentur pie pictis, in medio vero cæmiterij crux ſit ex auricalcho, vel marmore confecta, & ibi etiam ſit capella ad preçes pro mortuis effundendas, & ſepulchra ſub porticibus extruantur, & arbores omnes inde extirpentur, ac etiam fœnum, & huiuſmodi, quorum omnium forma late deſcribitur dicto tractatu de Miſſa, capitulo de eccleſia, nec per illud tranſitus fiat, ſed value ponantur, quæ bene clauſæ teneantur, & ſtatis diebus rector eccleſiæ cum cæteris clericis ibi pie pro defunctis oret, & aſperſionem de more faciat.

25 Quo vero ad expenſas in prædictis faciendas & ordinandas, vbi viſitator epiſcopus decreuerit eius arbitrio aliquod opus faciendum, quòd decori eccleſiæ ſit, & ad Dei gloriam tendat, has regulas obſeruare poterit, vt ſi adeſt fabrica eccleſiæ ab ea impenſę in eccleſia, quę opus ſunt, fiant, capitu. vnio, decima quæſtione tertia, qua deficiente, vel ſi non ſufficit, populus tenetur ſi conſuetudo dictas impenſas faciendi in ipſum eſt translata, quòd intelligitur, niſi ipſe egeat & eccleſia abundet, argum. capitu. aurum. duodecima quæſt. ſecunda, qua conſuetudine ceſſante, Rector eccleſiæ, & alij beneficiati tenentur pro rata fructuum ad eius refectionem deductis redditibus neceſſariis ad eorũ victum, etiã vbi opus eſſet de nouo conſtruere eccleſiam, vt dicit Abb. in cap. primo, cap. ad audientiam. cap. de his. de eccleſ. ædif. & in ſubſidium tenẽtur parochiani, vt not. d. in d. ca. 1. Silueſt. eccleſia. 2. num. 6.

Viſitationis decreta cui⁹ expenſis ſint expedienda.

Ex Concilio vero Tridentino, ſeſſione vigeſimaprima, capitu. ſeptimo, ſtatuitur vt eccleſiæ parochiales collapſæ reparẽtur ex fructib. ad eas quomodocunque pertinentibus, & in defectum eorum a parochianis, & ſi omnes magna egeſtate premantur ad matrices eccleſias, vel viciniores transferantur, & dictæ eccleſiæ conuerti poſſunt in prophanos vſus, non tamẽ ſordidos, ibi cruce erecta, & idem procedit in eccleſiis ſimplicibus, etiam iuris patronatus, quæ ob inopiam inſtaurari non poſſunt, vocatis ijs quorum intereſt, transferendo dicta beneficia, vt ſupra cum eõrum oneribus, & emolumentis, vbi erigẽda ſunt altaria ſub eiſdem inuocationibus, per hoc tamen non intelligitur præiudicatum conſuetudini, quæ habet quòd populus dicta onera ſubeat, vel ſi qua alia ſubeſt vt reparationis campanilis cęmiterij, baptiſterij, & huiuſmopi, quę conſuetudo eſt ſeruanda; Et ideo epiſcopus inquirat diligenter quomodo in prędictis ſe habeat conſuetudo, & item quis lampadem ſuſtentet ex onere vel conſuetudine, quis prouideat de cereis, palmis oliuarum, candelarum in die Purificationis, cuius expenſis etiam prædicator conducatur, vt ſic certior factus quis hæc onera ſubire debet, eum ad id cogat, ne mora in executione adſit, & vbi non conſtat de obligatione, vel conſuetudine, ſic ſtatuere poteſt, fiat pluuiale & cæt. Sic enim conuenire poterit Rector cũ populo pro rata eam expẽſam faciendi, vt eitam prudẽter conſuluit Illuſtriſſimus Dominus Carolus Borromeus ſanctæ Memoriæ in libro Viſitatorum.

Illud vero imprimis obſeruandum eſt, in negotio Viſitationis maxima prudentia vtendum eſſe, vnde licet ordinationes, & decreta ita ſint decernenda, vt quam proxime fieri poteſt ad ſuperius explicata accedatur, & cuncta ad formas prædictas, vbi commode fieri poteſt reducantur, aliter tamen decernere oportet in eccleſia inſigni, aliter inferiori, aliter in loco nobili, aliter in paupere, & demiſſo, aliter vbi facultates ſuppetunt, aliter vbi omnes egeſtate

te



egeſtate laborẽt, id tamen vniuerſaliter obſeruare oportet, vt sãctiſſima Euchariſtia tuto & honorifice detineatur, & idem de ſacramentis, ac reliq. js, vt baptiſterium ubi capella haberi non poteſt conſtructum ſit ſaltem lapide decenti, ciborio congruo bene clauſo ſuperpoſito, & ipſo baptiſterio vndique cratibus ferreis ſepto, Vt eccleſia bene tecta ſit, & dealbata, feneſtrę vitro, uel tela ſaltem munitæ, & clatris ferreis, portæ eccleſiæ firmæ & bene clauſę, chorus capax ſit pro numero ſacerdotum; altaria cum icona decenti cruce, candelabris mappis tribus diſtinctis, tabula ſecretorum, altari portatili amplo, ſi non ſint conſecrata, munita ſint, & ita ampla vt ſacerdos ibi commode cum miniſtro miniſtrare poſſit, non ſint è regione altaris maioris, & quæ hærent columnis, vel amoueantur, vel ſepiantur, ſepulchra inde ſint remota, eccleſia non fodiatur pro aliquo ſepeliendo, niſi in ſepulchris iam factis, inde amotis uexillis depoſitisque ſupereminentibus ſi ligneis, ſi marmoreis euacuatis, ibique adſit labrum aquæ benedictæ, pulpitum, crucifixus in frontiſpicio; Sacriſtia bene muniatur, adſint calices bene aurati, miſſalia, & albæ, cottæ vela corporalia, & huiuſmodi, quę bene munda ſint, & integra, planetæ omnium colorum, & huiuſmodi, cœmiterium vndique clauſum, & huiuſmodi.

27 Secundo principaliter & in genere inquirat epiſcopus de ſtatu & vita perſonarum eccleſiaſticarũ, & primo habeatur eorum nomen, cognomen, ætas, natalia, patria, eccleſia cui inſeruiunt, Tum videantur Bullę eorum ordinum, & inſpiciatur an per interſtitia temporũ ſint promoti, an functiones in eccleſia exercuerint, an alicui eccleſiæ aſcripti de mandato epiſcopi, an promoti per ſaltum, Sine litteris dimiſſorijs, ſine examine, ſine licentia epiſcopi, extra tempora, an in aliquo defectu exiſtentes, de quibus late tractatur in Sacramẽto Ordinis, ſi in minoribus ordinibus ſint conſtituti, an ſemel in menſe confiteantur, & cui, & an communicent, ſi in ſacris an quolibet die dominico, ſi ſacerdotes an celebrent ſaltem diebus dominicis & feſtiuis, ex Conc. Trident. ſeſſ. 23. capit. 14. ſi capellani an iuxta obligationes, ſi parochi an diebus Dominicis & feſtiuis, & frequenter in hebdomada; ſi in minoribus Officium recitent B. V. quotidie, Tũ inquirat ſummatim de eorum vita & morib. ac officio, licet nulla contra eos infamia precedat, etiam a populo. c. Romana. §. ſane. de cenſib. in 6. Spec. tit. de Inquiſit. §. quando autem. ver. licet. non debet tamẽ epiſcopus publice dicere, ſi quis ſcit aliquid contra clericos dicat. c. licet heli. de ſim. cap. licet. de accuſatio. cum laici clericis ſint ſemper infeſti. capitulo. clericis laicos. de immunita. eccleſ. in ſexto; nec recipere ideo debet cartulas quas ſecreto aliqui offerunt, niſi contra publice diffamatũ. vt dicit Specul. d. tit. §. quando autem. verſic. ſi vero aliquid. nec etiam debet exigere iuramentum. dicto capit. 1. de cenſib. in 6. a populo; & primo inquirat an in habitu clericali cum tonſura incedant. cl. vt ij qui. de æt. prohibendo eis veſtes virides rubeas nimium molles vel nimium prolixas, vel nimiũ breues. cap. primo, de vit. cap. clerici. eo, vel partitas, ideſt varij coloris, d. Clemen. vt ij. alias per ſex menſes beneficiatus ſuſpenditur a perceptione fructuum beneficij, in alijs ordinibus citra ſacerdotium cõſtituti per id tẽpus inhabilitãtur ad beneficium obtinendum, ſacerdotes vero per annum, habentes vero curam vel dignitatem per annum priuãtur fructib. beneficij. d. Cle. vbi gl. & idẽ ſtatuitur in Conc. Triden. ſeſſ. 14. capitulo ſexto, & in Bulla Sixti Quinti, de habitu & tonſura, qui vlterius beneficiatis addit priuationẽ beneficij ipſo facto, habitus vero clericorum debet eſſe nigri coloris, ſi per dignitatem, alio vti non liceat, cum veſte talari, & birreto cum cruce, & tonſura

decenti, nec etiam vti debent fulgidis
veſtibus,& vnguentis. cap.1.21.quæſt.
4.Abb.in cap.clerici. de vit. quæ intel-
ligũtur niſi cauſa rationabilis adſit, vt
vt quia eos oporteat mutare habitum
ad vitam tuendam, vel in aliqua ſolen
nitate nuptiali iuxta morem regionis.
Imol.in clemé.2.de vit. an cerimonias
Miſſalis reſtituti qui ſacerdotes ſunt,
obſeruent, an munera ſua per ſe ob-
eant,an in ædibus clericalibus ſine epi
ſcopi licẽtia aliæ mulieres præter ma-
trem & ſororem cohabitent.contra.c.
1.de cohab.cler.& mul.cum ſeq.an be
neficiati, vel in maioribus conſtituti
quotidie horas canonicas recitẽt,alias
peccant mortaliter, & beneficiati te-
nentur ad reſtitutionem fructuum be
neficij pro rata officij omiſſi ex Cõc.
Later. & Bulla Pij V. 131. & an ſacris
concionibus interſint; ſimiliter in-
quirat an ferant arma, alias ſunt ex-
communicandi. capit.2.eo. niſi itine-
ris cauſa per loca periculoſa. vt ibi d.
gl. ſimiliter an negotientur vel ſecula
laria negotia exerceant, hiſtrionibus
an intendant, tabernas an intrent ni-
ſi ex neceſſitate, aleis an operã dent;
alias enim moniti non deſiſtentes a
prædictis priuãtur priuilegio clerica-
li.cap.ſecundũ. c.fin. ne cler. An in ſa-
cris conſtituti apud ſeculares iudices
litigent.c.1.eo.c.1. de poſtul. niſi pro-
priam vel eccleſiæ ſuæ, vel piam cau-
ſam agant, vel pro miſerabilibus per-
ſonis,vel coniunctis.d.c.1. de poſtula.
An conducant res ſeculares, vel pro-
curatores ſint in cauſis ſecularibus. cõ
tra d.c.1. 2.ne cler.vel mon. An tabel-
lionatus officium exerceant contra.c.
ſicut vbi Hoſt.& Io.And.eo.niſi ſit cau
ſa eccleſiaſtica,vel coram iudice eccle
ſiaſtico,vt d.gl.in d.c.ſicut.An audiant
leges vel phiſicam, ſi Archidiaconi, &
c.niſi parochi ſint ſub ſe capellas habẽ
tes.c.1.ne cler.vel mona.in 6.Soc.in c.
ad audientiam. de homic. An ſenten-
tiam ſanguinis exerceãt, vel in huiuſ-
modi participent, vel an chirurgiæ o-
peram dent,vel duellis interſint. con-
tra.c.2.d̃ purg.vulg. An venationi intẽ
dant.c.1.2.de cler.venat. niſi animi re-
creandi cauſa.Abb.in d.c.1. vel ex ne-
ceſſitate,vt ibi d. An crapulę vel ebrie
tati vacent.c.a crapula. de vit. An mo-
naſteria monialium frequentent niſi
ex neceſſitate. c.monaſteria.eo.tit.an
concubinas domi habeant, vel cũ eis
verſentur,vel ad eas accedant, vel ſu-
ſpectas mulieres domi habeant etiam
conſanguineas præter matrem & ſo-
rores,contra.c.1.2.3.eo tit.c.1.& 2.de
cohab. cler. & mul. vel an alia peccata
carnis maiora incurrerint, & huiuſ-
modi,vt adulteria,ſtupra,&c.hereſim
an incurrerint,ſimoniam,& huiuſmo
di.c.pernitioſam.vbi gl.de off.ord. An
literis operam dent, in quo etiam pe-
riculum fiat, an prima tonſura initiati
ſciant ſcribere & legere competẽter,
in minoribus ordinibus latinam lin-
guam intelligant, in maioribus q̃ per-
tinent ad eorum officium, ſacerdotes
vero quæ ſpectant ad ſacramentorum
adminiſtrationem,ex Conc.Trid.ſeſſ.
23. & habeant libros infraſcriptos, ſa-
cram Bibliam, Cathechiſmum Roma
num, Concilium Tridentinum, Con-
ſtitutiones ꝓuinciales, & diæceſanas,
ſummas probatas caſuum conſciẽtiæ,
homiliarium,libros ſpirituales,& hu-
iuſmodi.

Tertio principaliter, & in genere 28
circa beneficiatos, videat an habeãt ti
tulum ſui bñficii, an ante cõfirmatio-
nem miniſtrauerint, an ante bullas ex
peditas,vel poſſeſſionem adeptam cõ-
tra ea quæ dicta ſunt ſupra tra.de ele-
ctione, ſi parochi an per concurſum
ſint electi.iuxta Bullam Pij V.53. an e-
miſerint profeſſionẽ fidei, ſi parochi
coram ordinario, & vlterius canonici
etiam in capitulo, an habuerint tem-
pore collationis ætatem legitimam,
iuxta.c.ſi eo tempore. de reſcrip.in 6.
quæ eſt pro clericatu quatuordecim
annorum, pro perſonatu vel dignita-
te ſine cura.22.pro curato.25.vt ibi di-
xi, an ſuſceperint intra annũ ordines
requiſitos,iuxta ibidem dicta, ſi litte-
ræ a papa emanarunt, inſpiciatur dili-
genter an in impetratione fecit men-

*In Viſitatione beneficiatorum in genere, quæ obſeruanda.*





tionem alterius beneficij, licet mini-
mi quòd ante obtinebat.c.ſi motu. de
præb. in 6. An qualitatis notabilis be-
neficij ſit facta mentio, vt curæ anima
rum.c.cum in illis.de pręb.in 6.niſi cu
ra acceſſorie veniat. & de qualitate cõ
tinuæ reſidẽtiæ, niſi ſit tale quod iure
communi reſidentia ei competat.vt d.
Rot.80.de Reſcrip.in ant.ſimiliter de
valore beneficii,& an ordo verus a be
neficio requiſitus ſit expreſſus. iuxta
c.ei cui.de præb.in 6.vt d.Dec. in c. ad
aures. de reſcr.Inquiratur an reſideãt
iuxta dicta ſupra c.de reſidentia. An
ſimoniam commiſerint contra.c.dete
ſtabile.de ſim.in extr. cõm. an aliena-
uerint bona eccleſiæ contra.c.ambitio
ſæ.de rebus eccl.in extr.cõm. An con-
fecerint inuentarium de bonis eccle-
ſiœ.c.ſiracuſanæ.18.d.c.ſint manifeſtę.
12.q.q.1.Vel permittant bona eccleſię
dilapidari.contra.capitu.11.ſeſſ.22.in
Triden.Concil.& an bene expendant
fructus beneficij, vel eis conſangui-
neos ditent.contra. ca.1.ſeſſ.25.in Tr.
Conc. an ſatisfiat oneribus beneficij,
videat etiam an beneficiati habeãt æ-
tatem legitimam,quæ pro ſimplici be
neficio eſt quatuordecim annorum.c.
nullus.ſeſſ.23.in Tr.Concil.pro paro-
chiali vt attigerit.25.annum.c.cum in
cunctis.§.inferiora.de el.pro epiſcopa
tu vt compleuerit 30.annorum. d.cap.
pro abbatiſſa prioriſſa. 40.ca.7.ſeſſ.25.
in Triden.Concil.pro abbate conuen-
tuali.25.d.§.inferiora. clem. generali.
de æt.ſi ſine cura ſit,ſufficiunt 20,ſi eſt
capella ſecularis requiruntur 25.anni.
d.§.inferiora. ſi eſt dignitas cum cura,
requirũtur 25.anni.c. cum dignitates.
ſeſſ.25.in Trident.Conc. quæ ætas re-
quiritur tempore collationis. c. ſi eo.
de reſcrip.in 6.An etiam habeant ordi
nem requiſitũ, qui pro ſimplici eſt pri
ma tonſura ſaltem. cap.nullus.ſeſſ.24.
Triden.Conc.pro parochiali, vt intra
annum fiat ſacerdos. c.licet.de el.in 6.
ꝓ epiſcopo vt ſit ſaltem ſubdiaconus
c.a multis.de æt.& qual.pro canonica-
tu,vt intra annum ordinem requiſitũ
ſuſcipiat.d. c.cum dignitates. An etiã
habeant ſcientiam debitam, vt epiſco
pi,doctores ſint vel licentiati in Teo-
logia,vel iure canonico. cap.2.ſeſſ.22.
idẽ de Archidiaconis, vbi fieri poteſt.
d.c.cũ dignitates, & pęnitentiarius,ac
Teologalis. c.1.ſeſſ.5.c.8.ſeſſ.24.paro-
chi ſint docti,vt ſuo muneri ſatisfaciãt
d.§.inferiora.alij ſacerdotes, vt ſciant
eſſentialia ſacramentorum. c.qui pie.
ſeſſ.23. Hæc de generalibus.

In particulari vero,viſitet primo lo 29
co cathedralem eccleſiam,&videat an
diſtributiones nullę vel tenues ſint,ita
vt diuinus cultus negligatur,& extra-
hat tertiam partem fructuum dignita
tum canonicatuum,& aliorum benefi
ciorum cathedralis, & in diſtributio-
nes quotidianas conuertat, quæ tantũ
præſentibus diuinis officijs diſtribuan
tur ſalua conſuetudine eccleſiarũ ubi
reſidentes nil vel minus tertia parte
percipiũt.c.4.ſeſſ.21.in Trid.Concil.&
ſeſſ.22. ca.3. q; ſi præbendæ ſimul cum
diſtributionib. non ſufficiunt decenti
victui reſidentium, de conſenſu capi-
tuli epiſcopus eis vniat beneficia ſim-
plicia,non tamẽ regularia, vel ſi id nõ
licet,aliqua beneficia ſupprimat de pa
tronorum cõſenſu laicorum, quorum
fructus in diſtributiones conuertãtur,
ſic tamen vt tot ſuperſint ſeruientes vt
dignitati eccleſię & diuinis officiis pe
ragendis reſpondeant.Videat item an
diſtributiones dentur non prȩſentib.
in choro,excepto ſi abſunt cauſa infir
mitatis,cum ante tamen ſeruire cõſue
uerant,vel cauſa neceſſitatis eccleſiæ,
iuxta c.vn.de cler.non reſid.in 6. Intel
ligat an diuina officia horis congruis
recitentur, iuxta c.1.de celebra.ita ut
matutinum ante lucem ortam celebre
tur, niſi rationabilis cauſa excuſet, ut
ibi notatur, an recitetur veſperi, niſi
ex cauſa proceſſions,vel prędicationis
quæ die ſequenti ſit agẽda, vt d.Nau.
de hor.can.c.3.§.17.

An item aliæ horæ ſuis horis cele-
brentur,vt not.in d.c.1. an in Aduen-
tu,Quadrageſima diebus ieiuniorum
ſi feſtum occurrit celebrẽtur duę miſ-
ſæ conuentuales,vna diei altera ferię,

iuxta rubr. miſſalis, an vbi conſueuit
recitetur ſtatis diebus Officium Beatę
Virginis iuxta Bullam Pij V. in princi-
pio Breuiarij reformati, an fiāt anni-
uerſaria pro papa defuncto. iuxta cap.
vbi periculum. de elec. in 6. pro epiſco
po, & reſidētibus, ac epiſcopis prouin
ciæ. An pūctentur abſentes, vel qui nō
interfuerint Matutino ante primum
Pſalm. cęptum, horis item ante ſecun
dum Pſalm. cęptum, miſſæ ante colle-
ctas cęptas, An dimidia pars canoni-
catuum habeat præbendas ſacerdota-
les, quarta diaconales, & alia quarta
ſubdiaconales, & an onera & munera
ſua iuxta inſtitutionem, vel conſuetu-
dinem eccleſiæ obeant. An obtinens
dignitatem, vel canonicatum ſimul
cum parochiali reſideat in parochia-
li, iuxta Bullam Pij Quinti, oct. Id. Iul.
1568. & ſi cura eſt annexa dictis bene-
ficis, dum in cura reſidet & miniſtrat,
habetur pro præſente in choro, niſi
conſuetudo adſit, vel ſtatutum q̄ non
ſeruiētes in dignitatibus aliquid amit
tāt, quod aſcendat ad tertiam partem
fructuum. d. capit. 3. ſeſſ. 22. in Trident.
Cōc. Videat item an præſentes in cho
ro omnes recitent horas, etiam cano-
nici, & an diſtinctę pronuntientur, vel
an ſincopando, loquendo, legendo lit
teras, & huiuſmodi, contra. cap. dolen
tes. de celebratio. miſſ. an deuote cho-
rum cum cotta munda ingrediātur, &
ante ſanctiſſimum Sacramentum ge-
nuflectentes grauiter ad ſuam ſedem
tendentes, & ibi genuflexi Dominica
Oratione, & Aue Maria deuote reci-
tata, dato campanæ ſigno, candelis ac-
cenſis, præfecto chori ſignum dante,
omnes deuote conſurgant, & in diui-
nas laudes celebrandas pie & alacri-
ter ingrediantur, nec antequam An-
tiphona B. Mariæ in fine ſit recitata, &
poſt etiā Dn̄ica oratione dicta, diſce-
dant, quod grauiter & deuote facien-
dum eſt, quòd ſi ex cauſa celebrationis
miſſę, vel eccleſiæ vtilitate, aut infir-
mitate ante quis diſcedere vult licen-
tia a primo chori petat. Videat item
an quiſque ſatisfaciat ſuo oneri cele-
brandi, &cæt. An item aliquis abſit
vltra tres menſes in anno. contra. cap.
cum dignitates. ſeſſione 24. in Triden-
tino Concilio, quòd etiam tempore
Aduentus, vel Quadrageſimæ non eſt
fiendum, & ea ratio ineunda vt ma-
ior pars reſidentium quoquo anni tē-
pore in choro præſens exiſtat. Videat
item an Theologalis præbenda ſit con
ſtituta, vt in Concilio Trident. ſeſſio.
quinta, cap. 1. & an eam obtinens mu-
nus ſuum exequatur, & item an pœ-
nitentialis præbēda ſit erecta. vt ſeſſ.
24. cap. admonet. eodem Concilio, &
ex Bulla Gregorij XIII. 4. Decēb.
1373. Videat etiam an reſidentes prę-
dicationi quæ fit in cathedrali epiſco-
pum comitantes cum cottis ſint præ-
ſentes, Videat etiam an proceſſioni-
bus publicis interſint etiam regula-
res, & confraternitates, poſt quæ ca-
thedralis eccleſiæ capitulum, cū clero
vltimo loco prope epiſcopum ſequa-
tur, amotis omnibus de præcedentia
controuerſijs, quas epiſcopus autho-
ritate Coucil. dirimere debet. ſeſſ. 25.
capit. 13. & an pie & deuote illis inter-
ſint. Inquirat an capitulum ſingulis
hebdomadis habeatur, & an ea quæ
proponuntur ſuffragijs occultis defi-
niantur, & antequam incipiatur, an
recitetur orario inuocationis Spiritus
ſancti, & poſt gratiarum actiones a pri
mo ſacerdote ibi extante, an ſtatuta
capituli ſint rationabilia, an habeatur
archiuium in quo iura capituli conſer
uentur, & ſi qui ſcripturas ad illud ſpe
ctantes hn̄t apud ſe, oīno illi capitulo
reddere cogantur. capitu. 13. ſeſſ. 24. in
Trident. Videat etiam an habentes di
gnitates in cathedrali habeāt ætatem
& alia requiſita a Concil. Trident. ſeſſ.
24. capitu. cum dignitates, & an ca-
nonici ſupranumerarij participent de
diſtributionibus, iuxta not. in c. cū ſu-
per. de conceſ. præben. & an obtinen-
tes dignitates, vel perſonatus obeant
munera ſua, iuxta dicenda, Deo dante
in tract. de capitulo.





Et præſertim pro nunc, An Archi-
diaconus qui oculus & præordinator
epiſcopi dici ſolet, cap. primo, capitu.
ad hæc. de offic. ordin. & eius vicarius
exiſtit, pro epiſcopo tam in vrbe, quā
in parochia curam cleri gerat, & cu-
ret ut parochiæ diligenter admini-
ſtrentur, ſingulorum iurgia cogno-
ſcat, certior fiat de ſtatu cleri, & eos
corrigat niſi caſus grauis ita ſit vt ma-
iorem authoritatem poſcat, & curet
vt eccleſiæ ſarte tectæ ſeruentur, &
tertio quoque anno diœceſim viſitet
vniuerſam, ſingulis vero propriam pa
rochiam, & an examinet pro epiſco-
po ordinādos, vel q̄ eccleſijs ſunt præ-
ficiendi, & eos corā epiſcopo præſen-
tet, capit. 1. vbi glo. capitu. mandamus.
de off. Arc. An in miſſa ſolenni Euan-
gelium canat, & edoceat miniſtros,
quæ ſint eorum partes, quæve officia
obire debent. capitu. ſecundo. eodem.
an cuſtodiat vaſa ſacra & eleemoſinas
collectas. cap. tertio, eod. & epiſcopo
reddat, & an diaconorum errata epi-
ſcopo notificet, ac ſacerdotibus ſta-
tos dies feſtiuos ſolemnitatum, & ie-
iuniorum, capitu. ad hæc. eodem. An
prælatos in poſſeſſionem beneficiorū
immittat, & in ſede locet, dicto cap.
& c. cum ſatis, eo. c. ſi. eo. & ſacramen-
ta cuſtodiat, d capitu. ad hæc. cum ibi
not. & an dignos ad ordines præſen-
tet, cap. ad hæc. eod. An curet vt diui-
na officia ſtatis horis recitentur, & ſa-
criſtiæ rationes reuideat quo ad da-
tum & acceptum, & huiuſmodi, niſi
conſuetudo ius aliqua ex prędictis fa-
ciendi ademerit; An Archipresby-
ter obediat Archidiacono, curam ha-
beat presbyterorum, & abſente epiſco
po miſſas eius uice canat, cum in di-
uinis ſit eius vicarius, niſi Archidiaco
nus ſit ſacerdos, quia ſic extra miſſam
præcedit Archipresbyterum, an archi
presbyter abſente epiſcopo vice eius
inchoet officiū, det benedictiones pre
sbyterales in eccleſia, iubeat miſsā can
tari, vel cum epſeam canit, iubet pre-
sbiteros ſe induere veſtib. ſacris, & cu
ſtodi eccleſiæ mandet, vt iugiter ad-
ſit Euchariſtia ob infirmos, & vt con-
feſſio, & Euchariſtia a ſacerdotibus in
firmis miniſtrentur. An audiat con-
feſſiones omnium diœceſanorum ad
ſe conuenientium, & curet vt infan-
tes baptizentur, cap. 1. c. officium. cum
ibi not. de offic. Archipresbyt. An fon-
tes benedicat, infirmos oleo ſacro
inungat, & pœnitentem egrum con-
ſulto epiſcopo reconciliet, ſic tamen
vt ſine epiſcopi licentia non abſoluat
a caſibus ei reſeruatis, glo. in cap. 2. eo.
niſi epiſcopo abſente, & in magna ne-
ceſſitate. Io. Andr. in c. ſi epiſcopus. de
pœnit. in 6. An mandet vaſa chriſma-
tis infirmorum, & cathecumenorum
conſecrata ut tuto ſeruentur. & vt ſa-
cerdotes alia præſtent, quæ ad eorum
officium pertinent, & maxime circa
curam animarum, An Archipresbyter
ruralis curam habeat cleri & populi
in ſuo plebanatu exiſtentis, & audiat
eorum confeſſiones, ſic tamen ut non
abſoluat a reſeruat, nec quid contra
ius ordinet. cap. fin. cum ibi notat de
offic. Archipresbyt. An præpoſitus v-
bi non eſt Archidiaconus in eius lo-
cū ſuccedat, vt d. Rot. dec. 442. in nou.
& eius munera obeat, & vbi eſt con-
ſuetudo, quòd iura capituli cuſtodiat
id exequatur, & ſi eſt præpoſitus ec-
cleſiæ collegiatæ, an leuiter coerce-
at clericos ibi exiſtentes, & cogno-
ſcat de cauſis ciuilibus inter eos, &
non reſidentes coerceat, ac delinquen
tes deſtituat, vt dicit Cucch. in Inſt.
Maior. tract. de præpoſito. An Vice-
dominus curam gerat iurium capitu-
li. cap. diaconum. 19. diſtinct. cap. 1. de
ſindico, & vbi eſt conſuetudo vt Sedē
epiſcopali vacāte iura epiſcopatꝰ tuea
tur, id præſtet cuſtodiendo ſcripturas
& inſtrumenta eiuſdem in Archiuio
tuto & bene clauſo. An primicerius,
vel cantor ordinent officium acolu-
thorum, exorciſtarum, Pſalmiſtæ, &
lectoris, & modum pſallendi in cho-
ro pro ſolennitatis ratione, & quæ le-
ctiones Pſalmi, Reſponſoria, & huiuſ-
modi ſunt recitanda decernant, & iu-
be ēt vt executioni mādētur, curādo ēē

vt diaconi & inferiores literis & diſci-
plinæ ac cuſtodiæ, vel reſidentiæ debi-
tæ incumbant, exponendo tabulam,
qua notetur quid in choro ab ijs ſit re
citandum. capit. 1. de offic. primicer. &
tranſmittendo epiſtolas epiſcopi pro
diebus ieiuniorum per parochias, cle-
ricos delinquentes corrigendo, vel ad
epiſcopum referendo, & pariter ſi quę
eccleſiæ in vrbe inſtaurationem expe-
tant prouidẽdo. cap. per lectis. §. ad pri
micerium. diſ. 25. vetando etiam ne in
eccleſia, vel organo vel cantu quid ꝓ-
phanum canatur. An Decanus qui eſt
inter præcipuos capituli. cap. poſt ele-
ctionem. de conceſſ. præb. curet vt ca-
pitulum inuiſat eccleſias ſibi vnitas,
prouidendo quæ pertinent ad earum
cultũ; An ſacriſta vel theſaurarius cu-
ſtodiat vaſa ſacra eccleſię, veſtimẽta,
& cereos, & an curam ſuſcipiat chriſ-
matis conficiẽdi, & baptiſterij inſtruẽ
di, & luminarium ſacris parandorum.
cap. 1. de off. ſacriſtæ, cum ibi not. An
cuſtos eccleſiæ iubeat campanas pulſa
ri mandante Archidiacono ad populũ
ad diuina conuocandum, ſuppellecti-
lem eccleſiaſticam cuſtodiendo, lam-
pades accendendo & extinguendo, &
vt incenſum vinum ac panis pro ſacri
ficio præſto ſint curando, ac oblatio-
nes inter fratres diuidendo, c. primo,
& 2. de off. cuſtodis. in prædictis tamẽ
vbi de iuriſdictione agitur ſtandũ eſt
conſuetudini, quæ dat & adimit iuriſ-
dictionem, vt not. in locis prædictis.

An adſit Theologus cum vnione præ-
bendæ pro lectione ſacræ ſcripturę in
eccleſia, & an muneri ſuo ſatisfaciat,
iuxta c. 1. ſeſſ. 5. in Triden. Conc. An pę
nitentiarius, iuxta c. 8. ſeſſ. 24. in Trid.
Conc. cum vnione præbendæ, ſit con-
ſtitutus, & an ſatisfaciat oneri audien-
darum confeſſionum, quem & proba-
bile eſt teneri vt & Archipresbyter ad
audiendas cõfeſſiones diœceſanorum
ad ſe accedentium, ex Pal. 4. diſt. 17. q.
quarta, concluſ. 2. d. eum qui præben-
dã obtinet cum onere audiendi con-
feſſiones illorum de diœceſi, eſſe or-
dinarium confeſſorem diœceſanorũ,
& ne fruſtra cõſtitutus videatur, cum
non deſint confeſſores ad quos diœce
ſani accedunt, par erit vt conſtituatur
vicarius ab epiſcopo in ſpiritualib. ita
vt vice & authoritate ipſius, cum pro-
pria non poſſit, prout ſacra congrega-
tio Concilij reſpondit, abſoluat a cen
ſuris & caſibus epiſcopo iure conſue-
tudine, vel ab homine reſeruatis, vota
commutet, in ijs diſpenſet ac in iura-
mento & impedimento petendi debi-
tum & contrahendi ex delicto nõ im-
pediente, in foro conſcientiæ, & in ir-
regularitatibus ex delicto occulto, ex-
cepto homicidio volũtario prouenien-
tibus, ex c. liceat. ea. ſeſſ. 24. prout ſe ob
ſeruaſſe mihi alias retulit Illuſtriſſ. D.
Carolus Borrhomeus Cardinalis Ve-
nerãdæ memoriæ, & vt cõfeſſarij infe-
riores eundem conſulant in dubiis, q̃
circa confeſſiones occurrunt, vt idem
decreuit in inſtructionibus ſuis ad cõ-
feſſores, ſeruato tamen debito confeſ-
ſionis ſigillo, quem tñ pęnitentiarium
nõ arbitrarer ex debito iuſtitię; primo
excepto audiendi. ſ. cõfeſſiones inuitũ
arctari poſſe ad ꝑdicta, cum nouum o-
nus præbendæ a prælato etiam cũ con
ſenſu capituli imponi non poſſit etiã
cum vacat, niſi id a papa confirmetur,
vt not. Abb. in c. ſignificatum. num. 1. 2.
de præb. in prædictis tamẽ me ſubmit-
tendo deciſioni ſacræ congregationis
non intendens ex his vllam Concilio
gloſſam apponere; ex debito nihilomi
nus charitatis, & obedientiæ pęniten
tiarius, niſi iuſta cauſa adſit, prædicta
onera ſubire detrectare non debet.

Examinentur etiam prędicti, & diſpi-
ciatur an idonei ſint ad munus ſuum
exequendum, & ſi imperiti reperiãtur
Teologus & pœnitẽtiarius, ſentirẽ eis
dandũ eſſe coadiutorẽ ex fructib. eo-
rum beneficij alendum congrua por-
tione illi aſſignata, ſi vero alij ſint qui
ꝑdicta ignorent, arbitrio viſitatoris ſu
ſpendi poterunt ad tempus ab officio
vel bñficio, vel in aliqua ſumma pecu-
nię locis pijs applicãda puniri, vt rubo
re & pæna ſuffuſi diligenter ea curent
percipere quæ ad ipſorum officium &
mini-



miniſterium recte exequendum, ſunt
opportuna, vel neceſſaria, vt inde me-
liores fiãt, qui proprius viſitationis eſt
finis, & eo magis ſi parochi ſint, con-
feſſarii, vel concionatores, cum, ut ſu-
pra dictum eſt. ca. 5. quiſque teneatur
reſidere & deſeruire in ſuo ordine, &
idem dicendum eſt de reliquis ſacer-
dotibus diaconis, vel ſubdiaconis, vel
qui præbendas quibus prædicti ordi-
nes ſunt annexi, obtinẽt, ſi enim igno-
rent quæ pertinẽt ad eorũ officiũ, & ſa
cerdotes vlterius rõnes cerimoniarũ
miſſalis reſtituti, ſuſpẽdi poterunt vel
condemnari, vt ſupra, vt & modo mi-
ro exemplo & inaudito obſeruat San
ctiſſimus D. N. Clemens Papa VIII. in
Viſitatione Almæ Vrbis, quam vigi-
lantiſſime per ſeipſum exequitur, cre-
derem tamen non ita exactam ſcien-
tiam exigẽdã ab ijs qui ordinati ſunt,
& beneficium, cui executio ordi-
num eſt annexa, obtinuerunt, ac ſi de-
nuo ad ordines eccleſiaſticos eẽnt ꝓ-
mouendi iuxta tradita in Conc. Trid.
ſeſſ. 23. per totum. vt ſentit Lamber. de
iur. patr. 2. lib. par. 2. q. 9. & 10. princip.
vbi d. ꝙ ex quo quis eſt ordinatus, &
promotus ad beneficium non eſt ita
ſubtiliter indagandum, ac ſi denuo eſ-
ſent ordinandi, ſat enim erit ſi norint
ea quæ pertinent ad eorum ordinem
& officium exequendũ, dicens tamen
ibid. q. 9 ar. 24. peritiores eſſe debere
canonicos eccleſiæ cathedralis, quam
inferiorum eccleſiarum, & habetur e-
tiam in c. cum dignitates. ſeſſ. 24. in Tri
den. Conc. & idem Lamb. ibid. d. q. 10.
princip. ar. 1. late declarat quot quali-
tates requirantur ad hoc, vt ſit qs ido-
neus ad beneficiũ, cuius dictis me re-
mitto, in promoto iam tamen ſufficit,
ꝙ idoneus ſit ad officium exequendũ,
nec aliquo crimine vel impedimento
canonico ſit irretitus.

30
ĩ Viſitatio
ne collegia
tæ, quę at-
tendenda.

Secundo viſitet collegiatam eccle-
ſiam, & videat an in ea ſint diſtributio
nes, quibus deficientibus prouidendũ,
modo quo ſupra eſt dictum in viſita-
tione cathedralis, vbi etiã quo ad ho-
ras & officium inſpiciatur an ſeruẽtur
ibidem dicta, videat etiam an ibi ſit le
ctor Theologiæ. c. 1. ſeſſ. 5. in Tr. Conc.
quomodo animarũ cura ſi curata, ibi
exerceatur, quomodo eius ꝑlatus eli-
gatur, ſi adſint coadiutores an ſinguli
ſimul, vel vnꝰ ſingulis hebdomadis cu
ram exerceat, & an electi in ea eccle-
ſia ſint viri idonei ſciẽtia, ætate, & mo
ribus, iuxta Clem. primam. de ętate, &
qual. An ſtatuta collegij ſint rationabi
lia, a n ibi ſit ſufficiens numerus cleri-
corum, quot de fructibus eius commo
de poſſunt ſuſtentari, vt d. gl. in c. cum
enim. de conſt. Abb. in c. 1. de inſtit. an
rector eius intra annum ad ſacerdotiũ
ſit promotus, iuxta c. ſtatutum. de ele.
in 6. licet non vacet eccleſia per non
promotionem, vt fit in parochiali. d. c.
& inqrat de capitulo vel collegia quæ
§ præcedenti ſunt tradita. & ſi ibi debi
ta obſequia exercetur, iuxta c. 8. ſeſſ.
21. & c. 12. ſeſſ. 4.

31
ĩ Viſitatio
ne paro-
chialis, &
munerum
parochi, q̃
obſeruan-
da.

Tertio viſitet parochialem eccleſiã,
& ĩ primis uideat ſi parochialis eccle-
ſia, ita tenuis reditus ſit, vt miniſtri ſu
ſtentari nõ valeant, nec reparari, quo
caſu vniat ei aliqua beneficia ſimpli-
cia, vel etiam curata dummodo regu-
laria non ſint, vel aliquam aliam paro
chialem, baptiſmalem, aut curatam ec
cleſiam ſine tamen præiudicio obtinẽ
tium, ſeſſ. 21. c. 5. & ſeſſ. 24. c. 13. non ta-
mẽ vniãtur beneficia vnius diœceſis al
teri. ſeſſ. 14. c. 9. Videat etiam an popu-
lus ita excreuerit vt vnꝰ parochus nõ
ſufficiat curæ animarum exercendæ,
& diuinis officijs celebrandis, tot eñ
tunc ei adiungat ſacerdotes quot ſuffi
ciant ex fructibus matricis alendos, &
idem ſi ad matricem recurri nõ poteſt
ſine magno animarum periculo, tunc
enim nouas parochias erigere põt, ut
quia multum diſtent parochiaui, uel
amnis ſit intermedius, uel locus mura
tus, ex fructibus matricis, qui ſi non
ſufficiunt, compellat populum ad pro
uidendum Rectori. ſeſſ. 21. c. 4. in Trid.
Conc. in quo tamen epiſcopus atten-
dat conſuetudinem locorum ſimiliũ,
ne ſine cauſa matricem grauet. Videat
etiam an eccleſia egeat reparare, iux-
ta

ta.c.decernimus. cum ſequẽ.10.q.1.&
ſeſſ.21.c.7.8.in Tr.Conc. & compellat
eam reparari ex fructibus eccleſiæ ad
eam quomodocunque pertinẽtibus,
qui ſi non ſufficiunt compellantur pa
troni,& in ſubſidium parochiani. d.c.
8.ſeſſ.21.prouidendo ne curata bene-
ficia in ſimplicia conuertantur. cap.3.
ſeſſ.7.in Trid.Conc.nec vniãtur regu-
laribus,aut dignitatib.vel canonicati-
bus cathedralis,vel collegiatæ,vel ſim
plicibus,aut militijs,& eas declaret e-
piſcopus vniones nullas, ſi a quadra-
ginta annis Concil. citra ſunt factæ,&
per ſurreptionẽ, vel obreptionẽ ſunt
obtentæ. ſeſſ.24.c.13. videat etiam an
eccleſia parochialis vnita ſit menſę ca
pitulari,vel cathedrali,aut alijs pijs lo
cis, & prouideat ibi de vicario perpe-
tuo, ſi ei expediẽs videbitur etiam cũ
aſſignatione tertiæ partis fructuũ ec-
cleſiæ. ſeſſ.c.7.in Tr.Conc. ſimiliter vi
deat an parochialem obtinens non re
ſideat,vel habeat incompatibile aliud
beneficium, quo caſu contra eum pro
cedat iuxta iuris formam,& cogat illũ
ad oſtendendum diſpenſationem. c.2.
ſeſſ.6.& c.ſtatuit.ſeſſ.25.in Tr.Conc.&
interim prouideat de idoneo vicario
cum congrua portione fructuum, ne
animarum cura deſeratur dictis. cap.
& idem ſi Rector parochiæ ſit imperi
tus,alias tamẽ bonæ vitæ;eſt eñ ei dã
dus coadiutor cum cõgrua fructuum
portione.c.6.ſeſſ.21.in Trid Conc.vi-
deat etiã an parochus in egeſtate po-
ſitus ſit,quo caſu parochiani tenentur
eum ſuſtẽtare.gl.in c.omnis Chriſtia-
nus.de conſecr.diſt.1.Abb.in c. ex par-
te.de teſtib.Fel.in c.veniens. 2.col.eo.
non per hoc tamen debet eis ſubtra-
here ſacramẽta,ſed eis miniſtratis pa-
rochianos cõuenire vt partes, ſuas ob
eant. Io.And.Butr.in Rub.de paroch.
Fel.loco cit. niſi epiſcopus id eis iuſſiſ-
ſet ſub pœna excommunicationis, &
ipſi obedire nollent, ſed non debet id
agere parochus propria authoritate,
vt d.Borgaſ.tra.de irregularitate. p.6.
tit.de primit.& oblat.nu.11.12.videat
etiã an iura parochialia parocho con
ſueta perſoluantur,& pręſtentur,ut.ſ.
parochiani diebus Dominicis,& feſti-
uis miſſam in parochia audiant,& pa-
rocho oblationes & eleemoſinas tri-
buant. vt d.Lap. alleg.58. aliter ſi ſine
cauſa ibi miſſam non audiant peccãt.
c.2.vbi Abb. de paroch. & id etiã ſua-
det Conc.Trid.ſeſſ.24.c.4.& ſeſſ.5.c.2.
& ſi oblationes conſuetas, & præſcri-
ptas non tribuunt parocho,ipſe ꝑ hoc
eis ſacramenta ſubtrahere nõ poteſt,
ſed epiſcopus per cenſuras eos coget
ad ſeruandum piam conſuetudinẽ in-
troductam ex populi deuotione, non
ſacerdotum exactione, vt d.Borgaſ.lo
co cita.& Abb.in c.ad apoſtolicam. de
ſim.& id etiam ſuadet Conc.Trid.ſeſſ.
25. c. 12. videat item an ei perſoluant
decimas perſonales, & an omnes obla
tiones quæ fiunt in parochia ei tribuã
tur,ut notatur extra de Decim.per to.
& in Concil. Trid.ſeſſ.25.c.12. c. que-
ſtione. 16.q.1.& in Rub.de paroch.An
etiam decedentes in parochia in ec-
cleſia parochiali ſepeliãtur, & ſi alibi
elegerint ſepulturam an 4. parocho
præſtetur,iuxta Cle.dudum. de ſepul.
curet etiam vt nulla alia eccleſia cura-
ta,niſi ex neceſſitate, intra fines paro
chię erigatur,ne decimis & oblationi-
bus ſibi debitis priuetur,cap.eccleſiæ.
c.ſi quis.c.quicunque.16.q.1. & an ce
lebretur in eccleſijs priuatis diebus
ſolennibus, vel dum concio habetur.
Econuerſo videat epiſcopus an paro-
chus in cura animarum adminiſtran-
da diligens ſit, & idoneus,& primo an
reſideat,vt eſt dictum ſupra, c.de reſi-
dentia,& habetur in Bulla Pij V. 8.Id.
Iul.1568.& an eius ædes vicinæ vel cõ-
tiguæ ſint parochiali, vt eſt dictum in
d.c. & ſi egent reparatione an reparen
tur ex fructibus beneficij,niſi conſue-
tudo id onus in populum tranſtulerit,
vt ſupra eſt dictum; Videat etiam an
bene cuſtodiat ſacramenta, iuxta tra-
dita ſupra,& an quotannis renouẽtur
& cineres veterum combuſtorum in
ſacrarium proijciantur, iuxta c.ſi quis
de alio.de conſ.diſ.3. An diligens ſit in
ſuo munere exequendo, & primo an
ce-



celebret diebus Dominicis & feſtiuis,
& infra hebdomadam ita vt populo ſa
tisfaciat,c.14.ſeſſ.23.in Trid.Conc. An
prædicet diebus Dominicis & feſtiuis,
quotidie in Quadrageſima,& Aduen
tu pie,& vtiliter, vel impenſis eorũ qui
tenentur vel debẽt per alios prædice-
tur.ſeſſ.5.c.2.& ſeſſ.24.c.4. ita ſcilicet,
vt ſi ex legato aliqui ad id onus tenen-
tur,id ſubire debẽt, vel ſi conſuetudo
eſt ꝙ populus id onus ſubeat vel alius,
ſeruanda eſt, alias parochus tenetur,
vt ſacra congregatio Conc.cenſuit. An
edoceat puero in eccleſia dominicis
& feſtiuis diebus rudimenta fidei, &
obedientiam erga Deum & parentes,
ſimul cum ijs ad quos ſpectat,vt paren
tes magiſtros clericos, patrinos,& ca-
pit. d.c.4. An diligens ſit in ſacramen-
tis adminiſtrandis,& an aliquis ægro-
tus ſine illis eiꝰ culpa deceſſerit,a quo
munere non excuſatur, etiam ſi tẽpus
peſtis extiterit,vt d.D.Th.2.2.q.26.ar.
5.& q.32.ar.5.Nau.in Man. c.24.caſ.3.
& cap.25.caſ.20. ſaltem quo ad baptiſ-
mum,& forte etiam pęnitentiã ob dif-
ficultatem habendæ veræ contritio-
nis, in alijs enim non conferendis tũc
videtur excuſandus, cum ſola fide eo-
rum fructus haberi poſſit, licet & opti
mum eſſet ea conferre, quòd tamen
omitti poſſet ſi periculũ eſſet infectio-
nis parochi,& non eſſet alius qui cęte-
ris infectis ſacramenta neceſſaria mi-
niſtraret, niſi veriſimiliter credatur
ijs ſacramentis aliquod mortale ſuſci-
pientis delendum, ꝙ proferre nõ poſ-
ſit in confeſſione,tunc enim ſalus ani-
mæ eſt anteferenda ſaluti corporis pa
rochi. Videat etiam an gratis ea con-
ferat vel pecunias exigat, contra.cap.
quam pio.1.quæſt.2.& cap.cum in ec-
cleſiæ. de ſimon. prius enim libere ſa-
cramenta ſunt adminiſtranda, & po-
ſtea populus ad laudabilem conſuetu-
dinem ſeruandam cogendus. vt ſupra
eſt dictum.

In particulari vero circa baptiſmũ,
an renouetur vigilia Paſchatis,& Pen
tecoſtes, priori in ſacrario effuſo, An
infantes baptizentur intra octo dies,
an eis imponantur nomina Sanctorũ,
An patrini moneantur oneris ſuſce-
pti,etiam an illi ſatisfiat, an arceantur
a ſuſcipiendo ignari rudimentorum
fidei,excommunicati,interdicti, incõ
feſſi,& Religioſi, An vnus tantum, &
vna ad ſummum ſuſcipiant, & an de-
ſcribãtur in libro,& qua forma,cap.2.
ſeſſ.vigeſimaquarta, in Triden.Conc.
An infantes intra annum detineantur
in lecto ſine cautela cum periculo ſuf-
focationis, contra.capit.fin de his qui
fil. propr. & an tales abſoluantur ſic
detinentes, An bis baptizentur etiam
a commatre domi baptizati contra.
capit.primo,2. de reit.ſacram.bapt.an
extantes in vteris matris baptizentur,
& quid ſeruetur quando membrum
aliquod apparet, An parochi doce-
ant laicos formam baptiſmi, & an vi-
deatur ſi obſtetrices norint formam
baptiſmi; An laici tangant chriſma,
vel aquam baptiſmalem. An puer-
peræ ſuſcipiant benedictionem in ec-
cleſia iuxta capitu.primum de purific.
poſt partum, quod tamen non eſt in
præcepto, vt ibi dicitur. An popu-
lus doceatur quæ cognatio contraha-
tur in ſuſceptione infantium, iuxta
capitu. ſecundum, ſeſſione vigeſima-
quarta in Tridentino Concilio, an v-
nus tantum, vel ad ſummum vnus,
& vna ſuſcipiant è fonte baptizatum,
& an in librum deferant, eius exem-
plum quotannis epiſcopo dando.

Circa Confirmationem, an paro-
chus doceat populum vim huius Sa-
cramenti, an infantes confirmentur
ante ſeptem annos, an bis quis ſuſci-
piat hoc Sacramentum, an circa pa-
trinos ea ſeruentur, quæ ſupra de ba-
ptiſmo ſunt dicta, & an caueatur ne
quid donetur infanti, ne per hoc
reiteret hoc Sacramentum, An de-
ſcribantur confirmati in libro, & quo
ordine.

Circa Sanctiſſimam Euchariſtiam,
an cuſtodiatur honorifice, & tuto,
& adminiſtretur, modo quo dictum
eſt ſupra de Viſitatione eccleſiarum
in genere, An primo communicantes
in-

inſtruantur de vi huius ſacramenti,& quomodo tam corpore, quam animo ſuſcipere debent, an ab eius ſumptione arceãtur publici peccatores, An ſemel ſaltem in anno quis eã ſuſcipiat, an adſint vaſa vitrea,lintea munda,ſudariola, & huiuſmodi in eius miniſtratione.

Circa pœnitentiam, An permittant aliquos ab ordinario non approbatos in eorum parochia confeſſiones audire, an in ſacriſtia parochiali, & etiam regularium adſit tabula in qua deſcribantur noĩa eorum qui expoſiti ſunt, & approbati ad confeſſiones audiendas, An audiant aliqui alienos parochianos ſine licentia epiſcopi, vel parochi, etiam extra tempus paſchale. cõtra c.omnis. de pẹn. An adſint confeſſionalia in quibus affixa ſit Bulla Cœnæ Domini, & caſus epiſcopo reſeruati, An ab ijs aliquis abſoluat ſine licentia epiſcopi, An mulieres audiãtur extra confeſſionale, vel in ſacriſtia, aut ædibus priuatis, vel ante ortum Solẽ, aut poſt Solis occaſum, niſi ex neceſſitate, An abſoluãtur in pc̃ti ſtatu publico morantes, An edoceantur pẹnitentes canones pẹnitentiales, an ijdẽ obligentur ad diſcenda fidei rudimenta ſi illa ignorant, An imponant pẹnitentias pecuniarias, vel miſſarum a ſe celebrãdarũ, An bene norint formã abſoluendi, An ſeruẽt regulas vel inſtructiones confeſſoribus traditas, & ea de quibus late tractatur in ſacramẽto pẹnitentiæ, An incõfeſſi epiſcopo denuntientur. An clerici habeant proprios cõfeſſores ab epiſcopo eis deputatos, an confeſſiones in eccleſia audiantur cum cotta & ſtola, An confeſſarij pẹnitẽtias pecuniarias ſibi vel eccleſiẹ ſuæ applicent. An infirmi intra triduũ confiteantur.

Circa ſacramentum Extremæ Vnctionis, An conferatur tantũ infirmis actu, an quando infirmus eſt ſanẹ mentis, an edoceatur virtutis huius ſacramẽti, an miniſtretur cum cotta ſtola, lumine, ea decẽtia qua decet, & an clericus cotta indutus in eius adminiſtratione adſit.

Circa ſacramẽtum Ordinis, An clerici ordinentur abſque fide ludi magiſtri, ꝙ literis operam dent, & parochi, ꝙ in habitu incedant, ꝙ eccleſiẹ inſeruiant, ꝙ ſemel ſaltem in menſe confiteantur & communicent, & Doctrinã Chriſtianam diſcant & edoceant. An edicta in eccleſia proponant cũ ſacrũ ordinem quis eſt ſuſcepturus, An aliquis ordinetur aliquo impedimento irretitus, de quibus dictum eſt ſupra de perſonis eccleſiaſticis in genere.

Circa matrimonium, an ſeruentur quæ in Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. ſtatuta ſunt, vt ſcilicet publicationes tres fiãt in eccleſia, niſi epiſcopus eas remiſerit, & matrimoniũ fiat a parocho præſentibus duobus teſtibus, idque a parocho vxoris, an in dieb. vetitis matrimonium celebretur, contra. c. 10. ſeſſ. 24. an moneantur ſponſi de confitẽdo & communicando ante matrimoniũ, d.c.1. An ſponſi benedicantur cũ miſſa integra, an ſecundum matrimoniũ benedicatur. An fiat matrimoniũ non habita fide de publicationib. factis in aliena parochia, quæ, ſi alter eſt alterius diæceſis ſigillo Epiſcopi munita ſit, An vagi admittantur ad matrimonium contrahendum, An celebretur matrimonium die vltima denuntiationum ſine licentia; An matrimonium celebretur in eccleſia cum cotta & ſtola, An ſponſi cohabitent ante benedictionem, contra d.c.1. An aliqui coniugati ſine ſententia eccleſiæ diuiſim habitent. cõtra. c. 3. de diuort. An matrimonia deſcribãtur in libro, & qua forma. An decretum Conc. Trident. circa matrimonium, pluries in anno publicetur. An aliqui in gradu ꝓhibito matrimonium contraxerint. contra. cap. non debet. de conſangu. An populus edoceatur, quæ ſint impedimenta matrimonii, modeſte tamen.

Circa miſſam, An parochus celebret vt tenetur, & idem de capellanis iuxta cõuentiones, vel obligationes. An diebus feſtiuis parochia relinquatur ſine miſſa, An celebretur extra eccleſiã, vel in



in oratoriis priuatis ſine licentia epiſcopi, vel an exteri admittantur ad celebrandum ſine eiuſdem licentia, vel in eccleſia in cãtu, vel organo aliquod laſciuum admittatur. contra. c. 1. ſeſſ. 22. de obſ. & euit.

An celebretur ante aurorã vel poſt meridiem, vel ante matutinum, an populus deuote miſſẹ aſſiſtat, iuxta d.c.1. An omittatur miſſa diei propter votiuam, niſi ex cauſa. contra. c. 2. de celeb. miſſ. An aliquis in miſſa non conficiat ſacramentum. cõtra. c. de homine. eo. an aliquis celebret ad perdendum aliquem, quẹ grauiſſima ſunt, vt habetur in tr. de miſſa. an aliquis celebret ſine lumine aqua, vel in pane fermentato vaſe ligneo. contra. cap. fi. eo. An miſſa ꝓuideatur, & ante oretur, & poſt gratiæ agantur, & celebrantes ſemel ſaltẽ in hebdomada confitẽtur, & an lauẽt manus ante & poſt, An miſſa retardetur, vel anticipetur in gratiã alicuius cum populi incommodo. An ritus & cerimoniæ miſſalis noui ſeruentur, in quo fiat experiẽtia, & an cũ miſſali veteri celebretur, An celebretur cum orecchino in capite ſine licentia epiſcopi, An vbi ſunt plures miſſæ cum debito interuallo celebretur, & celebrantes ſe deſcribant in libro ad hoc a parocho deputato, vt ſciatur an quiſque ſuo oneri ſatisfaciat. An celebrentur anniuerſaria pro defunctis iuxta obligationes, & in prædictis latius videantur quæ dicam in Tomo de Sacramentis, & miſſa, maxime de miſſæ defectibus, an clericus cum cotta bene inſtructus miſſæ inſeruiat.

Inquiratur etiam an parochus habeat clericum ſibi inſeruientem in diuinis, & Doctrina Chriſtiana docenda. inxta c. vt quiſque. de vit. & honeſt. cler. An curam per ſe exerceat. c. conquerente. c. quia nonnulli. de cler. non reſid. & Bulla Pij V. 8. Iul. 1568. An admittat queſtuarios, concionatores, cõfeſſarios, ſacerdotes ignotos ſine licẽtia & approbatione ordinarij. An habeat quatuor libros, baptiſmi, confirmationis, matrimoniorũ, & ſtatus animarum, bene confectos, An ſit doctus vel imperitus in quo periculum fiat ac etiam de clericis, & ſacerdotibus ibi degentibus. An in parochia inſigni habeat̃ lectio Theologiæ. c. 1. ſeſſ. 5. in Tr. Conc. An congregationes vicariæ habeantur ſemel in menſe, & parochiæ ſemel in hebdomada, vbi agatur de ſacramentis, cenſuris, & caſibus conſciẽtiæ, & an illis interſint omnes perſonẹ eccleſiaſticæ Vicariæ, & parochiæ; nec plures duobus ferculis ibi apponãtur, & in menſa ſacra lectio habeatur, An aliquis ſine licentia epiſcopi obſeſſos exorciſet. An habeat̃ in eccleſia confraternitas ſanctiſſimi Corporis Chriſti, Roſarij, ſanctiſſimi Nominis Ieſu, charitatis, Doctrinæ Chriſtianæ, ſin minus erigantur, & regulæ ſeruentur, An parochus fidelis & diligens ſit in animarum cura, an viſitet infirmos maxime in agone mortis, an egenis opem ferat iuxta facultates, an pretio peccatores ſuſtineat. contra. c. nemo. cap. vt clericorum. §. prælati. de ſim. an corrigat errãtes & incorrigibiles epiſcopo denuntiet, an cum cottis & bireto choro, & proceſſionib. interſit, an litteris operam det ſimiliter cum illis, & hẽat cum illis, breuiarium, miſſale, Cathechiſmum, Concilium Tridentinum, conſtitutiones diæceſanas, prouinciales, indicem librorum prohibitorum, Sacerdotalem, Silueſtrum, & Sũmam Nauarri, Sermones Granatæ, Voraginis, Pomerij, Diez, Biel, & huiuſmodi, computum eccleſiaſticum, Bibliam ſacram, & huiuſmodi, iuxta cuiuſque captum, & facultates, admonitiones procuratis, Diez Inſtr. Tullij Cripoldi, Gaſparis Loartes Ieſuitæ, &c.

Inquiratur etiam an proceſſiones habeãtur de more eccleſiẹ, & an aliẹ, & deuote in eis ꝓcedatur clerico crucem deferẽte cotta induto, clero ſimiliter induto. & populo ſepuente, maribus a fẹminis diſtinctis, cum litanijs hymnis, & precibus, Deum laudando, remoto ſtrepitu, diſſolutionibus, ramorum amputatione, commeſſationibus, & eodem ordine ad eccleſiam redeun-

redeundo. An ritus cathedralis & metropolitanæ eccleſiæ ſeruetur in diuinis officijs, & ſacramentis adminiſtrandis.

1 Viſitatione eccleſię ſine cura, & oratorij quæ obſeruanda.

Quarto viſitet eccleſias ſine cura, & oratoria, c.epiſcopus. 10.q.1.c.Romana.de cenſib. in 6.c.8.ſeſſ.21.in Tr. Conc.& Inquirat nomen & titulũ eccleſiæ, & eius beneficij, quis eam fundauit, & quãdo, & ſi de hoc habentur documenta legitima, ſi in fundatione affuit conſenſus epiſcopi, ſi libera, vel patronata, ſi in ſe habet aliquod onus vel aliquem cenſum perſoluit, & an ei oneri ſatisfiat, requirat inuentarium bonorum eccleſię, requirat quis ſit eius rector, & an legitime ſit prouiſus, An eccleſia egeat reparatione, & an reparari poſſit, vel egeat trãslatione, uel in ea aliquid prophane fiat. ſeſſ.7.c.8. in Tr.Concil. Inquirat etiam an eccleſia ſit exempta, quam nihilominus viſitare poteſt, ſeſſ.7.c.8.& ſeſſ.24.c.9.& c.11. Inquirat etiam an eccleſia ſit nullius diœceſis, quæ nihilominus eſt viſitanda a proximiori epiſcopo. ſeſſ.6.c.4.ſeſſ.7.c.8.ſeſſ.21.c.8.& ſi dubiũ exiſtit quis ſit vicinior Cõcilium prouinciale prouidebit.d.cap.ſicut etiam viſitare põt perſonas exemptas.ſeſſ.24.ca.11.ſeſſ.7.c.14.c.1.de priu. in 6. niſi tales exempti viuant in perpetua clauſura.ſeſſ.25.de reg.ca.13. Et eo magis ſi perſonæ & eccleſiæ exemptæ ſunt curatæ, quæ ſubſunt epiſcopo.c.per exẽptionem.de priuil. in 6.ſeſſ.25.de reg. c.12.exemptio enim non liberat a viſitatione circa animarum curam, & ſacramentorum adminiſtrationem.d.c. per exemptionem.ſeſſ.7.c.8.ſeſſ.21.c.8. videat vero epiſcopus titulum exẽptionis quem exempti oſtendere tenẽtur, cum iure communi omnes eccleſiæ & pſonæ dięceſis epiſcopo ſubſint. c.omnes.16.q.1.cap. cum perſonæ. de priu.in 6.c.cum venerabilis.de except. & ratione delicti, & rei poſſit quis cõueniri ab ordinario.c.volẽtes.de priu. in 6.ita vt etiam poſſit punire clauſtrales delinquentes, ſi poſt tempus præfinitum ſuperiori ab epiſcopo, non puniãtur. clem.frequens. de exc.præl.ex Conc.Later.ſeſſ.10.ſeſſ.25.c.14. etiam ſi ſint familiares Cardinalium, prothonotarij, acolyti, comites palatini, capellani regij etiam, ij enim relationem ſuorum beneficiorũ poſſũt ab ordinario conueniri. ca.cum capellæ.de priu.ſeſſ.6.c.3.ſeſſ.24.c.11.Vnde ſi prędicti priuilegio & exemptione abutãtur ijs non proſunt in aliorum ſcandalum.arg.l.potioris.C.de off.rect.prou. Inquirat etiam an eccleſia ipſa ſit cõmendata, quæ etiam non curata ab epiſcopo eſt viſitanda.ſeſ.21.c 8.ſeſſ.25. c.10.&20.& ſi ſit parochialis videat an collata ſit cõſtituto in ætate.25.annorũ, & ordine ſacerdotij.iuxta c.licet canon.de el.in 6.gl.in c.ei cui.de el.in 6. in quo ſolus papa diſpenſat. c.permittimus.de æt.& qual.in 6.gl.in cle.1.de off.vic.vt etiam non licet habere plures curatas commendatas.c.cum iniũctis.de el.c.de multa..de præb. ſeſſ.7.c.2.ſeſ.24.c.17.Vnde viſitabit eam ita ac parochialis eſſet, & eadem inquiret q̃ de parocho ſunt dicta. ſeſſ.21.c.8.& ſi ibi viget regularis obſeruantia, ſuperiores epiſcopus monebit, vt iuxta eorũ inſtituta viuant, qui ſi intra ſex mẽſes non paruerint, epiſcopus viſitabit & corriget.d.c.8. Videbit etiam ne a commendatario mutetur ſtatus eccleſiæ, vel cultus diuinus minuatur, q̃ facere nõ poteſt. Abbas in c.querelam. de ele.alias epiſcopus prouidebit.d.c.8.ſeſſ.21.Vnde & cõmendatarius profeſſionẽ fidei emittere tenẽ iuxta ſeſ.25.c.2. & hæ eccleſiæ cum dignitate a ſolo papa in commendam conceduntur, & de eorum titulo prouidetur. vt d.Abb.in c.ſi conſtiterit. de accuſ.epiſcopus enim ſolum ad ſex menſes cõmendare poteſt eccleſiam ſi id facit intra terminum ſemeſtris ſibi ſpectãtis, vt not.in c.nemo deinceps. de el.in 6. poteſt tamen ibi vicarium ponere.ſeſ.24.cap.8.dum vacat, & cum eccleſia in commendam confertur vocandi ſunt patroni & alij quorum intereſt. gloſ. in d.c.nemo.verbo.commendare. Inquirat etiã an eccleſia ſit vnita perpetuo





alteri eccleſię, & examinet vniones factas ab annis 40. & ſi per obreptionẽ factas cognouerit, vel ſurreptionẽ irritas declaret, beneficia ſeparãdo & eo magis ſi poſt cõceſſę nõdũ plenũ ſunt ſortitę effectũ, quę examinãdę sũt coram ordinario, vocatis ijs quorũ intereſt, & ſi abſq; legitimis cauſis factæ ſunt, per ſurreptionẽ factę pſumantur niſi aliter papa declaret.cap.6.ſeſſ.7.in in Trid.Conc.cauſę vero rationabiles ſunt temporis qualitas.c.temporis.16.q.1.c.monaſteriũ.de relig.dom.2.duarum eccleſiarũ vicinitas.c.cum tpe, de arbit.3.paupertas.c.vnio.10.q.4. 4.religionis deformitas ob diſſolutionem clericorũ vel monachorum.c.cũ in ſingulis.de ſtat.mon.c.relatũ. ne cler.vel mon. aut eorum deſtitutio vel deſolatio.c.monaſterium.de relig.dom.licet id ſit magis qualitas temporũ, quæ tamen cauſæ reducũtur ad duas.ſ.ſi euidens ſit neceſſitas vel vtilitas, vt ſi duæ eccleſiæ ſunt pauperes, quæ ad victum duarum non ſufficiũt.d.c.vnio.c. poſtquam.16.quæſt.1.cle.ne in agro. §. ad hæc.de ſtat. mon. dicitur vero eccleſia pauper quæ non poteſt aliquem ſufficienter, & honeſte alere, & hoſpites recipere ac pauperes, vt d.gloſſ.in ca. clericus.21.quæſt.1. attenta qualitate perſonarum & loci, vt ibi d. Vel ſi eccleſia ſit deſtructa ob hoſtium incurſum, vel populi decrementũ, vel quando eccleſiæ ſunt vicinæ, & pauci ſunt ibi, quia populus mortuus eſt, Vtilitas quando ob tenuitatem redituum non inueniũtur idonei ad ſeruiendum illi beneficio; vel ob alias cauſas, q̃ tendũt ad vtilitatem eccleſiarum, & non perſonarum, vt dicit Peruſ. in tractatu de vnione.cap.3.vnde vnio facta ſine cauſa nulla eſt.Abbas in capit.ſicut unire, de exceſſ.prælatorum.Rota deciſ.1.eodem in nouis, ſi vero eſt facta ex cauſa, ſed falſa ſeruata tamen ſolennitate, & forma, tenet, ſed venit reuocanda, Rota ibid. & deciſſ. 2. de rebus eccleſ. in antiquis, requiritur etiam in vnione aliquis tractatus, licet non tantus vt in alienatione, ſi fiat vnio tamen eiuſdem diœceſis, ſecus ſi alienę, dicta deciſ. 1. tractatus vero in alienatione facienda debet fieri per capitulum, vel collegium cauſa vtilitatis, vel neceſſitatis, quia ſic expediat bono eccleſiæ, vt aliqua res alienetur, & poſtea ſubſequi debet omnium conſenſus, & ſufficit vnus tractatus, vt dicit Abbas in cap.tua, de his quæ fiunt, vnde in vnione requiritur primo, conſenſus capituli, Rota deciſ. tertia, de rebus eccleſiæ. in antiquis, & ſi illi de capitulo nolunt conſentire ſine iuſta cauſa illis inuitis fieri poteſt, ſed ſi ſub eſt iuſta cauſa contradicendi vnius contradictio vitiat, vt dicit Zabarell. in capit. final. de rebus eccleſiæ. ſecũdo requiritur, quòd omnes ij quorum intereſt vocentur coram eo qui vnionem facit, ex Concilio Trident. ſeſſione ſeptima, capit.ſexto, licet papa ad id non teneatur; requiritur etiam conſenſus patroni laici de honeſtate, non tamen de neceſſitate, qui tamen poteſt contradicere vbi ſine cauſa fieret vnio, vt dicit Abbas in capitu.vnico, vt eccleſiaſtica beneficia, & etiam conſenſus prælati inferioris ad quem ſpectat ius conferendi eccleſiam, quæ vnitañ, & eius capituli, vel collegij, & ſi eccleſia eſt exempta conſenſus illius, cui ſubeſt, & capituli, vel collegij illius, & etiam canonicorum eccleſiæ cathedralis, & ſi vnitur eccleſia collegiata requiritur conſenſus collegij, & alij etiam ſunt citandi quorum intereſt, rector tamen cui fit vnio non vocatur, quia ei non fit præiuditium, plebs etiam non eſt vocanda, cum ſit imperita & ſepe laboret cõtra proprium commodum, vt & mulieres, & ſi fit vnio eccleſiarum duarum diœceſum vtriuſque Rector eſt vocandus; Videat etiam Epiſcopus quis vniuerit Eccleſias; Papa enim abſolute poteſt omnes eccleſias vnire, & probabile etiam eſt de Legato, vt dicit Abbas in capit. final. de confirm.vtili, Patriarchæ etiam & primates in propriis eccleſijs, & ſibi ſubiectis poſſunt vnire, & ẽt

Archiepiſcopi,& epiſcopi, quo ad in-
feriores eccleſias in perpetuũ tñ,& nõ
ad vitã : Papa tñ ſine cauſa poteſt vni-
re,illi vero non poſſunt,alij vero prę-
lati inferiores vnire nõ poſſunt eccle-
ſias ſibi ſubiectas, niſi id ius præſcrip-
ſerint, capitulum ẽt ſede vacante põt
vnire dummodo non præiudicetur ec
cleſię cathedrali ; Vicarius tñ epiſcopi
id facere non põt, non poteſt etiã eps̃
vnire eccleſias vni⁹ dięceſis alteri ſeſſ.
14. c.9. nec parochiales locis prohibi-
tis in c.13.ſeſſ.24. poteſt etiam eps̃ vni
re beneficium deuolutũ ad Papam ob
eius negligentiam, vt d.Abb.in c.ſicut
vnire de exc. præl. nõ tñ beneficiũ qđ
Papa ſibi reſeruauit, niſi expectans re
nuntiet iuri ſuo, qđ tñ intelligitur in
prędiuditium ipſius, alias.n.põt vnire,
ſeſſ.21.c.5. ſi vero eccleſia ſit exempta
recurrendũ eſt ad Papam, qđ intelligi
tur quando ſubeſt immediate Papę, ſi
enim alij pleno iure, ſufficit eius con-
ſenſus, & poteſt etiã vnire eccleſiam
non exemptã,loco exempto. Clem.ſi.
de reb.eccleſiæ; videat etiam eps̃ q̃uo
vnio ſit facta, quinque.n.modis ſit,pri
mo vt ſpiritualia tm̃ communicentur,
vt quia in vna oretur pro alio defun-
cto,quæ vnio ſine papa, & epiſcopo fie
ri poteſt.2.cũ vna eccleſia alteri ſubij-
citur in temporalib.& ſpiritualib.c.cũ
dilectus .ꝙ metus cauſa, quo caſu vna
dr̃ mater,altera filia, & filia ſortit̃ pri-
uilegiũ matris. 3. cum neutra ſubijci-
tur alteri, ſed quælibet ĩ ſuo ſtatu ma
net, Prælatus tamen vnius erit præla-
tus vtriuſq;, & ab omnibus cõiter eli-
getur.4.vt vnum ſit collegiũ vtriuſque
quo ad ſpiritualia,& temporalia,ita ꝙ
qui eſt canonicus in vna ſit canonicus
in altera.5. vt altera cathedralis eriga-
tur, ita vt epiſcopus duarum ſit præla-
tus,& hic proprie loquimur de ſecun-
do modo, & hunc examinabit epiſco-
pus in viſitatione iuxta ſuperius dicta,
vt late probat poſt alios Rochus Vero
nen. trac.de viſitatione,verb.vnionis.

Videat etiam epiſcopus an eccleſia
ſit patronata,& primo examinet ius pa
tronatus, an legitime ſit conſtitutus.ſ.
ex fundatione eccleſiæ,conſtructione
vel dotatione, & an authẽticum docu
mentum illius exiſtat, quod patronus
oſtendere tenetur etiam ſi per longiſ-
ſimum tempus ius præſentandi poſſe-
derit,& eo magis quando prę̃ſumitur
vſurpatio,tunc.n.prę̃ter reliqua requi
ritur etiam cõtinuata præſentatio per
50.annos,quæ autẽticis ſcripturis pro
betur, & item videat an aliqui patro-
natus in beneficijs tam ſecularib. quã
regularibus,vel parochialib.aut digni
tatib.in cathedrali vel collegiata ſint,
quæ exceptis patronatib. ſuper cathe
dralibus eccleſijs competẽtibus, & ijs
quæ ad Imperatorem,Reges, & Prin-
cipes habentes iura Imperij pertinẽt,
vel ad ſtudia generalia cum quaſi ſua
poſſeſſione irrita eſſe intelligantur;
videat etiam an aliquæ vniones bene-
ficiorum factæ ſint patronatibus, quæ
ſi nondum ſortitę ſunt effectum ſimul
cum vnionibus ipſis per ſubreptionẽ
obtentæ intelligantur, at quæ a qua-
draginta annis citra factæ effectũ ſunt
ſortitæ ab ordinario examinentur, &
ſi per ſurreptionem, vel obreptionem
obtentæ fuerint irritæ declarentur, &
beneficia ſeparentur,& alijs conferan
tur, & ſimiliter patronatus in eccle-
ſijs, & dignitatibus etiã antea liberis
facti,& in futurum fiendi a quadragin
ta annis citra diligenter examinen-
tur, & ſi non reperiantur ob maxime
euidentem eccleſiæ, aut beneficij ne-
ceſſitatem conſtituti, in totum reuo-
centur, etiam ob augmentum dotis fa
cti,& patronis reſtituatur quod dede-
runt, beneficijs in libertatem reſtitu-
tis, cap.nono,ſeſſione vigeſimaquinta
in Trident.Concilio, videat etiam an
patronus vſurpet bona eccleſiæ, vel
impediat ne perueniant ad eos, ad
quos pertinent, is enim ligatur excõi-
catione papali, nec poteſt abſolui niſi
facta reſtitutione, & priuatus eſt ipſo
iure,iure patronatus,ſeſſ.25.capit.11.
videat etiam an aliquod onus impoſi-
tum ſit ipſi eccleſiæ patronaræ, & à
quo tempore, cum patronus nil per-
cipere poſſit, niſi id ſibi reſeruauerit





in fundatione,vt notatur in capit. no-
bis,de iur.patron.niſi in nèceſſitate ſit
conſtitutus,vt ibi notatur, videat etiã
quòt patroni numero ſint, & quomo
do præſentent,ſi enim ſit vnus non po
teſt ſeipſum præſentare. capit.per ve-
ſtras eodem; videatur etiam quaſi poſ
ſeſſio iuris præſentandi, & ſi eccleſia
eſt curata,& ius patronatus ſpectat ad
eccleſiaſticos, tunc præſentabitur,
quem patronus inter digniores exa-
minatos ab examinatoribus appro-
batos iudicabit,ſi inſtitutio ſpectat ad
epiſcopum, nam ſi ad inferiorem in-
ſtitutio ſpectat ex dignis digniorem
eliget, & illum patronus præſentabit
ei,ad quem inſtitutio ſpectat,ſeſſione
vigeſimaquarta,cap.octauo, §.cum ve
ro,ſed ſi laici erunt patroni præſenta-
bunt patroni quem eligunt examina-
tum ab epiſcopo, & etiam ſi ad infe-
riores ſpectet inſtitutio, ab epiſcopo
tamen ſemper examinabitur,ſeſſione
vigeſimaquinta, capitu.9.§.quòd ſi ad
inferiores, & ſi qui abſque epiſco-
pi approbatione fuerint præſentati
ad beneficia, & illa poſſederint, eos
epiſcopus remouebit donec conſtet
ad quem ius illud ſpectet, ſeſſione de-
cimaquarta, cap.13. & poterit præte-
rea epiſcopus repellere præſentatos à
patronis ſi idonei non fuerint, ſeſſio-
ne vigeſimaquinta, c.9. & quando ab
inferiori inſtitutio eſt facienda ſi prę-
ſentatus ab epiſcopo non ſit examina-
tus irrita eſt inſtitutio dicta, capit.13.
& ſeſſione vigeſimaquarta, capitu.13.
& quando eccleſia non eſt prouiſa à
patronis intra tempus quattuor men-
ſium ſine cauſa, Epiſcopus prouide-
bit,cap.cum propter, de iure patron.
& ſemel inſtituti ab Epiſcopo ad præ-
ſentationem laicorum, non poſſunt
inde remoueri ſine licentia epiſcopi,
cap.in Lateranenſi, de præb.alias reci-
piens eccleſiam de manu laici, ipſo iu
re illa priuatus eſt,cap.cum laicus, de
iure patron. niſi laici pœnitentia du-
cti alium præſentauerint, quod tamẽ
eccleſiaſticis non licet, cap.præterea,
cap.relatum,capit.cum laicis, eodem.
videat etiam ne ius patronatus, vel ec
cleſia patronata reſignata ſit aliqua cõ
ditione adiecta, vel confidentia con-
tra Bullam Pij Quinti, M.D.LXVII.
incipientem: Officium credite, maxi-
me ſi fiat coram ordinario; videat e-
tiam diligenter Bullã inſtitutionis, &
onera quæ eccleſiæ patronatæ ſubire
debent,& ſi egent reparatione, vt re-
ficiantur, quæ ſi refici non poſſunt in
matrices eccleſias ab epiſcopo trans-
ferri poſſunt. ſeſſione 21. cap.7. & alia
in huiuſmodi materia conſideranda
ſunt, quæ late dixi ſupra in tractatu de
iure patron. unde prædictis attentis,
& diligenter conſideratis; videat Epi-
ſcopus an eccleſiæ ſine cura legitime
ſint inſtitutæ,an eius authoritate fun-
datæ, at onera ibi impoſita executio-
ni mandentur, an eorum bona vſur-
pentur vel ne, an munda cuſtodiãtur,
& bene clauſa cum oſtio, claue, & peſ-
ſulo bene firmis,an ibi celebretur die
bus ſolemnibus, vel dum concio in pa
rochiali habetur, quòd & de oratorijs
priuatis intelligi debet in quibus ſine
licentia epiſcopi celebrari non poteſt,
& ſi ibi non celebratur adhuc ab Epi-
ſcopo ſunt viſitanda, vt videat quomo
do cuſtodiantur, vt ſupra eſt dictum;
& videatur vlterius, an ibi ſint calices
planetę,& cæt. de quibus ſupra titu.de
eccleſijs eſt actum.

Quinto, viſitet monaſteria caſibus 3
quibus poteſt, de quo actum eſt ſu- in Viſita-
pra, & videat an ibi adſint qui ſacram tione mo-
ſcripturam interpretentur, quam le- naſterio-
ctionem in ſuis monaſterijs habere rum viro-
tenẽtur, vel ſacrorum canonum,alias rum, quæ
ab epiſcopo ad id cogi poſſunt. cap.1. obſeruan-
ſeſſione 5.in Trident.Concil. An præ- da.
dicent in alienis eccleſijs ſine epiſco-
pi approbatione, & in proprijs ſine e-
ius benedictione, contra ca.2.eadem
ſeſſione. An vbi cura animarum exer-
cetur ſit definitus certus numerus re-
gularium curam exercentium, iuxta
Bullam Pij Quinti, Calend.Nouemb.
1567. & an bonum ſit ibi conſtituere
vicarios perpetuos, quòd epiſcopus fa
cere poteſt, ſeſſione ſeptima, capit.7.

&an ibi cura animarum laudabiliter
exerceatur vt debet, iuxta ca. 11. ſeſſ.
25. & dicta ſupra de viſitatione paro-
chialium, & ſi quid deeſt de his quæ
ibi tradũtur, epiſcopus mandet proui-
deri. dicto cap. vndecimo, Et maxime
an ibi prædicetur, iuxta ibid. dicta, a-
lias epiſcopus prouidebit cum cõgrua
portione aſſignanda alicui qui id o-
nus præſtet. dicto cap. 2. ſeſſione quin
ta in Trident. Conc. & ſeſſ. 24. capit. 4.
& corriget prędicantes etiam errores
vel ſcandala, ſeſſione 5. capit. 2. de Ref.
Videat etiam an aliquis audiat confeſ-
ſiones ſecularium etiam clericorum
ab epiſcopo non approbatus. contra.
Concil. Trident. ſeſſ. 23. c. 15. & an ab-
ſoluant a caſibus Epiſcopo reſeruatis
ſine epi approbatione contra litteras
congregationis de mandato etiã papæ
emanatas. An etiam ijdem ſeruent in-
terdicta & cenſuras alias ab epo ema-
natas, & eas populo enuntient vt de-
bent. ſeſſ. 25. c. 12. de reg. An obſerue-
tur decretũ Conc. Trid. ſeſſ. 22. de obſ.
& euit. & ſeſſ. 25. c. 11. de regul. de eui-
tandis in miſſæ celebratione, & nõ ad-
mittẽdis laſciuis in ſono & cantu. An
mulieres admittantur intra ſepta clau
ſtri. contra Bullam Pij V. 24. Oct. 1566
An accedant ad publicas proceſſiones
etiam exempti, niſi viuãt in perpetua
clauſura, & ordinem ab epiſcopo ſtatu
tum ad tollendas controuerſias in ijs,
& funeralib. obſeruent, vt tenẽtur ſeſ.
25. c. 13. de reg. an celebrent in orato-
rijs priuatis ab epiſcopo non approba
tis, & an admittant peregrinos ſacer-
dotes ſine licentia epiſcopi, contra d.
decr. de euit. & ſeſ. 23. c. 13. An celebrẽt
in dięceſi vbi habent monaſteria dum
in parochia concio habetur. ſeſſ. 5. c. 2.
ſeſſ. 24. c. 4. q hortãdo dicitur, cum ad
id cogi non poſſint, niſi eps ipſe prędi
cet. cl. dudum. de ſepult. An aliquis ad-
mittat ad ordines ſacros ſine atteſta-
tione authentica, q in religione pro-
feſſionem emiſerit, cõtra conſt. Pij V.
75. Romanus pontifex. An monaſteriũ
ſibi elegerit conſeruatorem cuius no
men in curia epiſcopali deſcriptũ ſit,
ex conſtit. Greg. XIII. aliter epiſcopus
pro miſerabilib. perſonis cõtra eos ad
ſe recurrẽtibus cognoſcet & definiet.
ſeſſ. 7. cap. 14. An ſuperior monitus ab
epiſcopo vt puniat regularem qui ex-
tra clauſtra publice deliquit, paruerit,
aliter elapſis ſex menſibus epiſcopus
eum puniet. ſeſſ. 7. cap. 14. de regul. qui
& punire poteſt degentem extra clau
ſtra etiam ex cauſa honeſta, & de licen
tia ſuperiorum, nõ tamen ſub eorum
obedientia. ſeſſ. 6. ca 3. & qui extra mo
naſteria recedentes etiam prætextu
ſuos ſuperiores adeundi abſq; eorum
ſcripto reperti fuerint, tanquã deſer-
tores ſui inſtituti puniuntur. ſeſſione
25. capit. 4. de Regul. & eo magis ſi ha-
bitũ ſuæ religionis deſeruiſſe cogno-
ſcantur, & ſi quis a papa vel ſuperio-
re licentiam obtinuit ſub alio habi-
tu manendi extra monaſterium,
ſecundo menſe poſt ingreſſum diœ-
ceſis id oſtendere Epiſcopo debet,
aliter vt apoſtata punietur, & ſi quis
texit cauſam deponẽdi habitum, quia
per vim metum, vel ante ætatem de-
bitam ſe ingreſſum dicat, non eſt au-
diendus, niſi intra quinquennium a
die profeſſionis, intra quòd tempus
cauſas egreſſus coram ſuo ſuperiore,
& epiſcopo deducat, & ſi ante habi-
tum dimiſerit, ad monaſterium re-
dire cogendus eſt, & vt apoſtata pu-
niendus. ſeſſione 25. capit. 19. de regu-
lar. An noua monaſteria virorum vel
mulierum intra diœceſim ſine epiſco-
pi licentia ædificentur. ſeſſione 25. ca-
pit. 3. de regul. An monaſterium ha-
beat ſuos ordinarios Viſitatores, vel
ſubſit generalibus capitulis, & ad con
gregationes conueniat, aliter enim
epiſcopo in omnibus ſuberit. ſeſſione
vigeſimaquinta, c. octauo, de reg. Vi-
deat etiam an monaſterium immedia
te ſit ſub protectione Sedis Apoſtoli-
cæ, & non ſub capitulis generalibus,
vel epiſcopis, epiſcopus enim ſupple-
re poteſt defectus priorum, vel Ab-
batum, qui de triennio in trien-
nium non fecerint in regnis, & pro-
uincijs capitula. capitu. in ſingulis. de





ſtat. mon. conuocans eos pro huiuſmo
di cõgregationib. faciendis. d. c. videat
etiam ſi ſuperior non reuocet mona-
chum vagabundum, ipſe enim eum re
uocare poterit. c. ne religioſi. de regu.
Abb. in c. quanto. de off. ord. ſic videat
ſi debita regulæ obſeruãtia non ſerue
tur, epiſcopus enim iubebit, vt eã aſſu
mant ſecundum regulæ ſtatuta, & ſi in
tra 6. menſes ſuperiores moniti nõ vi-
ſitauerint, epiſcopus eos viſitare &
corrigere poterit iuxta eorum inſtitu
ta, ſeſſ. 25. c. 8. videat etiam an nouitij
qui ante profeſſionem ad ſeculum re-
uertunt, receperint omnia bona ſua a
monaſteriis, alias epiſcopus eos ad id
coget. ſeſſ. 25. cap. 16. Videat etiam an
ſuperior non fecerit monachum vaga
bundum omnia renuntiare in manib.
eius, ſic enim epiſcopus ſupplebit. cap.
quanto. de off. ord. Videat etiam an pa
rochialis eccleſia pleno iure ſpectans
ad Abbatem & conuentum collata ſit
infra ſex menſes, alias epiſcopus eam
conferet regulari ſi ita eſt conſuetum
dari, vel ſeculari ſi ita, & ſi eſt exempta
conferet authoritate apoſtolica. ca. 2.
de conc. pręb. cl. quia regulares. de ſup
pl. negl. & ſeſſ. 25. c. 21. & ſi eſt curata,
videat eius fundationem, & de inſtitu
tione curam exercentis, modo regimi
nis eius, vt cap. ſeſſ. 25. cap. 11. Et ſi ca-
pellanus eſt monachus q obſeruet vo
ta ſuæ religionis. cle. 1. de cel. & etiam
habeat ſecum alium monachum ſociũ
cap. 1. c. quòd Dei. de ſtat. mon. qui ta-
men monachus ibi non debet poni vt
curam exerceat, niſi in defectum cleri
corum ſecularium, vt d. Abb. in c. 1. de
cap. monac. aduertendo tamen q non
oẽs parochiales eccleſiæ regulariũ ſub
ſunt epiſcopo, exẽpti. n. ab eo ſunt & vi
ſitatione parochi cluniacẽſium, & a-
liorum Abbatum, & generalium ſedẽ
ordinariam principalẽ, vel iuriſdictio
nem epiſcopalem in parochos, & paro
chianos habentium, vel exercentium.
ſeſſ. 25. c. 11. Videat etiam an parochi
regularium accedant ad ſinodum, ob
populũ qui epo ſubeſt, & an exerceant
curam animarum populi epo cõmiſſi
ſine eius licentia, cui ẽt capellano per
monachos pręſentato, & ab epo inſti-
tuto dabitur portio cõgrua ex fructib.
eccleſię arbitrio epi. Conc. Tr. ſeſſ. 7. c.
7. & ſeſſ. 25. c. 16. qui etiã inde non põt
remoueri per Abbatem ſine cauſa legi
tima, vt ſi dilapidet bona eccleſiæ, vel
viuat incontinenter, quia tunc Abbas
eũ poterit remouere de conſilio frum
cum epi conſenſu. c. 1. de ca. mon. in 6.
& is ſi delinquat ab epiſcopo puniri
poterit & eccleſia priuari. c. poſtulaſti.
de for. compet. Videat etiam an aliqui
regulares extra monaſterium degant,
quia ratione contractus & delicti poſ
ſunt ab ordinario conueniri & puniri.
c. 1. de priu. in 6. c. quamquam. de cen-
ſib. in 6. Conc. Trid. ſeſſ. 7. cap. 14. & ma
xime ſi cũ miſerabilibus perſonis con
traxerint. d. c. 1. & d. c. 14. ſexto tenor
priuilegiorum regularium diligenter
debet attendi ad vidẽdum in quo ſub-
ſint epiſcopo, & in quo non c. recepi-
mus. de priu. c. ſi papa. eo. in 6. An regu
lares ſeruẽt dies feſtos ab epiſcopo ſta
tutos, & cenſuras. ſeſſ. 25. cap. 12. vel an
admittant mulieres intra clauſtra cõ-
tra Bullam Pij V. 1566. Greg. 28. & an
emiſerint tria vota ſi viuunt ſub obe-
dientia voluntaria, ex Bulla Pij V. 15.
Cal. Decemb. 1568. f. 306.

Quod ſi ſit ſuperior regularis, vel apo
ſtolicus viſitator q regulares viſitet,
eos in oĩbus uiſitabit, & præter ſupra-
dicta inquirat an diſciplina regularis
ſeruetur, & iuxta regulã viuant, & ma
xime circa obedientiam, paupertatẽ,
& caſtitatẽ, & ſi quę ibi ſunt peculiaria
vota, & an item circa victũ, veſtitũ, &
cõem vitam ſeruetur q regula præci-
pit. c. 1. ſeſſ. 25. de reg. An aliquis poſſi-
deat bona immobilia vel mobilia vt p
pria, vel ẽt noie cõuentus, ẽt in mona-
ſterijs mulierũ, & an oẽ id ſtatim ſupe
riori tradat, & an mobilia alicui cõce-
dant a ſuperiore cõtra ſtatũ paupertatis
quã ſũt pfeſſi. c. 2. ea. ſeſſ. An capucci-
ni vel minores de obſeru. bona ĩmobi
lia poſſideant, & an in alijs vbi id per-
mittitur, is tantum numerus recipia-
tur q ex reditib. monaſterij, vel cõſue-

tis eleemoſinis poſſit ſuſtentari, tã in
virorum quam mulierũ monaſterijs.
c.3. eod. An aliquis regularis ſine licẽ-
tia ſui ſuperioris ſubijciat ſe obſeqo
alicuius prælati vel principis, etiã præ-
textu lectionis, vel prædicationis, &
an qui ad ſtudia vniuerſitatum mittũ-
tur habitent in conuentibus, aliter ab
epiſcopo contra eos eſt procedendũ.
c.4. eod. An abbates, & alij ſuperiores
eligantur per vota ſecreta. c.6. eod. An
aliquis ibi ſit profeſſus ante 16. annũ
completum, & ante annum quam in
probatione quis ſteterit. ca.15. eod. &
an renuntiatio ante fiat, quæ inualida
eſt, niſi de licentia Epiſcopi fiat ante
duos menſes, quã profeſſio fiat, quæ
tamen effectum non habeat, niſi pro-
feſſione ſecuta, & an finito nouitiatu,
cogantur profiteri nouitij, excepta ſo
cietate IESV, & an tempore nouitia-
tus aliquid a parẽtibus eis detur exce-
pto victu & veſtitu, cap. 16. ead. ſeſſ. An
abbates qui ſunt ordinum capita, & a-
lij ſuperiores, epiſcopis non ſubiecti,
ſua monaſteria viſitẽt, etiam ſi cõmen
data exiſtant. c.20. ead. ſeſſ. An mona-
ſteria regularia ſolum regularibus bo
nis commendentur, & an habentes in
commẽdam monaſteria, quę ſunt or-
dinum capita, niſi eis de regulari ſuc-
ceſſore ſit prouiſum, religionem illo-
rum ordinum infra ſex mẽſes profeſſi
ſint, aliter commendæ ipſo iure vacãt.
c.21. ead. ſeſſ. videat etiam an habitan-
tes in communi ſub obedientia volun
taria, quorum habitus a ſecularib. pre
sbyteris eſt diſtinctus, tria vota emiſe
rint, iuxta conſtitutionem Pij V. 15.
Cal. Decembr. 1568. Inquirat etiam a
prælatis de obedientia & reuerentia
ſubditorũ, & a ſubditis de ſolertia prę
latorum in corrigendis exceſſib. ſubdi
torum. Inquirat etiam an Abbas vel
alius ſuperior, legitime ſit ingreſſus, &
canonice confirmatus, vel an aliqua ſi
monia in eorum electione, vel aliorũ
receptione ſit cõmiſſa, iuxta dicta ſu-
pra tract. de ſimonia, & de alijs inqui-
rat de quibus agetur infra ſub tracta.
de regularibus.

34 Sexto, viſitet monaſteria monialiũ,
& videat an plures ibi recipiantur mo
niales, quã facultates monaſterij, vel
conſuetæ eleemoſinæ exigũt. c.3. ſeſſ.
25. de reg. An omnia habeant commu
nia, & nil priuatim vel ſeparatim poſſi
deant etiã nomine conuentus, ſed om
nia communicẽtur. c.2. ibid. præfecta
tamen poterit pro ſua prudẽtia nil pa
ti ſinere eas quarum centemplatione
ea bona ad monaſterium peruenerũt.
An omnes die ac nocte horis canoni-
cis interſint ac ſacris officijs, pie ac de
uote, illis exceptis, quas ex cauſa pręfe
cta excuſandas exiſtimarit. An in men
ſa legatur liber ſpiritualis ab epiſco-
po approbatus, & diebus feſtiuis, etiã
regulæ aliqua pars. An omnes ſemel
in menſe confiteantur, & ſacram com
munionem accipiãt, oblato eis ter in
anno præter ordinarium, alio confeſ-
ſore, ſeſſ. ead. c.10. & an illis pie prędi-
cetur, & die qua cõmunicarint ab om
ñi collocutione abſtineant. An aliquis
audiat confeſſiones earum a ſuperio-
re non probatus, idq; extra ſepta mo-
naſterij, quæ niſi ex graui cauſa ingre
di non poteſt, & de licentia epiſcopi,
nec ibi pernoctare etiam in foraſte-
rijs niſi cum alicui moniali mors im-
minet. An admittatur ad celebrãdum
in eccleſia aliquis ab epiſcopo nõ pro-
batus, vel a ſuperiori ſi monaſterium
regularib. ſubditum eſt; & an ſanctiſſi
ma Euchariſtia cuſtodiat̃ in altari ma
iori extra ſepta monaſterij, d.c.10. An
aliqua monialis cum aliquo loquatur
ſine licentia ab eo ab epiſcopo acce-
pta, niſi mater vel ſoror ſit, & tunc cũ
alijs ſermo eſt habẽdus, niſi pater vel
frater ſit, præsẽs ſit aliqua monialis æ-
tate & moribus grauis a pręfecta ad id
deputata; An aliquis etiam clericus,
vel fœmina accedat ad monaſteria mo
nialium docendæ muſicæ cauſa, vel al-
terius artis. An aliqua monialis ſcri-
bat ad aliquem ſecreto ſine eo quod
pręfecta prius literas legerit, niſi ad ſu
periorem monaſterij pro eius bono,
vel ſine eiuſdem licentia munera mit-
tat vel accipiat. An vbi ædes vicinorũ
in

In Viſitatione monialium, quæ obſeruanda.



in monaſteria inſpiciunt altius parie-
tes tollantur, An aliquis ingrediatur
ſepta monaſterij ſine epiſcopi licentia
ſeſſ. 25. c.5. & Bulla Greg. XIII. incip. v-
bi gratia. 1575. vbi abſolutionem excõ
municationis ſibi reſeruat, licentia ve
ro non debet cõcedi niſi ex cauſis ne-
ceſſarijs & monaſterio vtilibus, ſine
quo nec epiſcopus ingredi poteſt, ea
vero licentia non eſt concedenda niſi
perſonis neceſſariis monaſterio ut me
dicis, & huiuſmodi, & quæ etiam ſint
morum probatorũ, quæ licentia quo-
tannis renouetur, & in ea perſonæ il-
læ quæ ĩgredi opus eſt noĩatim deſcri-
bantur, ſic tamẽ vt quæ officia monia-
les intus præſtare poſſunt, ad ea exe-
quenda viros vel mulieres non intro-
ducãt, & præfecta eos ibi morari non
ſinat vltra quam neceſſitas poſcat, qui
bus tamen ibi pernoctare oĩno prohi
bet̃, niſi confeſſori cum aliqua morti
eſt proxima, modo tamẽ ſupra narra-
to, vel medico in caſu neceſſitatis. Et
cum etiam eligenda eſt præfecta ſupe-
rior ſepta ingredi non debet, ſed ma-
nere ad feneſtras collocutionis ibi ſuf
fragia occulta accepturus. ſeſſ. 25. c.7. q̃
tamen non eligatur minor 40. annis,
d. Cõc. niſi neceſſitas vrgeat & habeat
duas ex tribus partib. ſuffragiorum, Vi
cariam tamen & alias dimidiam partẽ
habere ſat eſt; An ianua monaſterij
die vna claue, & nocte duabus claudia
tur, & ſine licẽtia præfectæ aperiatur,
& an ad feneſtrellas collocutionis fer-
rei cancelli apponantur, & intus lami
na ferrea foraminibus diſtincta, & an
ibi ſit oſtium quo monialis eccleſiam
exteriorem ingredi poſſit, quòd om-
nino vetitum eſt, vt & è ianua clauſu-
ræ monaſterij tranſire ad aperiendam
vel claudẽdam ianuam vlteriorẽ qua
aditus eſt ad rotas, cũ illa ianua ſit ex-
tra clauſuram, vt declarauit Gregor.
XIII. 3. Calẽ. Ian. 1572. An virgines ſa-
cræ poſt ſacrum habitum ſumptum è
ſeptis monaſterij egrediantur præter-
quam cauſa incendij, lepræ, vel peſtis,
vel niſi ante profeſſionẽ egredi velint,
alias excommunicationem incurrũt
ex Bulla Pij V. Cal Feb. 1569. quæ licẽ
tia ab epiſcopo tãtum conceditur, An
vbi reditus, vel conſuetæ eleemoſinæ
cum laboribus ſufficiunt ad alẽdas mo
niales, etiam conuerſę egrediantur ad
quæſtuandum. contra Bul. Greg XIII.
3. Cal. Iun. 1572. & vbi non ſufficit, an
quę mittuntur ad quæſtuandũ ſeruẽt
conditiones litterarum congregatio-
nis. 4. Id. Febr. 1573. videlicet, vt ſolum
emittãtur donec ad eum numerũ mo-
niales redigantur, quæ ex prædictis ali
poſſit, vt non plures octo emittantur,
vt binæ ſaltem incedãt quæ nunquam
diſiungantur, vt ſint ſaltem 40. anno-
rum & vitæ probatæ, vt non exeãt ex-
tra ciuitatem, & oppida vbi monaſte-
ria habent, niſi epiſcopo & ſuperiori
ſecus videatur. Vt extra monaſterium
non pernoctent, niſi de epiſcopi licen
tia quo caſu ſimul ſemper dormiant,
Vnde de cętero is tãtum numerus eſt
accipiendus qui ibi, vt ſupra ali poſſit.
ſeſſ. 25. c.3. niſi ingrediens dotem aſſi-
gnet qua alatur, quæ tamen minui po-
teſt, vbi laboribus victus quæritur, An
monaſteria extra męnia vrbis, vel op-
pidi conſtituta ſine periculo manere
nõ poſſunt quæ intra illa reducuntur.
ſeſſ. 25. c.5. An antequam puella in ca-
pitulo recipiatur conſenſus epiſcopi,
vel ſuperioris regularis præcedat, quę
etiam nõ eſt ab Epiſcopo admittenda
niſi poſt annum quo ſuum animũ præ
fectæ & monialibus aperuerit, vt inte
rim ipſa labores & inſtituta monaſte-
rij cognoſcat, & moniales eius volun-
tatem, quo etiam tempore par eſt, vt
confeſſor monaſterii illam cõfiteatur
frequenter, & ei ſacramentũ commu-
nionis miniſtret eam inſtruens de vo-
tis religionis & laboribus monaſterij,
ne vnquam conqueri poſſit, nec tunc
recipiat̃, niſi ex trib. duas ſuffragiorũ
partes habeat, & cum recipitur in li-
brum referatur eius nomen, tum tem
pus etiam quo habitũ ſuſcipiet, & pro
feſſionem emittet, & interim intra ſe
pta non admittatur, interim omni va-
no habitu demiſſo oſtendens ſe ſecu-
li vanitatibus renuntiare, quæ puella

non prius admittatur ad habitum ſuſcipiendum ſacrum, quam epiſcopus vel alius eius mandato illius voluntatum explorarit mores item & ętatem. ſeſſ.25.c.17. & q̧ 12. annis minor non ſit, & illum habitum non induatur, niſi poſt ſex menſes, quā ad capitulū eſt recepta, niſi epiſcopo aliud videatur, & ſi ante habitum non eſt confirmata, confirmetur omnino, & in ſuſceptione habitus nomen ſanctę alicuius ei imponatur, & q̧ examinabunt puellam, moneant eius parentes, & alios ad quos pertinet excommunicationis latæ contra cogentes aliquas ſuſcipere habitum ſacrum vel religionē profiteri. ſeſſ.25.c.18. & probationis tēpore nil puellæ detur præter victum, & veſtitum. ſeſſ.25.cap.16. dos tamen in aliquo loco tuto reponatur, vt facta profeſſione monaſterium ſtatim illam habere poſſit, quæ dos a præfecta monaſterio conſeruetur, niſi æris alieni ſoluendi neceſſitas vrgeat, quòd tamen cum epiſcopi licentia fiat, In quo habitu ſuſcipiēdo nulla pompa adhibeatur, ſed a propinquis in exteriorē eccleſiam ducta, a monialibus intra ſepta introducatur, prius tamen in eccleſia Miſſa audita, & ſacra communione ſumpta, & a ſuperiore monaſterij, vel confeſſore habitu ſacro induta, ac pio ſermone ad id opus ſancte peragendum accenſa. An nouitiæ cum ſola magiſtra earum verſentur loco a monialibus ſeparato, a qua in timore Dei & inſtitutis monaſterijs erudiātur. An aliqua recipiatur ad profeſſionem ante decimumſextum annum expletum. contra. cap.15.ſeſſ.25. cum profeſſio ante ſit nulla. dicto c. & menſe ante epiſcopus moneatur, vt exploret eius voluntatem, & de eius progreſſu in inſtituto monaſtico, & officio recitando, ac huiuſmodi quòd ſeorſum a monialibus fiat; & nulla monialis ſit quæ ſtato tempore profeſſionem non emittat etiam ſi ſit conuerſa, vel habitu dimiſſo, ſi non eſt profeſſura, domum reuertatur, ex Bulla Gregorij XIII. 3. Calend. Ian. 1572. & nulla obligatio vel bonorum virginis renuntiatio niſi infra duos menſes ante profeſſionem, & cū epiſcopi ſcripta facultate fieri poſſit, quę non facta profeſſione effectum tamen nō ſortiatur. c.16.ſeſſ.25. An moniales habeant ſpeculos vnguenta, catellos, & huiuſmodi vana, vel habitu ſeculari etiā animi relaxandi cauſa induantur, vel in imagunculis fucatis formandis tēpus proterant; An cuſtodiæ cauſa accipiāt gemmas vel veſtes, niſi de epiſcopi licentia, An præfecta cum vicaria ter in anno cellas lectos libros monialiū viſitet, & quòd earum ſtatui non conueniat auferant; An præfecta reuideat libros eius quæ pro monaſterio expendit, & ſingulis quibuſq; tribus menſibus accepti & dati rationes ad capitulum referat, & ad ſuperiorem; An alienent bona monaſterij permutent, vel locent ſuperiore inconſulto. An ſingulæ in vno lecto dormiant, & ſi domus anguſta ſit, tres ſaltem lecti in vno cubiculo ponantur vbi ſingulę dormiāt. An habeant nummos apud ſe, niſi officij cauſa, aliter vt proprietariæ puniātur, An moniales ſe dedant orationi lectioni ſacrorum & piorum librorum, ambagibus, & inutilibus rebus omiſſis; An monaſteria vbi puellæ conſueuerunt recipi educationis cauſa, id faciant ſine epiſcopi & ſuperioris licentia, q̧ non cōcedatur niſi ob magnam monaſterij egeſtatē, & interim nullæ moniales veſtiātur, donec ad eum numerum redactū ſit, vt moniales ex fructibus monaſterij, & alijs de quib. ſupra ali poſſint, niſi aliud epiſcopo videatur, nec recipiātur, niſi honeſtis parentibus ortæ, nec minores decem, aut maiores quindecim annis, & ea ſumma pecunię, vt ali commode poſſint, quæ cum ad decimumquintū annum deuenerint, emittantur ſi ſacrum habitum non induerint, niſi aliud epiſcopo videatur, & cum habitum volunt ſuſcipere prius parentum habeatur conſenſus, & apud eos per menſem maneant; Dum vero in monaſterio morantur laneas veſtes induāt

ſu-



fuſcas, vel albas ab omni ornatu ſuperfluo abſtinentes, loco a monialibus ſeparato cibum ſumentes, & dormientes, præter eas quæ illarum curæ præpoſitæ ſunt, & cum propinquis nō loquantur, niſi ſupra relatis ſeruatis, & a monaſterio nunquam exeant, alias non iterū recipiantur, niſi epiſcopus id ſemel tantum conceſſerit. Circa moniales etiam inquiri poterunt, quæ ſupra de regularibus reſpectiue ſunt dicta, & infra tract. de monialibus agetur.

35 in Viſitatione Lectorū, concionatorū confeſſorū, & præceptorum quæ obſeruanda.

Septimo, viſitet epiſcopus lectores, concionatores, pręceptores grammaticæ, & confeſſores, & hęremitas, &c. Lectores Teologiæ, vel ſacræ ſcripturæ videat an legant in eccleſijs ſine eius licentia, contra. cap. primū ſeſſ.5. & an profeſſionem emiſerint iuxta Bullam Pij Quinti, incipientem, in ſacroſancta. anno 1564. & an diligenter munus ſuum exequantur, ſi cum charitate, zelo pietatis, & animarum ſalute proficiāt, vel an ſub ſpecie pietatis, impietas diſſeminetur, & ſi quid a vero alienum aſſerere comperti fuerint, inde amoueantur alio bono ſuffecto, & an ſeruēt ea quæ de concionatore dicentur. An concionator ſit approbatus ab epiſcopo ſi prædicat extra religionē. Si ibi an benedictus, & an prædicet errores, vel ſcandala contra. ca. 2. ſeſſ. 5. An doceat populum dies feſtos ſeruare, & ea die omnino Dei ſeruitio omnibus curis depoſitis vacandum eſſe, ex Bulla Pij V. 6. Calen. Apr. 1566. abuſus circa eorum diſſolutionem maxime chorearum ludorum, & huiuſmodi deteſtantes, An moneāt populum dominicis & feſtiuis dieb. parochiā accedere, vt ibi miſſam audiāt, & ſacram concionē. ſeſſ.24.c.4. & ſeſſ.22. decr. de obſ. & abſtineāt a circulatorū hiſtrionū, & huiuſmodi auditione. An patres & matres in familię eruditione inſtituant, An hortētur ad ieiunia ſeruanda. ſeſſ.25. decr. de del cib. & ad opera pia exercenda frequentem cōfeſſionem, & cōionem, ſeſſ.12.c.8. ſeſſ.25. c.6. An in ſuis ſermonibus prælatis eccleſiarum detrahant. contra cle. dudū. de ſepult. cl. religioſi. de priu. vel retrahant populū ab eccleſia parochiali, vel decimarū ſolutiōe, & hmōi. d cl. & alia obſeruēt q̃ infra tr. de concionatorib. habentur. An pręceptores grāmaticæ emittant profeſſionē fidei ex Bulla Pij V. 1564. & an bonis morib. pręditi ſint & an legant libros hęreticos, vel ſuſpectos, aut eos habeant, vel obſcena pueris perlegant cōtra regulam. 7. indicis. An clericos bene inſtituant in cathechiſmo Romano, & pueros rudimēta fidei edoceāt, & eos ad eccleſiā adducant. An confeſſores ſint ab ep̃o approbati iuxta c.15. ſeſſ.23. in Tr. Concil. & an obſeruent ea q̃ dicta ſunt ſup. in ſacr̃o pęnitentię. & an a caſibus ep̃o reſeruatis abſoluāt, & magis papę ſine licentia, & an habeant ſcientiā ſufficientem ad confeſſiones audiendas, vt norīnt differentiā inter mortale & veniale, caſus excōicationum, & reſtitutionum, iuſtitiam contractuum, & hmōi. An heremitę approbati ſint ab ordinario, & de eius licētia habitum ſumpſerint, an certo loco aſſignati, an bene viuant, & regulas ſeruent.

36 in Viſitatione hoſpitalium, montium, & confraternitatū, quæ obſeruanda.

8. Viſitet hoſpitalia, montes pietatis, confraternitates, & omnia loca pia, & quo ad hoſpitalia videat an ſint publica vel priuata, & ad q̧ officium ſint erecta, & an de epiſcopi conſenſu, ſi dātur in titulum, & qũo, vel ſi habēt patronos qui pñtent, vel gubernatores q̧ illa regant, An eorū bona iuxta inſtitutum congrue diſpēſentur, vel an occupētur a patronis, vel alijs, ſeſſ.22.c.11. ſeſſ.25.c.8. ſi dētur in titulū, an illa obtinētes legitime ſint ingreſſi, vel ſi ad nutum ſunt amouibiles, & an pij ſint in ſuo opere exequendo, & oneri impoſito ſatisfaciant. An ſingulis annis reddant rationem ordinario eorum adminiſtrationis. ſeſſ.22. capit.19. etiā ſi teſtator vel fundator id prohibuerit. An ibi hoſpitalitas actu exerceatur, iuxta inſtitutum. ſeſſione 25. cap. 8. etiam ſi ſint commendata, vel in adminiſtrationem conceſſa. dicto cap. 8. & ſeſſione 7. c. decimoquinto, alias ſi

mo-

moniti ab epiſcopo munus hoſpitali-
tatis obire ceſſarint, nõ ſolum eos co-
get ad id per cenſuras, ſed etiam eos
adminiſtratione priuabit atque ad re-
ſtitutionem fructuum coget, & alios
eorum loco ſubſtituat, ſi quid contra
inſtitutionem hoſpitalium percepe-
runt. ſeſſ. 25. c. 8. ſi tamen hoſpitalia ad
certum peregrinorũ infirmorum, vel
huiuſmodi genus ſuſcipiendũ fuerint
inſtituta, & ibi non ſint ſimiles perſo-
næ, vel paucæ, fructus, & eleemoſinæ
collectæ in alium piũ vſum proximio-
rem inſtitutioni, vel alium vſum piũ
ab epiſcopo cum duobus de capitulo
conuerti poterunt, niſi aliter in hunc
euentum in inſtitutione fuerit expreſ
ſum. d. c. 8. non autem a gubernatorib.
hoſpitalis. c. cum nõ ab homine. de iu-
dic. nec adminiſtratio hoſpitaliũ vni
vltra triennium committatur, niſi ali-
ter in fundatione caueatur. d. c. 8. qui
etiã gubernator iurare debet de bene
gubernãdo ad inſtar tutoris, nec id mu
nus detur, niſi tantum viris integris,
& bene notis, nec minoribus 25. annis
ad inſtar tutorum. vt not. in Cle. quia
contingit. verbo. tutor. de relig. dom.
qui & ſcientia idonei ſint, diligentes,
& pij in ſuo munere, & iurent ſe vtilia
curaturos, & contraria vitaturos, & ꝙ
res & perſonas ibi exiſtẽtes cuſtodiẽt,
& ad vſum miſerabilium perſonarum
iuxta hoſpitalis inſtitutũ conuertent,
& eorum eccleſias ac domos reficiẽt,
nec permittant eorum bona vſurpari,
& vſurpata reuocent, & de bonis ſuis
inuentarium faciant, alias epiſcopus
ſuppleat adminiſtratorum, vel titula-
rium negligentiam. Clem. quia contin
git. de relig. dom. & nullo modo eis cõ
donet eos fructus quos cõtra hoſpita-
lium inſtitutionem perceptos in foro
conſciæ reſtituere tenẽtur. ſeſſ. 25. c. 8.
& d. cl. & vbi aliq̃d debetur pauperibus
vere pauperibus diſtribuantur, in quo
ep̃s curam adhibeat, an ita ſeruetur,
nec eorum bona immobilia, vel mobi
lia pretioſa vendere, permutare, vel in
emphiteuſim concedatur niſi ſeruatis
ijs quæ a canonibus præcipiuntur, epi
ſcopi deſuper conſenſu accedente. ex
Extrauag. Pauli II. de reb. eccl. non al.
in extr. cõm. incip. ambitioſo; in quo
etiã papæ conſenſus requiritur, vt ibi
dicitur, niſi vbi, quo ad id Bulla illa nõ
eſt vſu recepta, tunc enim ſufficit con
ſenſus ordinarij ex Cõc. prou. Med. 1.
tit. quæ ad piorum loc. An mares ibi
ſeparati a mulieribus habitent. An ſi-
ne licentia epiſcopi eleemoſina ꝓ ho-
ſpitalibus quæratur, qui videat an ibi
reuera hoſpitalitas debita exerceatur
& illas colligẽtes ſint bonę famę, & cer
to pretio conducãtur, nullo vero mo-
do certa pars eleemoſinarum eis præ-
ſtetur, nec ſint è numero quæſtorum à
Trid. Conc. damnatorum, & ꝙ eleemo
ſinæ expendantur in vſum petitũ non
alium. An infirmis ibi degentibus ſa-
cramenta miniſtrentur. cl. 2. §. fi. de re-
lig. dom. An quærentes eleemoſinas ꝓ
ipſis, indulgentias publicent, portent
priuilegia, reliquias, campanulas, con-
cionentur contra. ſeſſ. 5. c. 2. ſeſſ. 21. c. 9.
An confraternitates huiuſmodi illici-
tæ fiant tractu temporis, cl. ad noſtrã.
de heret. cl. 1. de Relig. dom. vt begui-
norum, bizochorum, fraticellorum,
& huiuſmodi, quæ remouebit epiſco-
pus, non tamen collegium leproſorũ.
vt d. Abb. in c. 2. de eccl. ædif. vnde ſinę
licentia epiſcopi erigi non debent, vt
ſupra eſt dictum. An habeãt aliqua ſta
tuta ſuperſtitioſa, quæ videãtur & tol
lantur. An ritus Romanæ Eccleſiæ in
officijs diuinis obſeruent, An regulas
confraternitatis ab epiſcopo approba
tas ſeruent, an adeãt ad publicas pro-
ceſſiones, quo habitu & decẽtia, an in
ſuo oratorio recitent diuina officia, &
quo modo, an ibi celebretur dum con
cio habetur in parochiali, vel ſolenni-
bus diebus, An cõgregationes habeãt
& quid ibi tractetur, an commeſſatio-
nibus ſe dedant bona fraternitatis cõ-
ſummentes, vel in loco congregatio-
nis comedentes etiam de cibis ꝓprijs
ibi collatis, An habeant bona, & eorũ
inuentarium fecerint, & recte admini
ſtrent, iurando, vt ſupra de hoſpitalib.
eſt dictum, & ea non alienando vt ibi
eſt



eſt dictum, an epiſcopo adminiſtratio
nis rationem reddant quotannis. An
congregationes incipiãt ab oratione,
& perficiant, An prædicẽt vllo modo,
& cętera obſeruẽt reſpectiue, quæ de
hoſpitalibus ſunt dicta.

An montes pietatis apoſtolica & pu
blica authoritate ſint erecta, An ibi a-
liquid exigatur, præter id ꝙ eſt neceſ-
ſarium ad alendos miniſtros, an depo-
nentes ibi pecunias aliquid exigant,
niſi coacti a principe mutuarint, vt di-
xi in tr. de vſuris. c. de montibus pie-
tatis. An habeantur libri in quibus pi-
gnora accepta deſcribantur, ita vt in
reddendis pignorib. nullus error, vel
fraus contingere poſſit. Si pignora be-
ne cuſtodiuntur, & expectẽt congruo
tempore dominus pignoris etiam ter
mino elapſo, vt id redimere poſſit, &
ſi ei reſtituitur id ꝙ pluris venditum
fuit, ſi cuſtodes vel æſtimatores aliquã
fraudem faciunt in cuſtodiendo vel ę-
ſtimando; An ſepe fiant congregatio-
nes, vbi tractetur de conſeruatione ip
ſius montis, & an montes prædicti eri
gantur etiam in oppidis vbi fieri põt.
An piorum locorum adminiſtratores
eis aliquam pecuniam debeant, tunc
enim illorum miniſtri eſſe nõ poſſint,
& an mutuent bona piorum locorum
alicui præter inſtitutum, An quæ pau-
peribus relicta ſunt veris pauperib. di-
ſtribuantur. An vbi ſine intereſſe ali-
quid eſt mutuandum, vſura exigatur,
& an adminiſtratores ſolliciti ſint in
exigendo, ꝙ eſt mutuatũ. An alienent
bona ipſorum non ſeruatis ijs de qui-
bus ſupra de hoſpitalibus eſt dictum,
An iurent ſe fideliter bona ipſorum,
adminiſtraturos, & an epiſcopo quo-
tannis adminiſtrationis rationem red
dant. ſeſſ. 22. capit. 19. An confecerint
triplex inuẽtariũ bonorum ipſorum,
quorum vnum apud ipſos, aliud apud
Rectorem eccleſiæ, tertium in archi-
uio epiſcopali conſeruetur. An deſcri-
bant legata cum eorum oneribus, quę
ſucceſſiue illis relinquuntur, & diligẽ-
tes ſint in eis exigendis, delatis ad epi-
ſcopũ ijs q̃ ſoluere diſtulerint. An pie
& ex charitate officium illud admini-
ſtrẽt, & ſint bonæ exiſtimationis, & cu
rent vt vbi aliqui aluntur ſumptibus
piorum locorum, Officium B. V. vel
Roſarium, aut coronã pro ijs qui bo-
na reliquerunt pie recitent. An ordi-
nata in cõgregationibus in librum re-
ferantur, & an legatorum cum oneri-
bus exemplum ad Archiuium epiſco-
pale tranſmittant. An in lapide aliquo
inſcribatur fundatio loci pij, & ad quẽ
vſum, vel quo tempore id actum ſit, cõ
tinens. An legata relicta, vel fructus in
alios vſus, quam eſt inſtitutum ſine epi
ſcopi conceſſu conuertantur, cum vlti
mas voluntates ſine epiſcopi, & quan-
doque papæ licentia immutare non li
ceat. ſeſſ. 22. c. 6. 8. & ſeſſ. 25. cap. 4. & epi
ſcopus earum ſit executor. d. c. & vbi
eleemoſinæ ꝑ capita & familias diſtri-
buuntur pauperibus tantum conferã-
tur, niſi ex teſtamẽto epiſcopo pateat
etiam non egenis indiſtincte id dan-
dum eſſe, ꝙ ex verbis dignoſcatur; ſi
eñ habeatur id relinqui in remediũ
animæ vel amore Dei, & huiuſmodi,
erit legatum pium, & ſic pauperib. tan
tum debebitur. glo. & Bart. in l. ſi quis
Titio. ff. de leg. 2. Abb. in ca. relatum. 1.
de teſtam. & parochus præſens ſit hu-
iuſmodi diſtributionib. qui illas in li-
brum referat diemque qua diſtributę
ſunt cum duorum teſtium ſubſcriptio
ne, qui & in librum referat omnes qui
in eius parochia tenẽtur ad eleemoſi-
nas erogandas, vel ſint pia loca, vel v-
niuerſitas, vel familiæ particulares, &
curet vt oneri ſatisfiat, alias ad epiſco
pum id referat. An eleemoſinæ colli-
gantur dandæ egenis qui præ verecũ-
dia mendicare erubeſcunt, & eis den-
tur a parochis, vel pijs locis, & hęc om
nibus ſupra dictis hoſpitalibus. ſ. con-
fraternitatibus, &c. & alijs pijs operib.
accommodari poſſunt.

Nono epiſcopus viſitet populum, & 37
inquiratur an aliquis in populo ſit hę
reticus. c. ad abolendam. de hæret. qui
ſcilicet male ſentiat de articulis fidei,
ſacramentis, ſacr̃alibus. vel de ſacra
ſcriptura. c. hæreſis. 24. q. 3. vel poteſta-
an

in Viſitatione populi, quæ obſeruanda.

te eccleſiæ, vel papæ, vel credit aliquã
hæreſim, c.a recta.24.q.1. vel dicit vſu
ram non eſſe peccatum.cl.1.de vſur.&
huiuſmodi, an hæretici denuntiẽtur,
an quis verſetur in partibus hæretico
rum ſine licentia inquiſitionis, an ha-
beat libros prohibitos in indice, an qs
ſit ſuſpectus de hæreſi, vt adorans dæ-
mones, imagines baptizans, dæmones
conſulens, vel inuocans, aut arrepti-
tios, vel in phiala inſpiciens, c.hi qui.
26.q.2.abutens ſacramentis, exercens
ſortilegia, diuinationes, ſupſtitiones,
ſapientes hæreſim manifeſtam, c.accu
ſatus.de hær.in 6.perſeuerans in excõ
municatione per annum.gl.in c.cõtin
git.de dol. ſacras imagines frangens,
c.2 §.fi.de off.ord.in 6.lamias exercẽs,
& huiuſmodi, de quibus dixi caſ.2. in
caſib.reſeru. ſimiliter exercẽs aſtrolo-
giam iudiciariam, vt ibi habetur. An
aliqui magiam exerceant, vel ſuperſti-
tiones, ſortilegia, diuinationes, & va-
nas obſeruationes, de quibus late di-
xi caſu.8.ibid. & prædictos puniat.c.2.
de hær. in 6. an habeantur libri laſci-
uas res ex profeſſo tractantes. An Do-
ctores profeſſionem fidei emiſerint,
ex Bulla Pij IIII. ſacroſancta, 1564. &
idem de medicis, & an ijdem iurẽt de
non viſitando infirmos poſt tertiam
diem, niſi confeſſi ſint. iuxta Bullã Pij
V.ſuper gregẽ.1566.& an eis dent me
dicinas in pernitiem animæ.contra.c.
cum infirmitas. de pęnit. & videantur
eorum libri, & aliorum etiam an quid
in eis prohibitum ſit.ſeſſ.7. de lib.dele
ctu.ſeſſ.4.c.1.c.inſuper. & qui mali ſũt
amoueãtur, & hñtes puniãtur.c.ſãcta.
d.15.cap.ſi qui.5 q.2. & Bulla Pij IIII.
Dominici gregis.1564.& ſimiliter viſi
tẽtur omnes bibliothecæ, & videatur
ſi quid eſt prohibitum, & an imprimã
tur libri aliqui, ſine licentia epiſcopi,
& inquiſitoris.reg.10.indicis.ſeſſ.4.de
edit.lib.cuius exemplum apud ipſum,
vel inquiſitorem maneat, aut impreſ-
ſorem. d. reg.10. An aliqui abutantur
ſacra ſcriptura ad ſcurrilia, quos eps
corriget, An laici prædicent contra c.
cum ex iniuncto, de hæret.ſeſſ.24.c.4.
aliter excommunicẽtur ſi non deſtite
rint.c.2.§.1.de hæret.in 6.An aliqui cõ
iuncti ſint matrimonio in gradu pro-
hibito.cl.eos.de conſang.vel non præ-
ſente parocho.c.1.ſeſſ.24. qui ſeparẽt.
cap.5.ibid. vel contra ſtatuta, ead.ſeſſ.
An cauſa ſpiritualis in laicum compro
mittatur contra.c.contingit. de arbit.
An adſint concubinarij qui excommu
nicentur.ſeſſ.24. c.8. an inceſtuoſi, hu-
iuſmodi grauẽ pęnitẽtiã imponendo.
c.inceſtuoſi.35.q.9. & ſimiliter de pec
cantibus contra naturam.auth.vt non
luxurientur, & ſimiliter adulteris, &
maxime ſi quis duas ſimul vxores ha-
buerit.c.1.de off.ord. An vſurpent bo-
na eccleſiaſtica qui excõmunicati ſunt
ſeſſ.22.c.11.ſi id faciunt poteſtate vſur
pata, ſecus ſi vt fures, ſimiliter an reti-
neant decimas.contra.c.1.de decim.q
excommunicantur, nec abſoluantur,
niſi facta reſtitutione. c.12. ſeſſ.25. &
fructus non ſunt exportandi, niſi prius
ſolutis decimis, vel præſente nuntio
exigentis.Io.And.in c.2.de Decim.An
perſoluãt legata pia. c.qui oblationes.
13.q.2.& an notarij illa denuntient. an
aliqui ſint apoſtatæ a fide. i. qui rece-
dunt ab omnibus articulis fidei; vt di-
cit D.Th.2.2. q.12.art.1. ad 3. vel ſciſ-
matici, qui non ex errore intellectus,
ſed per contumatiam voluntatis ab v-
nitate eccleſiæ receſſere. c.1.de ſchiſ-
mat.an vſurarij. c.quoniã. de vſur. an
mediatores in ſimonia. extr.fi.de ſim.
An blaſphemi quibus pęnitẽtia impo-
natur.c.1.2.de maled. An falſarii litte-
rarum apoſtolicarum. c.ad falſariorũ.
de crim.falſ. An incẽdiarii. l.qui ædes.
ff.de incend. An opprimãt libertatem
eccleſiaſticam.ſeſſ.25.cap.20. An ludis
prohibitis vacent.c.1.de aleat.l.1.ff.de
aleæ luſu. An in ſpectaculis vtantur ve
ſtibus religioſis. c.clericis. c. cũ ad de-
corem.de vit.& hon.cler.c.interroga-
ſti.27. diſt. An duella exerceant vel ijs
opem dent, qui ſunt excommunicati.
ſeſſ.25.c.19.vel torneamenta & artem
ſagittariam.c.1.de torneamẽtis.An in
eccleſia delinquant. cap.cum adeo.de
reſcript.an frequentẽt monaſteria, an
aliqui



aliquis crimen notorium cum ſcanda
lo commiſerit. c.vas. de relig.dom.in
extr.comm. An barattarias exerceant.
§.quoque.14.queſ.4 an ſint diſcordes
quos concordare curet. c.ſtudendum.
9.diſt.c.ſi primates.5.q.2. An bene ve-
niant ad eccleſiam, & diuina audiant.
cap.Ioannes. de homic. an ibi deuote
ſtent, vel prope altare accedant dũ ſa-
cra fiunt cõtra. c.vt laici. de vit.vel ibi
tempore diuinorum ambulent vel col
loquãtur.contra Bullam Pij V. de qua
ſupra in viſit.eccleſ.eſt dictũ. An dies
feſtos ab Eccleſia præceptos, vel ex vo
to loci colant, aut conſuetudine gene-
rali, remotis mercatibus, & nundinis.
c.1.de fer.per 24.horas, iuxta ritum lo
ci, & remotis etiam choreis, comedia-
rum recitatione haſtiludijs, & huiuſ-
modi, maxime die patroni, & tempo-
re diuinorum. An miſſas diebus feſti-
uis integre & deuote audiãt. c.miſſas.
de conſ.diſt.1.& maxime in parochia,
ſeſſ.22.de obſ & euit.etiam qui greges
cuſtodiunt. An ſeruent iuramenta. ca.
licet. de iureiuran. in 6. An habeant
ſtatuta quæ ſine peccato ſeruari non
poſſunt quæ delenda ſunt.capit.fin.de
præſcript.cap.nouit. de Iudic. An in-
fantes exponantur, nec alantur a pa-
rentibus; ſic enim tenentur reſtitue-
re locis pijs expenſa, ſi poſſunt, & illos
alere.capit.1.de inf.expoſ.etiam ſi ſint
naturales tantum. ca cum haberet. de
eo qui cogn. An caupones cibos veti-
tis diebus prohibitos aduenis vendãt,
an obſtetrices ſciant formam baptiſ-
mi, & an ab epiſcopo approbatę, an ſĩt
lęnones ſacrilegi, & hmõi. Et circa lai-
cos vlterius alia inquirat, de quib.ſup.
c.de poteſtate epi dictum eſt, poſſe cer
tis caſib. epiſcopum contra laicos pro
cedere, cõtra eos procedendo cẽſuris
ſi non reſipuerint, & pęnas a canonib.
taxatas eis in foro pęnitentiali impo-
nendo, q solum ei contra laicos licet
vt d.Cucch.tr.de viſit.nu.54. ſi proce-
dit in crimine nõ pertinẽte ad forum
eccleſiaſticũ cõtra laicos, nam in perti
nẽte ad illud poteſt alijs remedijs vti,
vt & iudices laici faciunt, citra tamen
pœnam ſanguinis, vel etiã mulctas pe-
cuniarias ſi magis timentur.c.dilectus
c.irrefragabili.§.fi. de off.ord.ſeſſ.4.de
edit. eas tamen pauperibus, vel locis
pijs applicando, niſi ipſe pauper ſit, vt
not.in d.c.dilectus.
Et hæc de Viſitatione Epi dixiſſe ſuffi-
ciat, q ad formam viſitandi pertinet.

Quod ſi ſit Archiepiſcopus, vbi cau 38
ſa probata in Concilio prouinc. habet
viſitare prouinciam, debet prius viſita
re propriam prouinciam, & vbi cæpit
aliquam dięceſim prouincię viſitare,
ante eam finitam ad aliã dięceſim tran
ſire non poteſt, cum recedendo ab illa
videatur illam perfeciſſe viſitationẽ,
vnde ad illam reuerti non poteſt, niſi
tota prouincia viſitata, & denuo ſua
dięceſi, & alia viſitatione prouincię in
choata, niſi illius dięceſis omiſſæ, vel
alicuius eccleſiæ eius neceſſitas, vel pe
titio dięceſani illius, vel cõſenſus con
cors ſuffraganeorum prouinciæ ſic fie
ri poſtulẽt, vel maioris partis eorum,
qui tamen ſuffraganei ſi malitioſè hũc
conſenſum non præſtent, papa Archi-
epo id poſtulãti concedat. c.Romana.
§.1.de cenſib.in 6. ſicut econtra com-
prouincialibus conſentientibus non
poterit epiſcopus dięceſis illius viſita-
tionẽ impedire.d.§.vbi gl.ver.requiſi-
tus. ſi tamẽ ex cauſa neceſſaria Archi-
epiſcopus cęptã viſitationem perfice-
re non potuit, poterit ſine noua viſita
tione ſuę dięceſis ad illã reuerti pficiẽ
dã, vt d.Io.And.& Hoſt.ĩ d.c.Romana.
ver.ex quo tñ; dr vero pfecta viſitatio
ſuę dięceſis ſi nulla parochia ẽ omiſſa,
q̃ cõmode viſitari poſſet arbitrio boni
viri.gl.ĩ d.c.1.verb.plene. de cẽſi.in 6.
vñ vnius vel alterius omiſſio nõ vitiabit
Io.And.& Hoſt.d.c.1.ſtãte maxime re-
gionis vſu, vt ibi d.q ſi ante ppriã dię
ceſim viſitatã puinciã viſitarit, irrita
erit viſitatio, vt d.Imol.ĩ d.c.1.poſt ve-
ro oẽs dięceſes puincię viſitatas pote
rit denuo de cõſilio ſuffraganeorũ in
Cõc.prou. iterare eãdẽ viſitationem,
ſic tñ vt prius viſitet eccleſias, & locos
omiſſos, niſi id officium alijs vt oppor
tunius reliquat, vt d.gl.ĩ d.c.Romana.
§.poſt.

Archieps viſitans, & obſeruet.

§.poſtquã. Et quòd dictum eſt de mo-
do Viſitationis faciendæ ab Archiepi-
ſcopo, procedit etiam de faciẽda a pri
matibus, & patriarchis erga ſuos me-
tropolitanos. vt d. Soc. de Viſit. li. 6. ver.
4. quæro. num. 8. qui tamen & ipſi quo
tannis, vel biennio ſaltem propriam
diæceſim per ſe vel alios viſitare tenẽ-
tur. d. c. 3. ſeſſ. 24. in Trid. Conc. Archi-
epiſcopus vero vel ſuperior deprehen
dẽs in viſitatione aliquem mala fama
laborare, id epiſcopo ſignificet, qui ſi
eum non puniat, ad id ab illo cogetur,
vel ipſe eius negligentiam ſupplebit. c.
auditum. c. omnibus. 2. q. 1. Notoria ve
ro crimina corrigere poteſt iuxta iu-
ris formam etiam vſque ad depoſitio
nem. d. c. Romana. ver. ſane. ibi quòd ſi
de aliquibus, ſi tamen non conſtet, ꝙ
id ſit notorium, archiepiſcopus abſti-
nebit. Non poteſt tamen Archiepiſco
pus viſitans ad ordines promouere in
prouincia, nec litteras dimiſſorias cõ-
cedere, Io. And. & Lap. in c. fin. de cen-
ſib. in 6. confeſſiones tamen poteſt eo
rum audire & eis pœnitentias impone
re, c. fi. de cenſib. in 6. & vbi Archiepi-
ſcopus in viſitatione aliquid cõtra epi
ſcopum compererit, ſeorſum ab alijs
clericis id notare debet, vt d. Paui. de
Viſit. q. 6. p. 1. num. 15. Quod ſi primas
Archiepiſcopus, & epiſcopus eodem
tempore ad eundem locum viſitandũ
acceſſerint, omnes erunt admittendi,
& id ſeruandum quòd a pluribus fue-
rit prolatum, & in paritate, quòd pro
reo latum erit, ꝙ ſi eccleſia tot ſum-
ptibus ferendis par non ſit, a vicinis ec
cleſijs ſibi auxilium præbetur, vel viſi-
tatores ſuis ſumptibus viſitabunt, vt
d. Mar. de viſit. libro 11. q. 14. & ſi vnus
horæ ſpatio aliũ præcedat erit admit-
tendus & alius excludẽdus, epiſcopus
vero in paritate horę inferiorem prę-
latum viſitantem excludet, In viſita-
tione vero monaſteriorum cõcurren
te epiſcopo cum regularibus viſitato-
ribus, ipſi anteibunt epiſcopum vt cõ
ſtitutionum & morum peritiores. Ioã.
And. Mon. Hoſt. Archid. in d. c. 1. de cẽ
ſib. archiepiſcopus tamen epiſcopum
anteibit. c. ſi a ſede. de pręb. in 6. poteſt
vero archiepiſcopus ſicut & alius viſi-
tator ex neceſſaria vel iuſta cauſa plu-
ries in anno viſitare, vel ſi id habeat
loci inſtitutum vt pluries in anno viſi-
tetur, & magis priuilegium, & toties
ſumptus tribuendi. gl. in c. mandamus.
de off. Archid. Maria. d. tr. nu. 74. Cuc-
ch. n. 116. alias ſemel tantum in anno,
vt ibi d. ex d. c. mandamus, & ſi Archi-
epiſcopus ſit etiam legatus natus, bis
viſitare poterit, & vt Archiepiſcopus,
& vt Legatus, & duplicem procuratio
nem habebit, & idem poteſt pluries in
anno viſitare prouinciam ſi certior ſit
factus de magna ſuffraganeorũ negli-
gentia, d. c. Romana, nec tunc oportet
vt repetat viſitationem ſuæ prouincię
vt ibi d. Cucch. nu. 117. 118. Et genera
liter Archiepiſcop9, vel alius viſitator
nunquam eſt excludendus a viſitatio-
ne ſi oneri non ſit viſitatis, & ſuis ex-
penſis id munus expediat, vt ibi d. nu.
120. & tam Archiepiſcopus quam Epi
ſcopus per alios ex iuſta cauſa & impe
dimento poſſunt viſitare, alias non c.
1. vbi gl. 2. de cenſib. in 6. vbi Inn. Ioan.
And. Hoſt. & Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 3. &
Archiepiſcopus viſitans debet videre
conſtitutiones ſuorum comprouincia
lium, vt ibi d. Cucch. nu. 64.

39 Legatus, vel viſitator apoſtolicus viſitans, quæ attendere debet.

Quod ſi ſit Legatus viſitator, vel a-
poſtolicus viſitator, tenetur adhuc ſer
uare formam a iure traditam in viſita
tione ab alijs faciẽda, niſi alia certa for
ma ei tradita ſit, vt d. Hoſt. de cenſi. in
ſumma. §. qualiter. ver. ſed nunquid. &
huiuſmodi viſitator poteſt iure cõmu
ni beneficijs priuare, vt d. Abb. in c. di-
lectus filius. de reſcript. & beneficia va
cantia conferre, vt d. Cucch. d. tr. num.
126. & indulgentias taxatas concede-
re, vt ibi d. nu. 126. & vbi papa dat viſi-
tatorem videtur ordinariam iuriſdi-
ctionem in viſitando adimere ſi motu
proprio ſit datus, non ad inſtantiam
viſitandorum, vt ibi d. nu. 127.

Inquirat vero apoſtolicus viſitator
& etiam archiepiſcopus viſitãs præter
ſuperiorem de vita Reuerẽdiſſimi Ar
chiepiſcopi vel epiſcopi, & de familiæ

ſuæ



ſuæ honeſtate, & vt ſe habuerit in gu-
bernatione epiſcopatus, & eccleſiarũ
ſubditarum in ſpiritualib. & tempora
libus, de eius ſuppellectili, & mẽſa, &
an cõſanguineos ditet de bonis eccle-
ſiæ contra. c. 1. ſeſſ. 25. de ref. An in mẽ
ſa ſacram lectionẽ habeat; an familia
ſua ſacramenta frequẽtet, an in veſpe-
ri domi ſuæ oratio fiat. An Dominicis
diebus & feſtiuis cõcio habeatur in ca
thedrali. c. 2. ſeſſ. 5. & c. 4. ſeſſ. 24. An fru
ctus beneficiorum vacãtium ſibi vſur-
pet. An ordines vel beneficia indignis
conferat, infamibus. ſ. vel defectum æ-
tatis vel literarum, aut alium patiẽtib.
& an perſordes, manibus, lingua obſe-
quio, & an in collatione ſeruet Conci
lium, ſeſſ. 7. c. 3. An in menſibus ad ip-
ſum non ſpectantibus, vel alias affecta
ſedi apoſtolicæ contulerit. An ſollici-
tus ſit vt eccleſiæ ſuæ cathedrali, & a-
lijs ſibi ſubiectis diuinus cultus debi-
tis modo & tempore, & pie exhibea-
tur, & an decreta Concilij contra nõ
reſidentes exequatur, vt c. 1. & 2. ſeſſ. 6.
& c. 1. ſeſſ. 23. & c. 12. ſeſſ. 24. & Bulla Pij
IIII. 7. Calend. Sept. & Pij V. Idib. Iulij
1568. qui det liſtam manu ſua ſubſcri-
ptam beneficiatorum non reſidentiũ
tranſmittendam ad ſedem Apoſtoli-
cam. An ipſe reſideat in ſua cathedra-
li iuxta d. c. 1. & Bullam Pij IIII. pridie
Non. Sept. An ſinodus dięceſana ſingu
lis annis celebrata fuerit, & ſi non, vt
celebretur iuxta c. 10. ſeſſ. 25. & ſeſſ. 24.
c. 2. in qua cum omnibus qui ad id te-
nentur, iuxta modum conſtitutum à
Pio IIII. fidei profeſſionem emittat,
publicet decreta Concilij maxime re-
ſidẽtiæ, & obſeruari faciat Bullam Pij
V. ſuper reſidentia in parochialibus ec
cleſijs facienda, Idib. Iul. 1568. ſtatuat
iudices, quales oportet, quibus a ſede
apoſtolica cauſæ cõmmittãtur, & mit-
tat eorum nomina ad ſanctam ſedem,
examinatores quorum recto iudicio
ordinationes & beneficia conferãtur
dignioribus, iuxta c. 18. ſeſſ. 24. & Bullã
Pij V. 15. Cal. Aprilis. 1566. Si ſemina-
rium non erexit erigatur ſi ſuppetunt
facultates, iuxta c. 18. ſeſſ. 23. aliter ſan
ctiſſimus Dominus conſulatur. An ab
epiſcopo ludimagiſter examinatus, &
approbatus fuerit, & emiſerit fidei ꝓ-
feſſionem, iuxta c. 1. ſeſſ. 5. de Ref. An
per epiſcopum ſuꝑ ordinationib. Do-
ctorum, & aliorum cuiuſcunque artis,
& facultatis profeſſorum, Bulla Pij 4.
circa profeſſionem fidei faciendã ſer-
uata fuerit, publicata 5. Id. Dec. 1564.
& iuxta cap. 12. ſeſſ. 24. An Bulla Pij V.
per medicos ſeruanda, publicata 11.
Martij 1566. ſeruetur caute, & ſi quis
pœnas & cenſuras incurrerit, abſolua-
tur dummodo obediat, & reſtituatur
officio. An epiſcopus gradũ ſuum ſer-
uet. iuxta c. 6. & 17. ſeſſ. 25. An pędicet
vel impeditus an alium ad prædicandũ
per ſe idoneum ſubſtituat. iuxta. c. 2.
ſeſſ. 5. & c. 4. ſeſſ. 24. An epiſcopus ipſe
uim ſacramẽtorum explicet populo,
cum ipſe eſt adminiſtraturus, & idem
ab alijs fieri curet, maxime tẽpore pa
ſchatis. An ſingulis annis vel ſaltẽ bien
nio viſitet eccleſias ſuæ dięceſis, iuxta
c. 8. ſeſſ. 7. & c. 8. ſeſſ. 21. & 3. ſeſſ. 24. & an
ſit grauis in viſitatione, & an procura-
tionem accipiat in pecunijs, vel in re-
bus. An vltra viſitationẽ inuigilet epi-
ſcopus vt ſciat quid agant parochi. An
loca etiam nullius diœceſis viſitauerit
iuxta cap. 9. ſeſſ. 24. An habeat vicarios
foraneos. An etiam viſitauerit regula-
ria. iuxta c. 20. ſeſſ. 25. monaſteria mo-
nialium ſibi non ſubditarum quo ad
clauſuram tm̃, aliarum autem quo ad
reliqua, & caueat a reliquis viſitatio-
nibus ſub clauſuræ prætextu; An ſingu
lis annis tempore viſitationis viſitaue
rit quęcũque beneficia curata perpe-
tuo vnita, & adnexa alijs, aut monaſte
rijs, & an vicarios idoneos poſuerit.
iuxta c. 7. ſeſſ. 7. An ſeruauerit in viſitã
dis hoſpitalibus, & confraternitatib.
& montibus pietatis, quæ in c. 15. ſeſſ.
7. & c. 8. ſeſſ. 22. ſtatuta ſunt, & an ſingu
lis annis rõnes exegerit a miniſtris ſu-
pradictorũ locorum. iuxta c. 9. ſeſſ. 22.
An vacantibus eccleſiis curatis ſtatim
ab eo vicarius conſtituatur. iuxta cap.
18. ſeſſ. 24. An ordines conferat. iuxta
c. 5. 8. 11. 13. 14. & 16. ſeſſ. 23. An eccle-

ſiaſtica

ſiaſtica ſacramēta tēpore, loco, & modo debitis populo miniſtrentur, & an decreta concilii, & præcipue circa ſacramentum matrimonii ſeruentur. vt ſeſſ. 24. c. 1. & 2. de patrinis ī baptiſmate admittendis, an incaute vagabūdos ad matrimonium admiſerit. contra. c. 6. eiuſdem ſeſſ. & an in gradibus prohibitis aliqua matrimonia ſint cōtracta. vt c. 2. eiuſdem ſeſſ. An contra concubinarios & concubinas executioni mandentur, quæ in c. 8. eiuſdem ſeſſ. & Bulla Pij V. 1. Aprilis. 1566. cōtinentur, An curet, ſi ſit aliquis qui matrimonia īpediat, aut minus libere cōtrahere cogat, contra. c. 9. ſeſſ. 24. An conferat beneficia præſertim curata perſonis dignis, & habilib. quæ reſideāt, & per ſe curam animarum exerceant. iuxta. c. 3. ſeſſ. 7. & an contra obtinentes plura curata, aut alia incompatibilia ſeruauerit. c. 5. ſeſſ. 7. ꝙ ſi non, mādetur executioni, An pęnitentiarium ſtatuerit. iuxta c, 8. ſeſſ. 24. An confeſſores niſi a ſe præuia examinatione approbatos, admittat, contra. c. 15. ſeſſ. 23. An quæſtores admittat contra. c. 2. ſeſſ. 5. & 9. ſeſſ. 21. An in excommunicationib. cōcedendis ſeruetur. c. 3. ſeſſ. 25. An in diſpenſando ſit facilis, & an gratis diſpēſet, iuxta c. 15. ſeſſ. 25. An in procedendo & puniendo nimis rigidus fuerit, & ſeuerus non ſeruato c. 1. ſeſſ. 13. & ſi pęnę pecuniariæ ad pios vſus applicētur, & an ſegnis & remiſſus in delinquentibus puniendis, & an ęqua lance iuſtitiam omnibus miniſtret. An in litibus ſeruetur. c. 20. ſeſſ. 24. An index librorum prohibitorum ſit vulgatus, factaque ſit inquiſitio iuxta Bullā & canones in eo cōtentos, & an ab īpreſſoribus, & venditorib. librorū exigat obſeruantiam. c. de vſu & editione librorum. ſeſſ. 4. Si bona epiſcopatus bene gubernat, & ſi pauperibus pro modo facultatum diſtribuit. Si immobilia contra ſacrorum canonum, & Pij V. conſtitutiones alienauit, aut alienari ab alijs permiſit fol. 99. 103. 110. An de decimis eccleſię ſoluendis curā habuerit, iuxta c. 12. ſeſſ. 25. & vt quarta funeralium quib. erat ſolita perſolui antē 40. annos, reſtitueretur iuxta c. 13. ſeſſ. 25. Interrogetur epiſcopus quomodo libertas eccleſiaſtica a dominis temporalibus illæſa ſeruetur. iuxta c. 20. ſeſſ. 25. & an domini tēporales duella permittant, contra c. 19. ſeſſ. 25. An miſſas celebrari permiſerit ueſpertino tempore contra Bullam Pij V. 28. Martij. 1566. conſtitu. 5. An capſas & depoſita mortuorum ab eccleſiis ſuſtulerit. iuxta Bullam Pij V. 1. Aprilis. 1566. cōſt. 6. An feſta de pręcepto, & quæ conſuetudine patriæ ſeruari ſolent, ſeruentur iuxta d. Bullam. An Bulla Cęnę Domini fuerit publicata. An Bulla cōtra Iudæos Pauli IIII à Pio V. confirmata, 25. Maij. 1566. ſeruetur, quæ tamen nō extenditur extra ſtatum temporalem Romanæ eccleſiæ. An ſeruetur Bulla Pij V. 6. Id. Febr. 1566. ꝙ indulgētię ad quarum conſecutionem porrigendæ ſunt manꝰ adiutrices, ſint ſublatæ, An ſeruetur Bulla Pij V. diei 23. Oct. cōſt. 50. ſuper declaratione portionum vicariis in vnione beneficiorum facienda. An Bulla Pij V. publicata 19. Ianuarii 1568. ſuper forma ſtatuendi cēſus, in huiuſmodi contractibus ſeruetur. Moneatur epiſcopus ꝙ curet vt pauperibus ſuccurratur, conſtituātur teſtes ſinodales, qui viſitatoribus, & deinde epiſcopo reuelēt quicquid videbitur corrigendum. An depoſitarium fecerit pro recipiendis pęnis pecuniariis, quæ iuxta formam Concilii pijs locis applicādæ ſunt. Et alia inquirātur quæ ſupra, maxime c de officio epiſcopi, & infra cap. ſequenti habentur.

Hæc de forma viſitandi.

Quo ad quartum, ſi viſitandus caſu quo viſitari poteſt, prohibeat viſitationem, poteſt viſitans eum excōicare, & interdicere ac ſuſpendere. cle. attendentes. in fi. vbi gl. de ſtat. mon. Inn. in c. venerabili. de cenſib. vel etiam vim vi repellendo poteſt vi ingredi, & oſtia etiam frangere, vt d. Firm. tra. de ep. p. 2. li. 4. tit. de auth. ep. circa ſpir. & Inn. in c. 1. de immun. eccl. & not. Cucch. de viſit. num. 19. cum ſeq. Si tamen





incompetentia contra viſitatorē opponatur cū tūc gerat officiū partis, vt ibi d. Inn. non poteſt aliquid facto attētare. vt idem d. Cucch. n. 20. Si uero non agatur res cum ſubditis, ſed cum alio prælato viſitationem impediente, poſtes frangere nō debet, ſed iudiciaria uia procedere, quo caſu viſitans non poteſt illum excōicare, niſi facto reſiſtat, ſed excipiat de facultate viſitātis, ſed ſi facto reſiſtat id poterit, nec appellatio ſuſpendēt uiſitationem etiam ad S. ſedem interpoſita, dummodo uiſitator eſſet in poſſeſſione uiſitādi, nec tunc tenet̃ recipere probationes quas aduerſarius in promptu haberet, ſed ſi conſtat eū non eſſe in poſſeſſione uiſitandi, tunc excōicatio ab eo lata cōtra exemptū priuilegio, nulla eſſet licet ep̄s qui ſic excōicauit, non eſſet puniēdus ſi illa eccleſia eſſet intra ſuā dięceſim, ſecus ſi extra, & idem ſi principio non conſtaret de nō iure uiſitationis, & poſtea id manifeſtum factum eſt, ut ibi d. n. 21. cum ſeq. uſq; ad 29.

2. ep̄s uiſitans uel alius ſi quid uiderit dignum emendatione, uel in locis uel in perſonis uiſitatis, poterit quo ad loca decernere ea reparanda vel ornanda prout ad cultum diuinum tuēdum ſibi opportunum uidebitur, quo uero ad mores poteſt eos corrigere & reformare, quæ differunt, nam reformatio eſt quando in totum res nō tollitur, ſed ei aliquid additur uel detrahitur, ut d. Dec. in c. 1. 2. lect. de conſt. nu. 4. gl. in c. ſtatutum. de reſcr. in 6. & ſic mores reformantur cum reducuntur ad meliorem frugem, uitiis expulſis, corriguntur uero exceſſus & crimina, & deuiantia uel deprauata. c. irrefragabili. de off. ord. ca. conquerente. eo. c. ſicut olim. de accuſ. & not. Abb. in d. ca. conquerente, quæ omnia poteſt epiſcopus & uiſitator. c. 1. de cenſib. in 6. & etiam conſuetudines deprauatas tollere. c. conſuetudo. d. 1. ſic tamen vt ex inquiſitione generali facta in uiſitatione nō poſſit qs dānari, nec teſtes in generali ꝓbatione accepti probāt, ſed oportet eos repeti, ut quis damnari poſſit, cum quæſtio ſpecialis ſuper hoc ſit habenda. ca. Romana. §. ſane. ubi Fr. de cenſib. in 6. Inn. in c. bonæ. 1. de el. Cucch. d. tr. n. 86. 87. notoria tamen crimina ab Archiepiſcopo uiſitante corrigi poterunt, cum ſic lata negligētia ordinarii cognoſcatur, ut habetur in d. c. 1. de cenſib. in 6.

Quo uero ad procurationes, cū uiſitatio fiat gratia uiſitati ut curetur & corrigatur, nec quis militare debeat proprij impenſis, ideo uiſitanti a uiſitato expenſæ debentur dum ibi moram trahit, quæ procurationes dicuntur, quia ſoluuntur pro curatione, quam accipiunt uiſitati, & debentur uiſitanti, ut dicit Soc. de Viſitatione, libro 11. quæſt. 2. & 5.

Has vero procurationes dare tenētur quicunque uiſitari poſſunt ut corrigantur, etiam ſi extra domum propriam ſint. ut d. gl. in c. 1. uerſ. uiſitatus. de cenſib. in 6. ubi Innoc. Hoſt. Ioann. And. Gemin. oratoria etiam ſi ſint deputata ad celebrandum, ſecus ſi tantū ad orandum. Innoc. in cap. fin. de offi. Archidiac. & etiam capellæ poſitæ in collegiatis ad expenſas procurationū tenētur, ut dicit Lap. alleg. 3. Marian. de Viſitatione, nume. 85. uer. 5. principaliter, & etiam monaſteria. ca. 1. & fi. de cenſib. in ſexto. quin & laici non ſolum cū parochus eſt pauper, id enim eſt certum, ſed etiam cum ipſi uiſitantur ad id tenentur, ut dicit Cucch. de procurat. num. ſeptimo, cum ſeq. quæ procurationes debētur epiſcopo non ſolum cum uiſitat eccleſias poſitas extra urbē, ſed etiā in ea, c. uenerabili. ubi Abb. de cenſib. Paui. p. 1. q. 9. nu. 12. & etiam illi qui nomine epiſcopi impediti uiſitat, & regularib. uiſitantib. mōaſteria ſibi ſubiecta, & ēt archidiaconis, Archiep̄is, & delegatis apoſt. & cuicūq; deniq; ex officio hēt uiſitare, ut dicūt prædicti, & habetur in c. 1. de cenſib. in 6. in c. 3. ſeſſ. 24. in Tr. Conc. 41

Viſitatori quę expenſæ debeantur, a quibus qua limitatione, & quando non.

Hę uero expenſę in uictualibus ſunt exhibendæ, quæ obligatio eſt maior quam dandi uictus ſolum; l. uerbo. uictus. cum ſequen. ff. de uerbor. ſignif.

minus vero quam victus & veſtitus, vt .ſ. viſitāti debeatur potus, eſus, & ſtramenta pro ſe & familia & iumentis, ligna ad frigus expellendũ, & dapes parandas, & lecti ornati rebus neceſſarijs, & ſuppellex ad eſum neceſſarium ac habitatio. d.l. verbo victus. cum ſeq. vbi Alc. de verb. ſign. delegatis vero apoſtolicis vlterius debetur merces vehiculorum. vt d. Abb. & Inn. in c. procurationes. de cenſib. Paui. de viſit. 1. p. q. 9. qui etiam dicunt eis deberi expẽſas quas faciunt in emendo equos loco mortuorum, niſi aliud in delegatione contineatur.

Sunt autem procurationes dandæ viſitantib. iuxta morẽ regionis, viſitati opes, viſitantis naturam, & qualitatẽ, & conſuetudinem, vt d. Io. And. Imol. in c. cum ſecundũ. de pręb. ſic tamẽ vt mẽſa frugalis ſit, vt habetur d. c. 3. ſeſſ. 24. vnde olim epõ viſitāti lac pro potu dabatur, nec vltra trinã vicẽ potus ſumere debebat, vt d. gl. in c. cum inſtantia. verbo. pręgrauari. de cenſib. ne abſtinentiã corpore ſaturo ſuadẽs riſum excitaret, vt ibi d. & ideo modeſto etiã equitatu contenti eſſe debent viſitantes ne graues ſint in viſitatione. d. c. 3. ſic vt Archiepiſcopi 40. vel 50. euectionum numerũ. epĩ 20. vel 30. Cardinales 25. nõ excedãt, Archidiaconi 5. vel 7. Diaconi duas ſi epiſcopis ſint ſubiecti, ſine tñ canib. venatoriis, vel auib. c. cum apoſtolus. de cenſib. c. 2. de cenſib. in 6. & ẽt pedites procurãdis equis duci poſſunt. ſ. vnus pro binis vel ternis equis, vt d. Paui. d. q. 9. p. 1. nu. 8. hodie tñ ex Conc. Trid. numerus equorũ minui dẽt, & id conſuetudo ſeruat. vt d. Pauin. ibid. & non putarẽ recedẽdum ab eo q dixi ſup. §. quo ad formã viſitandi, circa princip. Quod ſi epiſcopus viſitet monaſteria ſtrictiora vt Ciſtercienſiũ, procurationes recipiet in domib. ipſorũ extra ſepta eorũ exiſtẽtib. ſi aptæ ſint, aliter intra. cl. 2. de regul. & curabit vbi anguſtus eſt ciborũ vſus in monaſterijs, illa viſitare ijs diebus quibus communibus cum illis cibis vti debet, ſcilicet die Veneris, & Sabbati, qui tamen non cogitur eodẽ victu cum monachis vti, ſed carnibus veſci poterit alijs diebus extra portã regularem, vel etiam intra illam ſi extra locus aptus non ſit eius dignitati ſi priuilegio illi⁹ monaſterij impeditur. gl. in d. cl. 2. verbo. regularem. Vltra vero victualia nil a viſitante percipi poteſt, nec ab aliquo de familia ratione cuiuſq; officij, ſcriptoris vel ſigillatoris, & huiuſmodi, nec munus accipere etiam ſponte oblatum, aliter cõtrafaciens peccat mortaliter, & duplũ reſtituere tenetur eccleſię a qua recepit ĩfra mẽſem, aliter ſuperior prælatus id differens incurrit interdictum ingreſſus eccleſiæ, inferiores vero ab officio & beneficio vſq; ad reſtitutionẽ dupli eo ipſo ſunt ſuſpenſi, nulli in hoc eis remiſſione liberalitate, vel gratia valitura, c. 1. §. ſane. & c. 2. de cenſib. in 6. q etiam innouatur a Conc. Trident. d. c. 3. addente etiam alijs pœnis in ſinodo prouinciali arbitrio ſinodi contrauenientem puniendum, dictas tamen pęnas incurrit recipiens tantum, vnde licet prælatus teneatur pro familia ſua, tamen viſitans non incurrit dictas pęnas, niſi in eo fraudem committat, cũ pęna non debeat egredi authorem, & ſi prædicti prælati exiſtentes in interdicto celebrarẽt, ſicut prius in officio ſuo in eccleſia fierent irregulares, & morientes non debent ſepeliri in cœmeterio, q intelligit̃ ſi ſunt denũtiãti & inferiores ſuſpenſi ſi interim celebrẽt fiunt irregulares a ſolo papa abſoluendi, niſi crimen ſit occultũ, quia tunc epſ poteſt. c. liceat. ſeſſ. 24. in Tr. Conc. & ijs caſib. ſufficit reſtituere duplum prædictũ prelatis eccleſiarũ, vel earum rectorib. ligati vero prædictis pęnis facta reſtitutione ſtatim ſunt abſoluti, niſi celebrarint, abſque alia abſolutione, vt d. Soc. de Viſit. li. 1. q. 15. Eſt tamen in facultate viſitatorum ſi malint ſoluere pecuniam conſuetam dari viſitanti vel victualia, d. cap. tertio, ſeſſ. 24.

Tandiu vero ſunt dandæ procurationes dum viſitationis officiũ durat, in



in quo certa meta dari non poteſt, cũ vna eccleſia citius quam alia ob varia negocia emergentia viſitari poſſit, in quo tamen curari debet vt maiori celeritate quã fieri poteſt, debita tamen adhibita diligentia, viſitatio perficiatur, & debent exhiberi in loco viſitato, niſi ex cauſa rationabili, aliud viſitanti videatur, non autem debentur a loco per quem prælatus facit tranſitũ, ſi locus ille non viſitatur, licet hoſpitatio ei deneganda non ſit. vt dicit Paui. dicto tract. p. 1. q. 9. num. 14. & 22. glo. in capit. fœlicis. verbo. concedimus. de cenſibus. in 6. Quod ſi is qui tenetur ad procurationes præſtandas eas præſtare recuſet, diſtrictione eccleſiaſtica compelli poteſt, niſi excedat modũ in numero euectionum, & aggrauando loca viſitata, quia tũc eſt iuſta cauſa denegandi procurationes, vt dicit Soc. de Viſit. libro 11. 11. q. 14. principalis. Pauin. de Viſit. 1. par. quæſt. 4. nume. 27. & eo caſu excommunicatio lata eſt nulla. Paui. ibid. 4 p. q. 9.

Excuſantur vero a procuratione p̃ſtanda; primo quando eccleſia eſt pauper, ita vt non poſſit dare procurationem, & nil ſuperſit ei pręter victum rectoris, tunc enim Epiſcopus proprijs expenſis eam debebit viſitare. ſi id poteſt. gl. Ioan. Andr. in d. c. procurationes. de cenſib. nec ob id eccleſia dẽbit vendere ornamenta eccleſiæ. cap. cum apoſtolus. vbi Doctor. de cenſibus. debebit tamen adiuuari a vicinis eccleſijs pro cuiuſq; redditibus, ſi fieri poterit, c. cum inſtantia. cap. procurationes. de cenſibus. Imol. in cl. 2. eod. & ſi dubitatur an eccleſia ſit diues vel pauper ſtandum erit iuramento rectoris, qui excommunicari poterit ſub conditione ſi mentitus ſit ſe non eſſe ſoluendo, vbi vero res eſt clara abſq; excõmunicatione pręciſe cogi poterit, nec oĩno credẽdum eſt libris in archiuio poſitis, vbi deſcribunt̃ reditus bñficiorũ, maxime ſi lõgo iam temporis ſpatio ſint confecti, cũ reditus varientur, ideo iuramentum addẽdum erit, vt d. Cucch. de procurat. nu. 39.

2. excuſat a ſoluenda procuratione priuilegium apoſtolicũ. c. cum inſtantia. de cenſib. cle. 1. eod. q priuilegium quandoq; conceditur locis, qñq; perſonis, & tunc portio illa deficiens debet accreſcere alijs clericis, ſi id priuilegium habet ex iuris cõis diſpoſitione, ſed ſi ex priuilegio principis id hr̃, ipſe prĩceps id onus ſubire tenetur, vt ibi d. Cucch. nu. 42. cũ ſeq. q tamẽ priuilegium vniuerſitati clericorum conceſſum non eſt ſeruandum, qñ eorum numerus eſt valde auctus. vt d. Fel. in c. accedentes. num. 8. de præſcr.

3. excuſat exẽptio, vt cum quis generaliter eſt exemptus ab oĩ onere, vt penſionarii, vel fructuarij qui habent fructus exemptos, vel etiam titulares, vel ſi ſunt exempti a iuriſdictione epĩ. gl. in cl. 1. verbo. exẽptione. de cenſib. licet nulla de procuratione mentio habeat̃, ſecus ſi exẽptio ſit de aliqbus tm̃ onerib. & de procuratione mentio nõ fiat, qa tunc non excuſatur quis a ſoluenda procuratione nuntijs apoſtolicis, ſed epĩs tm̃, cum non ſoleat papa concedere exemptionem in ſui præiuditinm, & ſi tale priuilegiũ exhibetur, erit bene examinãdũ, cum ſuſpitionẽ falſitudinis afferat. gl. in d. cl. 1. verbo. exẽptione. de cenſib. & in c. cum inſtãtia. eo. Fel. in c. accedentes. 2. col. de p̃ſcr. & ſi papa cõcedat legatis vt procurationes exigant ẽt ab exẽptis, derogãdũ erit tali priuilegio, licet in eo haberetur, q de eo fienda eſſet mentio de verbo ad verbũ, cum ſufficiat vt papa ĩ ſuo breui deroget priuilegio cũ clauſula, ẽt ſi de verbo ad verbũ eſſet faciẽda de eo mentio ex ſtilo, vt d. Fel. in c. nonnulli. col. 7. de reſcr. & in d. c. accedentes, licet Alexander cõſ. 122. li. 4. n. 16. & cõſ 7. li. 4. dicat de priuilegio habente clauſulã detegotariã non ſolum ſpetialem, ſed etiam ſingularẽ mẽtionem faciendã eſſe, primum. n. ex ſtilo ſeruatur, vt d. Cucch. de procurat. nu. 47. q ſi aliqua eccleſia exempta ſit a iurib. epĩ, erit exempta ẽt a viſitatione, & procuratione archiepĩ, & etiam legati nati, ſecus ſi ſit exempta a iuriſ-

dictione epiſcopi tantum, quia tunc ſubeſt extraordinarię viſitationi Archiepiſcopi & legati nati, vt ibi dicit Cucch.nu.48. cum ſeq.

4. res iudicata liberat a procuratione præſtanda, qñ hæc ſentẽtia lata eſt ob priuilegiũ papæ cõceſſum viſitato, non aũt ob conſuetudinem præſcriptam.gl.& Doct.in d.cl.1.de cenſib.

5. ſi pręlatus eodem anno ſine cauſa legitima bis viſitet eundem locum, vel in viſitando modũ pręſcriptum excedat, vel nota eſſet eccleſiæ paupertas, vel eo anno magnã ſterilitatẽ paſſa eſſet, vnde ſe ac rectorẽ alere, & procurationem dare non poſſit, niſi præcedentis anni vbertas ſuppleuerit, vel ſequentis, quo caſu tunc vtriuſque anni procurationẽ ſoluere tenet̃. vt d.Maria.loco prędicto.nu.65.66.67. ſic etiã ꝓcurationẽ diariam nõ tenetur dare pactũ cum pręlato de pecunia pro ꝓcuratione ſoluẽda inijt. c.fęlicis.de cẽſib.in 6. pacto tñ vel compoſitione ius exigendę procurationis remitti non põt; cũ fauor publicus ibi verſetur cui renuntiari non poteſt. gl.in cle.1.& 2. de cenſib. dum viſitat tamen poteſt cõdonare procurationẽ & ſuis ſumptib. viſitare, poteſt tamẽ modus pacto apponi procurationi, vt.ſ. tantus tantum numerus hominum ducatur, & ſolum certa impenſa fiat. vt ibi d.gloſ. quæ tñ cõpoſitio moderata eſſe debet, ne ob id uiſitatio cõtemnatur, alias nõ ualeret, poteſt tñ pacto remitti illa ꝓcuratio, q̃ nõ iure cõi, ſed priuilegio, pacto, vel cõſuetudine, vel p̃ſcriptione debetur, legati tñ expreſſe procurationẽ cõdonare poſſunt, in dubio tñ non intelligitur qs remiſiſſe eã, licet ſeruitia remittat. vt ibi d.Cucch.n.86.cũ ſeq. pręſcriptione tñ nemo ſe defẽdere poteſt a procuratione ſoluenda. c.cũ ex officij.c.accedentes.de præſcr. ẽt ſi prælatus illam nunquã petijſſet, vel etiam ſi pręſcriptio hoĩum memoriã excedat, niſi priuilegiũ allegetur in cuius probatione præſcriptio probetur, præſcriptione tñ tollitur procuratio q̃ debet̃ Archidiacono, vel Abbati viſitanti, cũ viſitent ſpeciali potius iure quam cõi. ſimiliter prodeſt pręſcriptio ſi qui dicant p̃ſcriptione hoc onus alijs ſpectare nõ ſibi, cũ ſic viſitator nil patiatur, vt nec quę minuit procurationẽ ĩprobata eſt p̃ſcriptio, dũmodo moderata ſit, nec ob id viſitatio contemnatur. Modis ẽt procurationis p̃ſcriptione põt mutari, vt.ſ. in pecunia ſoluatur, & huiuſmodi, vt d.Cucc.n.64.cũ ſeq.

6. qui immunis eſt a viſitatione etiã a procuratione erit. vt d.Mar.n.37. Aliquę tamen procurationes debẽtur ſine viſitatione vt legatis apoſtolicis debent̃ ꝓcurationes ab eccleſijs ad quas accedunt, dum legatione funguntur. c.procurationes.c.cũ inſtantia. de cenſib. ſic etiam ratione fundationis, pręſcriptionis, vel cõſuetudinis, licet viſitatio nõ fiat. vt d.Maria.n.35. ſimiliter ſi nõ fiat correctio, ſed chriſma cõferatur vel eccleſia conſecretur. Maria.d.n.35. vel polluta recõcilietur, ꝙ tamẽ præſtari debet a violãte eam, Io.And. Abb.in cap.1.de conſecrat.eccl. & ſi is nil habeat, parochiani contribuent, vel quiſque partem aliquam, & his nõ ualentibus epiſcopus ſuis ſumptibus id aget, vel cum contributione prædictorum, maxime ſi epiſcopus diues non ſit. vt d.Cucch.loco p̃dicto nu.74.

42 Viſitationis effect⁹ quis ſit.

Quo ad quintum, effectus viſitationis eſt ut habeat executionem paratam, ita vt appellatio non ſuſpẽdat illius executionum, ſicut nec vbi de morum correctione ageretur, etiam ſi ad ſedem apoſtolicã appellatur, vel quęrela interponatur, aut inhibitio fiat, vel exemptio allegetur, vt habetur in c.10.ſeſſ.24.in Trid. Conc. licet cauſæ cognitio ad ſuperiorem deuoluatur, niſi forte tale eſſet negotium, ꝙ ſi executioni daretur, vt in fabricæ expenſa, appellatione reparari non poſſet; tunc enim crederem, ſine tamen glo. appoſitione Conc. appellationem executionem ſuſpendere ob damnum irreparabile.

Peracta vero viſitatione quos epiſcopus vel alius viſitator culpabiles reperiet, iuxta canonũ decreta puniet, vnde



de clericus hęreticus degradat̃, & trãditur curiæ ſeculari. c.ad abolenda. de hæret. niſi velit ſe corrigere, quia tunc depoſitus detruditur in carcerẽ, vt d. Abb.in c.at ſi clerici.de iudic. Sortilegus deponitur & in monaſteriũ detruditur. Abb.in d.c. & idem de conſulente aruſpices, c.ſi quis epiſcopus.26.q.5. homicida voluntarius deponendus eſt, & in monaſterium detrudẽdus.gl. in c.ſicut dignum. de homic. periurus ſimiliter deponitur. Abb.in c.querelã. de iureiu.& idẽ de eo qui protulit falſum teſtimonium.c.epiſcopus.50.diſt. falſarius literarum apoſtolicarũ deponetur, & traditur poteſtati ſeculari puniendus. cap.ad falſariorum.de crim. falſ. non tamen in literas delegati, vel epiſcopi vitiante, quia licet is ſit deponendus, non tamen traditur poteſtati ſeculari. Hoſt.in c.ex literis.de fid.ĩſtr. ſacrilegus in auferẽdo rem ſacram eſt deponendus. vt d.Hoſt.in ſumma. de accuſ. § quis ſit effectus ver. & gratia. Iuxta tamẽ facti qualitatẽ blaſphemus prima vice fructib. beneficij vno anno priuatur. 2. beneficio ſimplici eſt priuandus. 3. vice omnibus beneficijs eo ipſo priuatur ex Concil. Lateran. ſub Leone X. ſimoniacus in ordine vel beneficio, eo ipſo beneficio priuatur, & incurrit excommunicationem. c.cum deteſtabile.de ſim.in extr.comm. Si vero in ſacramentorũ adminiſtratione, non incurritur excommunicatio, fornicarius non eſt deponendus, niſi cognoſcat filiam ſpiritualem etiam parochianam tantum, ſi caſus eſt publicus. Fel.in c.at ſi clerici. de iudic. concubinarius notorius eſt ſuſpẽſus ab officio & beneficio, & ſi ante pęnitentiam miniſtrat in ordine incurrit irregularitatem. Abb.in cap. veſtra. de cohab.cler. Adulter ab officio deponitur, & in monaſterium detruditur. not.in capit.ſignificaſti. de adult. & idem ꝓ ſtupro, & ſtupratam tenetur dotare. vt dicit Abbas in capit.at ſi clerici. de iudic.& eo magis ſi vi id actum eſt, inceſtuoſus ſimiliter eſt deponendus, gloſſ.in cap. non debet.30.quæſt.1. etiam ſi ſit tantũ ſpiritualis cognatio, & idem de eo qui crimen ſodomiæ continuatę commiſit, qui & in monaſterium truditur. cap.clerici.cum ibi not.de exceſſ.prælat. & idem de eo qui cognouit monialem.not.in d.cap.at ſi clerici. vſurarius ab officio & beneficio ſuſpenditur, & ſi eſt incorrigibilis deponitur.c.canonum.14.quæſt.4. matrimonium de facto contrahens in ſacris exiſtens caret ordinum executione. c presbyteris.27.diſtinctio. ebrius qui non abſtinet a beneficio ſuſpenditur.cap.a crapula.de vit.& honeſta. Alienans bona eccleſiæ priuationẽ bñſicij incurrit c.2.de rebus eccleſ.in extr.comm. ordinatus extra tempora, vel ante ætatem legitimam, vel ab alieno epiſcopo ſuſpenſus eſt ab ordinum executione, & ſi interim miniſtrat eſt irregularis, ex Conſtitut. Pij Secundi, celebrans ſine lumine, &c. deponendus eſt.capit.fin. de celebrat.miſſ. non baptizans infantem requiſitus qui moritur, deponendus. cap.quicunque. de conſec.diſt.4. Arma portans excommunicatur.c.clerici.de vit. frequentãs monaſteria monialiũ ſine iuſta cã per præſumptionẽ, ſi nõ deſiſtit monitus ab officio ſuſpẽdendus eſt.c.monaſteria. eo. fornicarius vag⁹ arbitrio iudicis ẽt depoſitione punitur, vt not.ĩ d.c.at ſi clerici. de iud. in quo tñ eſt ſtandũ cõſuetudini, vt ibi not. Fur ſi leue ſit furtũ nõ deponit̃. ſecus ſi ſit latro. vt d.Foller.ĩ prac. crim.ver. vel furtũ.& vbi certa pęna nõ ẽ ſtatuta arb.iudicis ĩponi põt. ſic tñ vt leuia delicta clericorũ diſſimulẽtur ne ꝓ modicis infamẽt̃. vt d.Spec.tit.de ĩqſit.ĩ prin. vt ꝓ leui ꝑcuſſione vel ĩiuria vel vbi circa factũ ĩperitia ĩteruenit, & hmõi, p̃dicta tñ ſuperius relata nõ hñt locũ vbi delictũ eẽt occultũ, qa ſic eps̃ non põt procedere, niſi accuſator vel denũtiator exiſtat, nec ẽt vbi per ſolas ſchedulas detegit̃ alicuius delictũ ſine noĩe denũtiãtis vel accuſantis, quia ſic iudex ꝓcedere nõ põt, vt not. Spec.tit. de inquiſit.& not.ĩ c.qualiter.& qñ.de accuſ. vel niſi publica præcedat ĩfamia per fide dignos teſtes ꝓbata, ſic enim

iudex ex officio procedere poteſt. Epiſcopus etiam vt ſupra eſt dictũ, poteſt aliqualiter mollire iuris rigoré, & diſpenſare in criminibus minorib. adulterio, in quibus par eſt eum diſpenſare & rigorem mollire debere, vt dicetur c. ſeq. & etiam in pęnis imponendis, & mitigandis eſt attendenda conſuetudo, niſi ſit praua. vt d. Abb. in c. ea quæ. nu. 2. de ſtat. mon. & pęna etiã vltimi ſupplicij poteſt commutari in temporalem, niſi adſit ſcandalum, & ſubſit cauſa commutãdi, nec procedatur ad pęnam legalem per accuſationem, vt idem d. in c. in archiepiſcopatu. de raptor. Quod ſi inuenitur parochus imperitus eſt ei dandus coadiutor cum ſufficienti fructuum beneficij portione. c. 6. ſeſſ. 21. in Tr. Conc. & idẽ dicẽdum ſi qs inueniatur imperitus in alio munere ſibi incumbente vt confeſſiones audiendi, & huiuſmodi, ꝙ ſi ſit infirmus non eſt priuandus beneficij fructibus. c. 1. de cler. ęgrot. ſi tamen ſit leproſus eſt ei dandus coadiutor alendus ex fructibus beneficii, ſi vtrique ſufficiunt, alias rector præfertur, & parochiani tenẽtur alere coadiutorem. c. de rectoribus. vbi Abb. eo. Si alij beneficiati, vel ſacerdotes ſint imperiti, ſi aliquod onus ſubire tenẽtur, cui per ſubſtitutũ poſſit deſeruiri, eſt eis dandus coadiutor alendus vt ſupra, ſin minus poterũt ad tẽpus ſuſpendi à fructuum portione locis pijs applicanda, ſi vero ſit infirmus fructus percipiet beneficij, d. c. 1. ꝙ ſi beneficio carentes ſint imperiti, poterunt ab officio ad tempus ſuſpẽdi, vel in aliquo mulctari, quòd locis pijs arbitrio epiſcopi, attẽta qualitate facti, & perſonæ applicetur.

## De regimine Epiſcopali, & cura animarum, & de modo ſe habendi in ea. Cap. VII.

### SVMMARIVM.

*Animarum valor quantus ſit, & quanti a paſtore faciendus. num. 1.*

*Paſtor tenetur pro peccatis ſubditorum. num. 2.*

*Animarum cura quid ſit, & quomodo paſtor teneatur ex peccato ſubditorum, & quando illos corrigere teneatur, vel non, vel id omitti licet. nu. 3.*

*Parochus quomodo teneatur ad correctionem iudicialem ex commiſſione, & quid in eo agendum. num. 4.*

*Epiſcopus & paſtor charitate in Deum accenſus eſſe debet, & quare. num. 5.*

*Epiſcopus & paſtor ad orationes recurrere debet, & quare, ac quando. nu. 6.* 39

*Epiſcopus & paſtor rectam habere debet intentionem, & quam, cur vè. num. 7.*

*Epiſcopus & paſtor ſanctum ſui exemplum præbere debet, & quare. nu. 8.*

*Epiſcopus & paſtor prius amore, tum timore animas trahere debet, & quare. nu. 9.*

*Epiſcopus et paſtor fortis animo, et circunſpectus eſſe debet, et quare. num. 10.*

*Epiſcopus & paſtor a quibus curis ſeiunctus eſſe debet, & quare. numero 11.*

*Epiſcopus & paſtor familiaritatem nimiam ſubditorum euitet, & quare. nu. 12.*

*Epiſcopus & paſtor curare debet, vt Deo debitus cultus adhibeatur, vt diuina officia religioſe celebrẽtur, vt multos adiutores habeat, vitia vitentur, virtutes ſeruantur. num. 13.*

*Eccleſiæ qualiter cuſtodiendæ, & in ijs verſandum. nu. 14.*

*Diuina officia qualiter celebranda. num. 15.*

*Proceſſiones qualiter habendæ. num. 16.*

*Sanctiſſima ſacramẽta qualiter cuſtodienda, & miniſtranda. num. 17.*

*Concionatores habendi, & qualiter inſtruendi. nu. 18.*

*Lectio ſcripturæ vel Theologiæ, & caſuum habenda. nu. 19.*

*Doctrina Chriſtiana qualiter docenda. num. 20.*

*Reliquiæ vt cuſtodiendæ, & exponendæ. nu. 21.*

*Salutatio Angelica quando pulſanda, & oratio Veſpertina, et quid ibi præſtandum. nu. 22.*

*Oratorium introducẽdum, & quid ibi agendum. nu. 23.*

*Confeſſariorum copia habenda, & de quibus inſtruendi. nu. 24.*

*Religiones quæ introducendæ. n. 25.*

*Clerici vt ordinandi, viuere, & erudiri debeant. num. 26.*

*Seminarium erigendum, & vt clerici inſtituendi. nu. 27.*

*Vicarij foranei cõſtituendi, et quòd eorum ſit officium. nu. 28.*



*Congregationes ſacerdotales qualiter habendæ num. 29.*

*Vicarij foranei quæ curare debent. num. 30.*

*Sinodus diœceſana habenda, & qd ibi agendum. nu. 31.*

*Vicarius generalis conſtituendus, & quid agere debeat. nu. 32.*

*Viſitatores conſtituendi, & quòd eorum officium.*

*Præfectus Monialium, & alij conſtituendi, & quòd eorum officium. num. 33.*

*Congregationes quæ introducendæ, & quid ibi agendum. nu. 34.*

*Confraternitates, ſocietates, & loca pia quæ introducenda, & ꝙ eorum officium. nu. 35.*

*Edicta quæ ab epiſcopo ſint emittenda, & quando, & quid in eis mandandum, vel tradendum.*

*Litteræ paſtorales, quæ ab epiſcopo, & quando ac quomodo ſint emittendæ. nu. 37.*

*Inſtructiones communes, quæ ab epiſcopo tradendæ. nu. 38.*

*Correctio & admonitio, qualiter moderanda. nu. 39.*

*Epiſcopus qualiter in fine correctionis aliorum ſe habere debeat. num. 40.*

1 Animę valor quãtus ſit, & quãti a paſtore faciendus.

CVm in viſitatione epiſcopus agnoſcat vultum pecoris ſui, defectus ſcilicet ſibi ſubditorum, ita vt illos recte reformare & corrigere poſſit, ideo dicto in præcedẽtibus de Viſitatione, ſequitur dicendum de modo animas curandi & paſcẽdi, ꝙ vt aptius epiſcopus & paſtor quilibet exequi poſſit ad onus ſibi impoſitum opus eſt vt men-

tis aciem extendat, & primo conſide-
ret ſe non irrationalia animalia paſce
re, ſed animas quæ tanti ſunt, vt quæ-
cũque huius ſeculi bona earum cõpa-
ratione pro nihilo reputentur, dño at-
teſtate nullam pro aĩa commutationẽ
dari poſſe, & nil hoĩ prodeſſe ſi cuncta
lucretur, ipſius vero iacturã patiatur.
Mar.8. eſt ſi quidẽ aĩa gemma illa prę-
tioſa, quã venditis oĩbus homo cõpa-
rare tenetur. Luc.15. drachma illa a-
miſſa, quæ vt inueniatˀ tota domus eſt
ſubuertẽda, & inuẽta maximũ angelis
gaudiũ affert. Luc.15. Nec ĩmerito, aĩa
ſi quidem rationalis corpus viuificat,
eiusq; eſt forma ſubſtãtialis. cl.1.§. por
ro. de ſum.Tr. D.Th.3.p.q.90.art.4. ac
corpus mouet & ad operationes addu
cit, qua proinde nudatũ cadauer exi-
ſtit, ac proinde Plato in Timeo. hoĩem
d. eſſe aĩam corpore vtentẽ. capax bea
titudinis, & ad eius finem condita, vt
Deũ cognoſceret, ĩtelligẽdo amaret,
& amãdo frueretˀ. vt inquit Aug. li.1.c.
13. de doct. chr. quem citat Mag.2.d.1.
idq; dono gratiæ & bonorum operũ,
vt inquit D.Th.1.2.q.114. art.5.c. om-
nis. de conſecr. diſt.4.c. firmiſſime.15.
quæſt.1. & meritis Chriſti, & ad ima-
ginem Dei condita. Gene.1. quatenus
.ſ. eſt immortalis intellectualis & apta
Deum cognoſcere & amare, vt inquit
Aug. ſexto ſuper Geneſ. ad litteram. &
D.Th.1.par. quęſt.93. art.2. & 4. & pol
let memoria, intellectu, & voluntate,
& quam Deus tanti fecit vt in pecca-
tum lapſam proprio voluerit ſangui-
ne redimere, quòd omnẽ amoris qui
exiſtimari poſſit excedit menſuram,
Ioann.15. vt probat etiam late Chriſ.
hom.3. & 11. in Gen. & homil.43. in c.
11. Math. ad ſi. pluribus docens quanti
pretij anima ſit, & quanti facienda. vt
ſic eius dignitatem & excellẽtiam pa-
tefaciat, nec ſatis eſſe ratus eam in or-
tu Angelo cuſtodiendam deputaſſe. vt
inquit Hieron. in capit.19. Matth. Baſ.
Conc.9. in Pſalm.33. & Conc.13. tan-
tam eius curam ſemper habuit, vt om
ni tpe viros doctrina & ſanctitate cę-
teris inſigniores ei curandę, & cuſto-
diendæ deputarit, quos maximis ho-
noribus auxit, & primitiarum ac deci
marum opibus ali mandauit, quos ta-
men ea lege illlius cuſtodiæ tradidit,
vt ſi torpiter & negligenter in eius cu 2
ſtodia ſe haberẽt, anima illorum pro Paſtor te-
illius peccantis labe pœnas eaſdem ſu- netur pro
bire teneretur; ſic enim dicit Domi- pctĩs ſub-
nus Ezech. cap.33. Fili hominis ſpecu- ditorum.
latorem dedi te de ore meo, verbum
vt annuntietis eis ex me, ſi dicente me
ad impium, morte morieris, non an-
nuntiaueris ei, neque locutus fueris,
vt auertatur a via ſua impia & viuat,
ipſe impius in iniquitate ſua morie-
tur, ſanguinem autem eius requiram
de manu tua. & ca.34. Veh paſtoribus
Iſrael qui paſcebant ſemetipſos, non-
ne greges a paſtoribus paſcuntur? lac
comedebatis, & lanis operiebamini,
& quòd craſſum erat occidebatis, gre
gem autem meum non paſcebatis, ꝙ
infirmum fuit non conſolidaſtis, & ꝙ
ægrotum non ſanaſtis, quòd confra-
ctum non alligaſtis, & ꝙ abiectum eſt
non reduxiſtis, & ꝙ perierat non quę-
ſiuiſtis, ſed cum auſteritate imperaba
tis, & cum potentia & diſperſæ ſunt o-
ues meæ eo ꝙ non eſſet paſtor, & factę
ſunt in deuorationem oĩum beſtiarũ
agri, & ĩfra: Ecce ego ipſe ſuper paſto-
res requirã gregem meũ de manu eo-
rum, & ceſſare eos faciam vt vltra non
paſcant gregem meũ, nec paſcant am-
plius paſtores ſemetipſos, & liberabo
gregem meũ de ore ipſorum, & alibi
ſepe id ipſum Deus minatˀ. Eſ.56. Hier.
10.23. Zacha.10. Ezech.34. quæ verba
terroris ſunt plena, & eaſdẽ pęnas pa-
ſtorib. noſtris imminere teſtatur Chri
ſoſt. tr. de ſacerdotio. li.3. in ſi. d. quam
multa igitur debet timere ſupplicia is
cui nõ ſolum pro errorib. proprijs ne-
ceſſe eſt rationẽ reddere, ſed ẽt pro a-
lienis delictis ad vltimũ diſcrimen ad-
duci? & Greg.24. mor.c.ſi. Penſet ergo
ſacerdos qui ad ſatisfaciendum diſtri-
cto iudici de ſua tm̃modo anima for-
taſſe vix ſufficit, vt quot regendis ſub-
ditis præeſt, reddendi rationis tempo
re, vt ita dicam, tot ſolus animas ha-
be-



beat, & idem Grego. ſuper Ezech. ho-
mil.11. Penſandum eſt quantũ ſibi cõ-
nexa ſunt peccata ſubditorum, atque
præpoſitorũ, quia vbi ſubiectus ex ſua
culpa moritur, ibi is, qui pręeſt, quo-
niam tacuit, reus mortis tenetur. Et ſi
quando vos fratres ad iniquitatem de
fluitis, etiã ex noſtro reatu hoc eſt,
qui obſiſtentes atq; reclamãtes in pra
uis deſiderijs non habetis. Vobis ergo
& nobis parcitis, ſi a prauo opere ceſſa
ſtis, vobis & nobis parcimus, qñ hoc
quod diſplicet, non tacemus. O quàm
liber a cõmiſſorum ſibi ſanguine fue-
rat prędicator egregius, qui dicebat:
Mundus ſum a ſanguine oĩum. Non.n.
ſubterfugi quominus annunciarẽ oẽ
conſiliũ Dei vobis, &c. Si.n. non annũ-
ciaſſet, mundus a ſanguine nõ eẽt, ſed
quib. oẽ conſilium Dei annũciare ſtu-
duit, ab eorũ ſanguine mundus fuit, in
qua voce nos cõuenimur, nos cõſtrin-
gimur, nos rei eſſe oſtẽdimur, q ſacer-
dotes vocamur, qui ſuper ea mala quę
propria hẽmus, alienas quoq; mortes
addimus, quia tot occidimus, quot ad
mortẽ ire quotidie tepidi tacentes vi
demus. Cũ vero dr̃, ſanguinem eius de
manu tua requirã, ſi hoc in loco sãgui
nis noĩe mors corporalis deſignatˀ, val
de nobis de noſtro ſilentio augetˀ me-
tus, quia ſi in ſubiectis ſuis, is qui prę-
latus ad ſpeculandũ eſt, de morte cor-
poris qñq; morituri tã grauiter reus
tenetur, quo reatu de morte aĩę, ſub-
iecti cõſtringitur, q̃ potuiſſet ſp viuere
ſi verba correctionis audiſſet? Sanguis
ergo morientis, de manu ſpeculatoris
requiritˀ, quia peccatũ ſubditi, culpa e-
ius prępoſiti ſi tacuerit, reputatˀ. Eſt er
go ꝙ faciat, vt ẽt moriente ſubdito ſe
liberũ reddat, ſurgat, inuigilet, malis
actib. cõtradicat. Tunc.n. ſubiectus mo
ritur ſine te, qñ in cã mortis contradi-
ctorẽ pertulerit te. Nã morti cui nõ cõ
tradicis, adiungeris. & Bern. ſerm.2. de
adu. Dñi. Longe tñ grauiori & pericu-
loſiori debito tenẽtur adſtricti, ſi qui
de multis aĩabus reddituri ſunt rõnẽ.
Quid ego infelix? quo me vertã, ſi tm̃
Theſaurũ, ſi pretioſũ depoſitũ iſtud, ꝙ
ſibi Chriſtus, ſanguine proprio p̃tio-
ſius vindicauit, cõtigerit negligentius
cuſtodire? ſi ſtillantẽ in cruce Dñi ſan
guinem collegiſſem, eſſet repoſitus pe
nes me in vaſe vitreo, ꝙ & portari ſe-
pius oporteret, q d animi habiturus eſ
ſem in diſcrimine tãto? Et certe id ſer-
uandũ accepi, pro quo mercator non
inſipiẽs (ipſa vtiq; ſapiẽtia) ſanguinem
illũ dedit. Sed & hẽo theſaurũ iſtud in
vaſis fictilib. & quib. multo plura quã
vitreis imminere pericula videantur.
Accedit ſanè ad ſolicitudinis cumulũ
& pondus timoris, qui cum & meam,
& proximi conſcĩam ſeruare neceſſe
ſit, neutra mihi ſatis eſt nota. Vtraque
abyſſus eſt imperſcrutabilis. Vtraq; mi
hi nox eſt, & nihilo minus exigitˀ a me
vtriuſq; cuſtodia, & clamatur. Cuſtos
q de nocte? Cuſtos q de nocte? Nõ eſt
mihi dicere cũ Caim. Nunquid cuſtos
fratris mei ſũ ego? ſed eſt fateri humi-
liter cum Propheta: Quia niſi Dñs cu-
ſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat qui
cuſtodit eã. Hæc ſecũ epiſcopus & pa-
ſtor attente perpẽdens, ſancto timore
correptꝰ, & pio zelo accẽſus, ſurgat &
dicat, Quod nam me pondus circũſtat
quã ſarcinã humeris meis impoſitam
cerno? in quanto periculo verſor? ſi ſa
ciũ depoſitũ prætioſiſſimas nẽpe aĩas
Chr̃i ſanguine redẽptas, ſidei meę cõ-
creditas, diligẽter nõ tractauero & cu
ſtodiero? ſi lupis gñoſe nõ reſiſtẽs, eas
de illorũ ore nõ eripuero? Nũ Dei ho-
norẽ contemni cõſpiciã & ſancto zelo
nõ ardebo, & illũ vſq; ad necem nõ de
fendã? nũ fidẽ catholicã hęreſib. & ſu-
perſtitionib. labefactari cõſpiciã, & lu-
pos nõ impugnabo? Nũ cleri diſſolutio
nẽ cernã, & non corrigã? Nũ virginib.
inſidias parari ſciã & nõ obuiabo? Nũ
vſurarũ voragini finẽ non imponam?
Nũ impudicis ludis, vel comedijs q b.
animi iuuentutis corrũpuntur, modũ
nõ faciam? vel hmõi cõmittentes è ciui
tate, iuxta Platonis monitũ.9. de legib.
exulare non cogã? Nũ ſcelera quæcun
que deniq; ꝑpetrari videbo, & ſilebo,
& vt tuba vocem non exultabo? Sur-
gam & circuibo ciuitatem, nõ vt aura
re-

refrigerer, non vt ſalutationes obuiã-
tium excipiam, non vt honore me af-
fici gaudeam, ſed vt diſperdam, euel-
lam, ædificem, & plantem, vitia euel-
lens, & virtutes ſerens.

Animarũ cura quid ſit, & qũo paſtor teneatur ex pctõ ſubditorum, & quando illos corrigere teneturvel nõ, aut id omittilicet.

3 Quæ vt attentius conſiderare poſ-
ſit epiſcopus, videat quid ſit cura ani-
marum, quam gerit, vt proinde norit
ꝙ onus eum circunſtet, eſt ſiquidem
animarum cura, vt d Archid. in cap. co
gnouimu . 18. q. 2. Io. And. in c. omnis.
in nouell. de pęnit. D. Ant. 3. p. tit. 19. §.
8. vigil onerosa ac ſollicita cuſtodia a-
nimarum commiſſa alicui vt curet ne
pereant, ſed ſaluentur, quæ competit
ex lege vel commiſſione canonica, aut
conſuetudine vel pręſcriptione per ſe
dem apoſtolicam non improbata. Di-
citur uigil & onerosa cura animarũ,
quia qui epiſcopatum deſiderat, bo-
num opus deſiderat, ſ. ſollicitudinem
circa animas commiſſas. c. qui epiſco-
patum. 8. q. 1. c. intelleximus. de ęta. &
qual. Dicitur vt curet ne pereat, in-
ſtruendo ſibi commiſſos in fide & mo
ribus, & vt vitia fugiant, & virtutes e-
xerceant. c. placuit. 10. q. 1. c. vt quiſq;.
de vit. & hon. vnde ſi negligenter ſe ha
beat obligatur Deo. c. irrefragabili. de
off. ord. c. cum ad monaſterium. de ſta-
tu mon. quæ efficit docẽdo, viſitando,
corrigẽdo, ſacra adminiſtrando, c. du-
dum. de el. c. cum infirmitas. de pęnit.
& remiſ. vt ſic ſemper piè, oculis hanc
obligationem habeat, & caueat a ne-
gligentia & ſopore. Pſal. 120. non dor-
mitabit neque dormiet, qui cuſtodit
Iſrael, vnde curato dicitur Prou. 6. di-
ſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum,
ne dederis ſomnũ oculis tuis, nec dor
mitent palpebræ tuæ, ſi enim Iacob
cuſtodiens greges Laban. Geneſ. 31.
dicebat, & fugit ſomnus ab oculis me-
is, quanto magis paſtor vigilãs eſſe de
bet, & ſomnum negligentiæ ab oculis
ſuis excutere? cum rem tanti momen
ti, vt ſupra eſt dictum, cuſtodiat, quòd
ſi diligenter fecerit, licet ob malitiam
& duritiem plebis non proficiat, tutus
erit. c. ſit rector. c. epheſijs. 44. diſt.

Ex quibus colligitur, ꝙ cum paſtor
teneatur ad omnem diligẽtiã, tenea
tur etiam de leuiſſima culpa, aduertẽ-
do tamen ꝙ prælatus non tenetur de
peccato ſubditi perſonali, cum pater
non teneatur pro peccato filij, nec e-
conuerſo, ſed anima peccans ipſa mo-
riatur. Ezech. 18. ſed eatenus tenetur,
quatenus fit propriũ, ꝙ contingit plu
ribus modis; primo per cõſenſum præ
ſtitum peccanti, vel per eius defenſio-
nem, vel 3. per approbationem, vel 4.
per conſilium, vel quinto per negligẽ-
tiam. c. qui conſentit. vbi gl. 11. q. 3. &
hoc modo vltimo prælatus participat
de peccato ſubditi ſi negligit illud cor
rigere, vt habetur in c. quicquid. 1. q.
1. vbi excommunicatur epiſcopus qui
non puniuit eum qui pro pecunia ſa-
cramenta adminiſtrauit id ſciẽs, ex eo
quia correctionem neceſſariam omi-
ſit, vt ibi habetur, & in c. error. c. quid
enim. c. conſentire. 83. diſt. vbi dicitur
eum conſentire qui manifeſto facino
ri non obuiat, cum nil proſit ſuo erro
re non pollui, & præſtare conſenſum
erranti, & is dicatur cõſentire, qui ad
reſecanda quæ corrigi debent non oc
currit, vt ibi dicitur, vnde cum præla-
tus ex officio teneat̃ obuiare delictis,
ſi non obuiat particeps eſt peccati, &
cum teneatur ad omnem curam & vi-
gilantiam ne peccetur, tenetur omnẽ
diligentiam ad id adhibere, alias pec-
cat, cum culpa ſit ꝙ a diligenti potuit
pręuideri, non eſſe pręuiſum. l. ſi pu-
tator. ff. ad l. Aquil. in quo venit etiam
leuiſſima culpa in re graui. l. ſed & ſi
quicunque. §. 2. & l. in lege. ff. eo. cũ vbi
periculum maius ſit, cautius ſit agen-
dum. c. vbi periculum. de el. in 6. vnde
cum cura animarum ſit maximi peri-
culi, cautiſſime ibi eſt agendum, & ſic
tenetur prælatus adhibere eam dili-
gentiam ne peccetur, quam diligẽtiſſi
mus quiſque in re ſua adhiberet. ar. c.
clerico. 50. diſt. c. in lectum. 34. q. 2. d. l.
ſi putator. & l. diuus. ff. de off. præſid. &
tenetur etiam explorare vitas ſubdi-
torum. c. irrefragabili. de off. ord. & ẽt
poteſt generaliter monere ſubditos,
vt qui ſciunt aliquid dignũ correctio-
ne



ne ipſi manifeſtẽt ad peccatum remo-
uendum, nam ſi ſubditi tenẽtur id de-
mum prælato dicere. Math. 18. c. ſi pec
cauerit. 1. q. 1. poteſt etiam eos mone-
re vt reuelent, ꝙ intelligitur ſalua fra-
terna correctione, vt. ſ. ipſi prius mo-
neãt peccantem, qui ſi non reſipiſcat,
prælato eſt aperiendum iuxta euange
licam regulam, & eo caſu reuelans nõ
dicitur detractor, tum quia obedit p̃-
lato, tum quia id facit ad bonum pec-
catoris, dicendo id ei qui poteſt pro-
deſſe, ꝙ licet, vt d. Silu. detractio. §. 4.
ver. 3. non tenetur tamen alere explo-
ratores, niſi vbi timeret ne aliqua hæ-
reſis ſuſcitaretur, quia tũc ob bonum
fidei tuendum, ſicut propriam vitam
exponere tenetur, multo magis facul-
tates, quæ ſunt inferioris gradus, cum
& eo caſu ſigillum ſecreti debeat de-
tegi, vt d. D. Th. 2. 2. q. 70. art. 1. ad 2. &
debeat etiam occultus peccator dete-
gi licet delictum non poſſit probari,
vt d. D. Tho. 2. 2. q. 68. ar. 1. Dir. in Scol.
li. 2. q. 53. & etiam ꝙ ſit pater vel frater
qui peccauit, vt d. Dir. 2. p. ſub ti. de p̃-
ſumpt. in c. literas. §. 14. comment. 15.
in alijs vero delictis occultis id non ex
pedire mihi videtur, ne fama proximi
in periculum incidat; Vbi etiam pec-
catum eſt occultum, licet prælatus
ſciens teneatur ad correctionem fra-
ternam, non tamen ad iudicialẽ, ꝙ in-
telligitur non de occulto omnino, ꝙ
ſcilicet probari non poteſt; tale enim
iudicio Dei relinquitur, & ab eccleſia
iudicari non poteſt. c. erubeſcant. vbi
gl. 32. diſt. c. à nobis. de ſent. exc. ſed de
non omnino occulto, ꝙ ab aliquibus
ſcitur, & probari poteſt, ſed aliqua ter
giuerſatione celari poteſt, vt d. Abb. ĩ
c. quæſitum. de pęnit. & rem. ne paucis
notum iudicialiter procedendo om-
nibus fiat manifeſtũ, ſi tamen fama pu
blica in eo concurrat, vt quis habeat
cõcubinam, cogi poteſt ad eam dimit-
tendam, etiam ſi cum ea nõ peccet ob
ſcandalum vitandum ob charitatẽ fra
tris. vt d. D. Tho. 2. 2. q. 43. ar. 1. ſcũ id ſit
peccatum, vt ibi d. & ar. 4. & Couar. in
reg. peccatum. p. p. in princ. de reg. iur.
in 6. & Nau. c. 16. n. 20. Quod ſi ex cor-
rectione ſcandalum immineat, tũc vel
eſt ſcandalum paſſiuum, vt quia corre
cti ſint dicturi prælatum eſſe ſeuerũ,
ſuperbum, & huiuſmodi, & ſic corre-
ctio non eſt omittenda, cum ob tale
ſcandalum non ſit omittenda veritas
doctrinæ, iuſtitiæ, & vitæ, vt d. D. Tho.
2. 2. q. 43. ar. 4. & Couar. loco cit.

Et ſic intelligitur regula ſi ſcandali
zauerit. de reg. iur. in 6. ſicut nec ſi præ
latus timet ne ſibi mors inferat̃ ſi cor
rigat, quando delinquentis peccatum
vergit in malum multitudinis ob ma-
lum exemplum; tunc enim prę latus ex
præcepto tenetur corrigere, alias pec
cat mortaliter. 83. diſt. per tot. & bonꝰ
paſtor animam pro ouibus ponere de
bet, & idem ſi timet ne accuſetur etiã
falſo a correcto, nõ per hoc correctio-
nem omittere poteſt, ſi eius delictum
eſt nociuum multitudini, vt not. gloſ.
in c. ſcimus. 46. diſt. licet alias famã ob
alios ſeruare debeat ſuam. c. non ſunt
audiendi. 11. q. 4. ꝙ intelligitur vbi ani
marum ſaluti præiudicium non infer
tur, nec correctio prodeſt multitudi-
ni, nam ſic poteſt eam differre, & ſe ac
ſuam famam ſeruare, alias non.

Si vero ſcandalum eſt actiuum, vt
quia cædes ſint ſecuturæ ſi correctio
fiat inter correctos, vel inter eos & a-
lios, vt quia quis corrigere velit vxo-
ratam ob adulterium, & maritus eam
eẽt occiſurus, vel ſi ex correctione ĩfa
miã ſit ſubitura, & eius domus, & pec-
catum non eſt publicum hoc ſecundo
caſu, tunc poteſt differri correctio,
vt & mulier toleratur, quæ concepit
ex adulterio vel ſibi alienum partum
ſuppoſuit, quãdo ex detectione immi-
neret ſibi mors vel infamia quo ad re
ſtitutionem faciendam. c. officij. de pę
nit. & rem. licet vbi ſola fama periclita
retur, nec timor ſit de nece ſequutu-
ra, correctio non ſit omittenda ſi id
malum tendit in damnum multitudi-
nis, cum ſalus animę ſit famę vt maius
bonum anteferẽda, vbi vero eſt timor
mortis omitti poteſt veritas iuſtitiæ,
vt d. Couar. loco allegato, & Lamb. de
iure

iure patr.li.2.p.2.q.1.princ.ar.31.ſi vero multitudo eſt in peccato,eſt puniẽda vel quo ad totam multitudinem,vt Aegyptii ſubmerſi.Ex.32.quandoq; ſi ſperetur aliorum correctio,debẽt puniri principaliores,vt alii terreantur, ſi vero tota multitudo peccet, & boni a malis poſſunt ſecerni, debẽt mali puniri ſi poteſt fieri ſine ſcãdalo aliorũ; alias enim eſt parcendum multitudini,ſic peccatum principis,ꝙ ſine ſcandalo multitudinis puniri non poteſt, eſt tolerãdum,niſi ſit tale ꝙ magis noceret multitudini corporaliter,vel ſpiritualiter quam ſcandalum,vt dicit D. Thom.2.2.q.108.ar.1.in corpore,& ad quintum . Et ſi iniuria ſit prælato quæ tendat in Deum & eccleſiam,poteſt eã proſequi,ad ſcandalum amouendum, quatenus tamen in eius perſonam tendit,debet patienter ſuſtinere, vt ibi dicit D.Th.vt & Silueſter excommunicauit eos qui illum in exilium miſere,vt ibi d. ſi vero non ſperatur emendatio correcti,ſed timor eſt, ꝙ peior ſit futurus,non per hoc debet prælatus omittere correctionem , tum vt correctus per pęnas peccare deſiſtat,tum vt prouideatur bono communi , vt alii eius exemplo terreantur. vt d. D.Th.2.2.q. 33.art.3.& 6. ſi tamen videt non prodeſſe communitati talem correctionẽ non tenetur corrigere , cum ob id ſit quis corrigendus . c.prodeſt. 23.q.5.& ſimiliter ſi eius correctio non prodeſt nec nocet communitati, & eius omiſſio delinquenti ad emẽdationem cum cauſa emendationis fiat correctio , & ſic loquitur Greg.in paſtorali. 2.p.c.2. ꝙ rectori dẽt ĩ eẽ diſcretio correctionis & diſſimulationis feruoris, & manſuetudinis. Quod ſi ex prohibitione aliquorum peccatorum, vel quæ cum peccato eſſe poſſunt , habeatur ſuſpitio probabilis maiora peccata cõmitti debere,vt ex prohibitione ludorũ,fornicationes, vel ex expulſatiõe meretricum,adulteria,vel peccata innominãda,citius illi vitio eſt ſubueniendum , per quod feſtine ad interitũ tenditur, & ſi vnũ ſine alterius toleratione, auferri non poteſt,ꝙ leuius eſt,tolerandum eſt,vt grauius ſubtrahatur , ut d. Grego.in paſtorali.3.p.c.4. & habetur in c.duo mala.ca.nerui.diſt.13. ſi vero ſine incurſu alterius vtrique ſuccurri poteſt, id agendum eſt,dictis iurib. ꝙ tamen intelligitur vbi peccatũ non eſt publicum, vt publicus concubinatus ; ſic eñ tolerari non poteſt, licet timeatur perpetratio maioris peccati , ob ſcandalum annexum , vt ſupra eſt dictum , cũ habeat malitiam annexam , ludus tamen cum ſimpliciter non ſit malus , tolerari poteſt ſi timetur probabiliter tale malũ committẽdũ, nam aliquibus caſibus poſſunt diſſimulari peccata & non corrigi, vt cũ mali non poſſunt diſcerni a bonis, vel cum multitudo tanta eſt, vt ſine eccleſiæ ſchiſmate vel inuolutione bonorum punitio fieri non poſſit, vel cum de emẽdatione ſperatur , vt quia quis peccauit ex fragilitate vel ignorantia , niſi tale peccatũ noceat multitudini,vel ſi mali eccleſiæ proſint exercitando bonos, & non obſint.ca.commeſſationes. 10. diſt.c.vt conſtitueretur.50. diſt.c.ipſa pietas.c.cum quiſque.24.q.4.ꝙ vltimũ intelligitur ſi non ſperatur correctio malorum,& eorum peccatum nõ obſit multitudini;alias enim puniri debẽt , vt ſupra eſt dictum, & etiam meretrices ab eccleſia tolerãtur ad maiora vitanda peccata.argu.c.nerui.13. diſt.& not.in c.quia plerique.de immu. eccl. Quod ſi ex correctione probabilis ſuſpitio ſit,ꝙ iudex laicus etiam procedat contra correctum ad pęnam mortis,vt ſi procedatur contra inceſtuoſũ furem,& huiuſmodi, cum ſupra dictũ ſit,quando crimen eſt mixtum, punitum ab vno iudice puta eccleſiaſtico poſſe adhuc puniri ab alio.ſ.ſeculari,ſi laicus eſt, & per eius leges maior pœna imponatur illi crimini,quã per eccleſiaſticas,eo caſu poterit eccleſiaſticus differre correctionem, & vt euitet illi mortem,& ſibi irregularitatem. argu.c.de cetero. de homic. & vbi caſus contingat vt eodem tempore ſit attẽdendum ſacramentis adminiſtrandis in-



firmis,& diuinis officijs,& correctioni,primo loco eſt infirmis vacandum, ſecũdo diuinis officijs quibus oretur Deus pro peccatore,niſi periculum ſit in mora,quia tunc omitti debent diuina officia,vt ſalus animę afferatur,quę omnibus eſt præponenda, vt ſupra eſt dictum.Correctionis vero nomine laico infligendæ intelligi poteſt excõicatio,vel interdictũ vel mulcta pecuniaria,quæ a iudice eccleſiaſtico laico infligi poſſunt in pęnam vel emendationẽ peccati, vt dictum eſt ſupra de forma viſitationis in fine,contra clericos vero vti põt ſuſpẽſione,& aliis iuris remedijs. Id etiam aduertere debet eps̃ vbi proximorũ cauſa correctionẽ non requirit,in correctione facienda maxime perſonarum naturã conſiderandã; alij eñ leui pœna facile corripiũtur, alij contra,ideo remedia cuique congrua adhibere debet,vt d.Chriſ.lib.2. de ſacerd.Caueat uero prelat⁹ ne corrigendo id ex odio faciat,quia ſic eſſet mortale ſi intẽderet nocere notabiliter; nec ex ira pręcedente rationẽ deliberantem.c.odio.86.diſt. ſed ex charitate id agat, vt delinquens corrigatur , vel ſaltem vt alij timeant talia agere . c.prodeſt.23.q.5.ira tamẽ debet ſubſequi iudicium rationis , vt miniſtra,ante vero iudiciũ rationis mãſuetudo præcedere dẽt, ideo vero ira ſubſequi debet, cũ facilitas uenię tribuat incentiuũ peccãdi.c.eſt iniuſta. & ſeq. 23.q.4. nec debet corrigere leniter vt Heli,cũ prelatus debeat vti mĩa cũ pęnitentib.c.non põt.23.q.4.ſic tñ vt lenitas miſceat̃ ſeueritati.ca.diſciplina. d. 45. & magis ad lenitatẽ quã ſeueritatẽ declinetur.c.licet.ea.d.& c.põderet. d.50. Et ſi corrigẽdo modũ excedit nõ a propoſito ĩ nullo tenetur. c.olim. de reſt.ſpol.quo ad Deum tamen ſic, nec etiam tenetur veniam petere ab offenſo.c.quando. 86.diſt. ſed ſi ex odio tenetur iniuriarum & veniã petere. glo. in d.ca.quando; poteſt tamẽ ſubditus appellare a correctione vbi modus excedītur etiam non addita opera , quæ tamen appellatio hodie nõ ſuſpendit executionem ex Concil. Trident.ſeſſ. 24.cap.10. Caueat etiam prelatus ne exiſtens in mortali corrigat peccantẽ quia ſi id facit ex officio peccat mortaliter,licet peccatum ſit occultum , ſecus ſi ex charitate , nec ſequatur inde ſcandalum,vt d.D.Th.2.2.q.33. ar.5.

Hæc ſufficiant de correctione iudiciali & punitiua a prælato facienda , quo vero ad fraternam magis tenetur quam ſubditi , vt dicit D.Thom.dict. quæſt.33. art.3.

4 Quod ſi ſit parochus qui habeat iuriſdictionem in foro exteriori ex priuilegio vel pręſcripſcriptione,aut epĩ commiſſione,in correctione facienda debet in oĩb. vt ſupra de epõ eſt dictũ procedere,cum ſic poſſit excõicare,interdicere,mulctare, & huiuſmodi.ca. dudum eccleſia.de el vbi gl. extrauag. execrabilis. Io.22.ver.quantum,quòd ſi ea iuriſdictione careat , ſed habeat tantum poteſtatem in foro pęnitentiali, prout iure cõi tm̃ parochus habet, non poteſt excommunicare, ſuſpẽdere,interdicere,abſoluere,p̃dictos mulctare,nec pęnitẽtias imponere in foro exteriori.c.nemo.2.q.1.Silu.excõm.1. nume.5. & eo caſu ſufficit, ꝙ notificet epõ ſibi ſubditos qui egent correctione,& ab eo petat vt illos corrigat,poſt tamen monitionem illis a parocho factam , qui Epiſcopus par non erit , vt mandet parocho , vt fungatur officio præconis denuntiãdo excommunicatos aliquos in eccleſia,niſi vbi pro forma traditur , vt aliqui in eccleſia candelis accenſis excommunicentur , vt in cap.curæ.& c.debent.11.q.3. habetur,Tum vt ſeruet vitam parochi, qui preſto eſſe debet ad ſacramenta infirmis miniſtranda quacũque noctis hora,nec excuſatur etiam ſi certo ſciret ſibi necem parari , ſi ſunt ſacramenta neceſſitatis,vt baptiſmus abſolute,vel cõfeſſio in illo quem credit nõ habere ſufficientẽ cõtritionẽ,vel extrema vnctio in eo qui loquelã amiſit , nec potuit confiteri, vt ita virtute ſacr̃i ex attrito fiat contritus,qui tñ vbi ſacramẽtũ nõ eſt neceſſitatis poterit domi manere

Parochus q̃ão teneatur ad correctionem iudicialẽ ex cõmiſſione , & quid in eo agendum.

nere, vel ſi timet mortem vel fictionē caute debet procedere prius expectando domeſticos īfirmi qui id certificēt, & ſociatus incedere ſi poteſt, & minus epiſcopus debet ei mādare vt exequatur officium nuntii, præſentando mandata corrigendis, vt ſic etiam dignitatē parochi ſeruet, ſed debet per ſuos nuntios id exequi, ꝙ ſi id tuto vel ob paupertatem præſtare non poſſit, poterit vices ſuas parocho tradere, qui ī omnib. tenebit̄, vt ſupra, vel ēt iubere vt denuntiet, quo caſu tenebitur obedire. ar.c.qui reſiſtit.11.q.3. Et tū ipſe tum epiſcopus poterunt inuocare auxilium brachii ſecularis in correctione facienda, ſi citra ſanguinis effuſionem id fieri poteſt, vt d.D.Ant.3.p.tit.19.§.8.ex c.conquerente.de off.ord.& c.cum ſatis.de off.archid.excommunicatione tamen raro & nō niſi coactus prælatus vtatur ob magna damna quę infert, licet vt medicina feratur.c.1.de ſent.excom.in 6. vt etiam abſtinēdum ſuadet Conc.Tr. ſeſſ.25.c.3. & quo ad res perditas non concedatur niſi ſumma ſit magna & ſeruatis ijs de quibus eod.Conc.ſeſſ.25. c.3. Et ſi exiſtens in peccato notorio graui impęnitēs moriatur non erit ſepeliendus in cęmeterio.c.qui non.13.q.2. vel incōfeſſus eo anno.c.omnis.de pęnit.vel ſeipſum occidens.c.in quibus ibid. vel excommunicatus maiori.c.ſane.24.q.2.vel interdictus ab ingreſſu eccleſiæ.c. is qui. de ſent.exc.in 6. nec vſurarius manifeſtꝰ. c.quanquam.de vſur.in 6.niſi in morte dederint ſigna cōtritionis ad ꝙ probādum ſufficit vnus teſtis.c.qui receſſerunt.vbi Arch.26.q 6.quo caſu excōmunicatus publice eſt abſoluēdus poſt mortem. vt dixi tr. de excommunicatione. Hæc de debito corrigendi, & q̄d iuris in vſurario dixi tr.de vſuris.c.fi.

Quo vero ad rationem & modum regendi munus epiſcopale, & curam animarum, corrigendi, & admonēdi.

5 Epiſcopꝰ & paſtor charitate in Deum accenſus ſit, & quare.

Prima via eſt vt ardenti in Deū charitate incenſus ſit, dicēte Domino. Io. vlt. Si diligis me plus his, Paſce oues meas; non enim par cum cęteris præſulis in Deum amor eſſe debet, ſed eo maior quo p̄ſtantius miniſteriū Dei ſortitur, & quo magis a patiente agēs, & perficiens, ꝙ epiſcopi eſt, a perfectibili diſtat; ſic enim erga animas paſcēdas amore maximo, & fide afficietur, qui enim aliquem diligit, & quæ illi cara ſunt diligit, & nihil non earū cauſa perfert, at quanti Deus animas faciat, quidque earum cauſa egerit, ſupra monſtratum eſt, & hanc viam in præſulatu tenendam eſſe potiſſimum docet Chriſ.li.2.de ſacerdotio.in princip.cum & illi ſi fideliter ſe geſſerit æternum pręmium promiſſum ſit.vt ibi d.& habetur Math.24.

6 Eṗs & paſtor ad orationes recurrere debet, & quare, ac quādo.

Secunda via eſt, ꝙ cum illi ſit pugna aduerſus dæmonum phalanges ingenio valde præſtantes, carnem ac mundum, & ſepe ſubditorum vitia quæ latent cōperta non habeant, nec omnes præoculis eis ſint, nec ei illos vincire quoties vrere vel īcidere opus ſit, more paſtorum erga pecudes, liceat, cum ſi correctio debita alicui adhibeat̄ animo deſpondens, peior fiat, & contra ſi minus digno pęna afficiatur, vt d.Chriſoſt.d.lib.2. non longe poſt principiū, vt ad orationes recurrat, pie Deū deprecans, & orationes fundens pro ſalute peccantium, & eorum conuerſione, & populi ſibi cōmiſſi cuſtodia, multum ſi quidem valet iuſti oratio, & maxime paſtoris ex intimo corde pro ſalute populi ad Deum porrecta, Vnde Deus Moiſen pro populo exorantem, quaſi eum orationibus deuinxiſſet, ſic eſt affatus Exod.32.dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra populū iſtū, cum ex congruo poſſit quis alteri etiā primam gratiam mereri.vt d.D.Th.1.2.q.114.ar 6.& vbi caſus eſt grauis par eſt orationi adiungere ieiunium, & lachrimas, vt illis Deus placatus peccanti miſereatur, & eum conuertat.

7 Eṗs & paſtor rectā hēre dēt ītētionem, & quā, & cur.

Tertia via vt in exercitio prælaturę rectam habeat intentionem in grege paſcendo, vt paſcat Dei amore quo illum ad Deum vt vltimum finem perducat, vt d.Chriſ.li.2. de ſacerdotio.in princ.& non propter mundi honorē

&



& gloriam propriam, ucriue, aut maioris gradus acquiſitionem, ne ſic remiſſus ſit in correctione, vel eam omittat ob amorem timorēve ſui, vel damnificationem ſuæ exiſtimationis, ne a ſubditis ei detrahatur, vel etiam ne nimis rigidus ſit pauperes diuitib. omiſſis puniendo, Vnde loco ſuo cōtentus eſſe debet, nec nouas quærere ſedes, niſi ex debito obedientiæ, uel caſibus qb. debet renuntiare, de quib. in c.niſi cum pridem. de renunt. & ſupra eſt dictum.c.de renūt.alias peccat ſi id facit ex ambitione, auaritia, vel inconſtantia, c.mutationes.ca.non oportet. 7.q.1.& animum habens oues deſerēdi, eas mercenario animo paſcat contra dictum Domini.Ioā.10.ſi tamen a ſuperioribus ad maiores gradus vocetur, ex debito charitatis & obedientiæ poteſt & debet id acceptare, vt eſt dictum tr.de electione, & tra.de tranſlatione, ſed animum ad id habere nō debet, nec rector ſuo ſtudio placere hominibus appetat, intendat tamen ad quid digne placere debeat, vt d. Greg. in paſt.p.2.c.8.& ſic in exterioribus occupetur, vt in interioribus prouidus ſit, vt ibi d.c.7.

8 Eṗs & paſtor ſanctū ſui exemplum præbere dēt, & quare.

Quarta via, vt ſanctum ſui exemplū præbeat, exemplo Oniæ, qui dum pie populum regeret, fiebat vt omnia bene ſe haberent, animæ optime cuſtodirentur, cultus diuinus augeretur, & principes ipſi illum, & locum ſummo in honore haberent.2.Machab.3.& ſic etiam inculpate viuens libere ſubditorum vitia reprehendit non metuēs ne in ipſum correctio retorqueatur, vt d.Chriſ.lib.5.de ſacerd. alias maxima ipſe a Deo pœna afficitur, vnde & Leuit.4.mandatur, vt tantundem pro ſacerdotib. quam pro reliquo populo ſacrificium offeratur, vt late idē proſequitur.lib.6.de ſacerdotio. ab ira p̄ſertim & inani gloria ſe abſtinens ob innnumera quę inde mala oriūtur, vt idem d.li.2.& 3.de ſacerd. ſolertem ſe etiam præſtando in munere ſuo ſollicite obeundo, & præſertim in officiis, quæ per epiſcopum ſolum præſtari iure ordinario poſſunt vt miniſtrādo ſacramentum Confirmationis, ꝙ per ſolum epiſcopum iure ordinario miniſtrari poteſt.c.de his.& per tot.de conſec.d.5. ſi tamen ſit conſecratus, licet ex commiſſione papæ id confici poſſit etiam a ſimplici ſacerdote.c.peruenit. vbi omnes.95.d.& ſimiliter ſacramentum Ordinis, ꝙ a ſolo epiſcopo iure ordinario confici poteſt ex Conc.Floren.in vn.Armen.& Trid.ſeſſ.23.c.4.& can.7.licet ex conſuetudine Cardinales presbyteri in ſuis titulis conferre poſſint primam Tonſuram, & Abbates ex priuilegio papæ primam Tonſuram, & minores ordines ſuis ſubditis ſi habent vſum mitræ, c.abbates.de priu.in 6.& probabile eſt, ꝙ etiam ſimplici ſacerdoti a papa concedi poſſit collatio ſubdiaconatus, nō tamē Diaconatus vel ſacerdotii, ut uidetur ſentire.D.Th.4.d.25.q.1.ar.1.ad 3.ſic etiā ſolus epiſcopus poteſt eccleſias vel altaria conſecrare, c.nullus.vbi Turr.cr. de conſ.d.1.& ſolus eam pollutam reconciliare, de licentia tamen papæ ex priuilegio, reconciliari poteſt per ſimplicem ſacerdotem, aqua prius per epiſcopum benedicta.c.aqua.vbi Abb.de conſ.eccl.ꝙ ſi eccleſia non ſit conſecrata, ſed tātum dicata diuino cultui, quæ dicitur Baſilica, ſufficit ꝙ a ſacerdote cum aqua benedicta reconcilietur, vt d.Sot.4.diſt.13.q.2.ar.3.ſimiliter ſolus velare poteſt virgines. ca.deuotis.20.q.1.licet velum continentiæ vel viduarum dari poſſit etiā a ſacerdote. vt d. gl.in c.vidua.26.q.1. ſimiliter calicem & patenam ſolus epiſcopus conſecrare poteſt, ut d.Gemin.in c.Abbates.de priu.in 6.ob vnctionem, quæ fit in conſecratione.c.vn.de ſacra vnctione. Benedictio etiam indumentorum ſacerdotalium, ut planetæ, ſtolæ, manipuli, albæ, cinguli, amictus pertinet ad epiſcopos, ex conſuetudine tamen id etiā per Abbates fieri poteſt, vt not.in d.c. Abbates.& in cl.attendentes. de ſtatu reg. & idem de Tobaleis altarium, quę ſimul cum prædictis ſunt benedicēdę, ut & pallæ, uel animulæ corporalium,

&

& pixides in quibus detinetur ſanctiſſima Euchariſtia, & campanæ. Vnde in prædictis muneribus pontificalibus obeundis ſolertem & diligentẽ ſe prębeat ep̃s, idq; fiat cum maxima ſolennitate ad oſtendendam rei quæ agitur maieſtatem, & dignitatis propriæ amplitudinem, & innumera mala affert ſi malum ſui præbeat exemplum, vt late probat Chriſ. li. 3. de ſacerdotio.

9 Ep̃s & paſtor prius amore, tũ timore animas trahere dẽt, & quare.

Quinta via eſt, vt animas ad bonum amore præcipue ducat, ſic enim facilius ducuntur, & diutius in bono perdurãt, tenaciusque in eo manẽt, vt d. Ficinns in conu. Plat. differt enim princeps eccleſiaſticus à politico; hic enim quia hẽt p̃ fine externam tm̃ pacem & tẽporalem Reipublicæ, finem ſuum conſequit̃ quando ſubditi quiete viuunt, vel id faciant coacte vel volẽtes, princeps vero ecclaſiaſticus, quia habet pro ſine vitam æternam, & pacem tam internam quam externam ſubditorum, potius curare debet vt ſubditi prius amore quam timore ducantur, cum ſic facilius trahantur, & magis in bono hæreant, & virtutem colant, vt ſentit Orig. tr. 12. in Mat. c. 20. licet & debeat vti vi coactiua & pęnali quando amore non trahit, vt nec pater parcit virgæ vt corrigat filium quem diligit, nec medicus ceſſet ſecare vulnus q̃ curare intendit, & cenſuræ ac pœnę ſint medicinales cum hominem erubeſcantia ductum a malo retrahant. c. 1. de ſent. excom. in 6. & dixi tr. de ſen. excom. & idem ſentit Greg. lib. 20. moral. c. 6. Chriſ. ho. 70. ad popu. Antioch. Idem Grego. in paſt. p. 2. c. 5. & 6. d. rectorem eſſe debere ſingulis compaſſione proximum præ cunctis contemplatione ſuſpenſum, & bene agentib. per humilitatem ſocium, cõtra delinquentium vitia per zelum iuſtitię erectum. & habetur in Concil. Trid. ſeſſ. 13. c. 1. vbi habet̃ prius amore quam timore ſubditos ab epiſcopis corrigẽdos, Vnde bonos epiſcopus honorib. augeat, & maxime ſacerdotes quos charitate paterna amplectatur vt coadiutores ĩ munere pontificali, in clero ſe nõ habens vt Dominus. 1. Petr. 5. ſed clericis honorem præſtando. c. eſto. 95. diſt. & licet maiorem ſe presbiteris agnoſcere debeat, domi tamen eos habeat vt collegas. c. epiſcopus. cum ſeq. d. diſtin. cum eis in criminibus, quibu. ſalua iuſtitia, occultis præſertim, & in caſibus ei conceſſis, de quibus ſupra ca. 3. late eſt dictum; poteſt facile diſpenſando, vt ſic de malis commiſſis erubeſcẽtes, videntes ſecum miſericorditer agi, à malo recedant, & ad bonum virtutis promoueantur, & in eo plus alijs proficiant, quo cęteris magis in malis fuere, vt ſentit etiam Chriſ. libr. 6. de ſacerdotio.

Sexta via, vt fortem epiſcopus & circunſpectum animum induat, cum caput valẽtiſſimum eſſe debeat, vt a corpore prauas exhalationes depellat, vt d. Chriſ. li. 2. & 3. de ſacerdotio, & ſe nõ ad propria commoda, nõ ad diuitias, vel luxum, ſed ad labores & ſollicitudines pro Dei gloria vocatum eſſe intelligere debeat. ſeſſ. 25. in Tridẽ. Conc. c. 1. & dictum eſt ſupra cap. 1. in princ. & multis curis ac criminationib. ſit ſubiectus, quarum tamen cauſa peccãtium correptionem dimittere non debet, vt nec medicus iurgia furẽtis infirmi horreſcit, vt eum ſanitati reddat, ſic tamen vt leues etiam ſuſpitiones ne peccato obnoxius ſit effugiat, & ad totum populum qui in eũ oculos retorquet, aciem mentis extendere debeat, vt dicit Chriſ. lib. 2. & 3. de ſacerdotio; vnde viduarum & pupillarum curam nõ per ſe, ſed per alios gerere debet, cap. epiſcopus. cum ſeq. 88. diſt. & ſi quando illas neceſſitate motus inuiſit, non niſi grauibus viris ſociatus adeat eas, cum non ſolum a malo, ſed etiam a ſpecie mali ſit cauendum. 1. Theſ. 5. 10

10 Ep̃s & paſtor fortis animo, & circunſpectus eſſe debet, & quare.

Quinta via, vt ſeiunctus ſit a cæteris curis quo attentius ſpiritualib. vacare poſſit, vnde epiſcopus Vicariũ qui curam litium habeat conſtituere debet, alias ſi id omittat Archiepiſcopus eũ conſtituere poteſt, cum magis epiſcopus prædicationi & animarum curæ, quam litium deciſionib. intẽdere debeat, 11

11 Ep̃s & paſtor a cęteris curis ſeiunctus eſſe debet, & quib. ac quare.





beat, quas per vicariũ decidere dẽt, & alia multa per Archidiaconũ, & Archipresbyterũ peragere, & ẽt debet conſtituere ęconomũ qui curã domus, & redituũ gerat. vt d. Bracharen. in ſtimulo paſtorũ. p. 2. c. 7. & Lud. Granat. concione. de officio paſtorali, p. 2. reqſito 10. ſic tñ vt videat q̃ in foro exercẽtur, & ipſe qñq; cum ſacerdotib. in aliq̃b. diſpenſet, iuxta c. 3. & æconomi rõnes ſępe reuideat, ne reditus dilapidẽtur, & ſuperſit, q̃ dari debeat pauperib. & in cultũ diuinũ expendi, cauẽdo ẽt ne nimis tenacẽ ęconomũ & impium habeat, ſic tñ vt nil eo incõſulto diſpẽſet p̃ter vſus domus cõſuetos, curãdo quoque, vt ſupra, ne iura eccleſię d̃pereãt, vel reditus vſurpẽtur. Et idẽ parochus facere debet ſi per facultates licet, aliquem. ſ. virum probũ & fidelẽ deputando, qui domus & redituũ curã gerat, vt ipſe attẽtius ſpiritualibus operã dare poſſit, ſic tamẽ, vt ſupra, vt reditus nõ vſurpentur, vel iura eccleſię depereãt.

12 8. via eſt, vt pręlatus nimiã familiaritatẽ ſubditorũ euitet, nã cum ob imperfectionẽ viæ, nemo ſine aliquo offendiculo vitã degat, eo a ſubditis cognito continget vt correctionẽ contẽnãt, vel in pręlatũ crimẽ & correptionẽ retorqueãt, vñ euitet ne ad aliquẽ diuertat cibũ ſumpturus ẽt occaſione nuptiarũ, ipſe tñ qñque ſubditos ſuæ menſæ aſſociet, vt ſic amore & beneficijs deuinctos prõptiores habeat ad eius iuſſa exequẽda, nec mutuo ab illis pecunias aliaſve res expoſcat, ne ijs deuinctus, debitam erga illos correctionem dimittat.

13 Ep̃s & paſtor curare debet vt Deo debitus cultus adhibeat̃, diuina officia rite celebrentur, vitia vitentur, &c.

9. via, ad praxim deueniẽdo, vt oẽm curam & zelũ adhibeat, vt Deo Opt. Max. debitus honor reddat̃, diuina officia, & sãctiſ. ſacrificia ac ſacra religioſiſſime miniſtrẽt̃, vt multos in munere paſtorali hẽat adiutores, vt eccleſiaſticę p̃ſonę ſãcte & innocẽter viuant, vt opera pia & ſacrę cõgregationes ĩtroducantur, & Dei eccleſię ſãctę p̃cepta quãtũ fieri põt inuiolate ſeruent̃, quo ſubditi vidẽtes quantã in ijs curã p̃latus adhibeat, ſimul intelligant res eſſe maximi ponderis quæ tantopere ab eo curantur: Quæ ſunt ſummatim.

14 Eccleſiæ qualiter cuſtodiendæ, & ĩ ijs verſandũ.

Vt eccleſię quã magnificentiſſime fieri põt extruant̃ & exornẽtur, iuxta tradita ſup. c. de Viſitat. & latius hr̃ in Tr. de Miſſa; Tum vt oẽs intelligant quam excelſa ſit Dei maieſtas cui inſeruit̃, & in cuius honorẽ tẽpla extruuntur, vt ẽt docuit Ariſt. li. 7. Polit. vbi Inu. tr. 6. c. 4. Tũ vt ex hoc charitate erga Deum accenſi ĩpetrare poſſimus vt diuina in nos gratia, & beneficentia redundet, quę ante ſolis ortũ non aperiantur, & poſt occaſum claudãtur, dieb. vero ſolẽnib. Natalis Dñi, Circunciſionis, Epiphanię, Reſurrectionis Dñi, Aſcenſionis, Pentecoſtes, feſtiuitatib. B. V. Apoſtolorũ, & Oĩum Sanctorũ, & titularis eccleſię, aulęis & tapetis ac piis imaginib. ſtruantur, amotis inde laſciuis, vel prophanis q̃buſq; picturis, vexillis, & depoſitis eminẽtib. valuis etiã frondib. viridib. exornatis. Idẽ edicat vt ad eccleſias humilis ſit ingreſſus, & ſancta ĩ eis cõuerſatio amotis ambulationib. tp̃e diuinorũ, colloquutionib. ſtrepitibus, & huiuſmodi, vt immunitas eccleſię ſeruetur, ita vt ad eã confugiens inuitus nõ extrahatur, vel ab eius forib. nec a iudice eccleſiaſtico ſi clericus ſit ẽt ſi è manibus familię iudicis, vel carcerib. illuc cõfugiat, niſi homicida p̃ditorius ſit, vel depopulator public9, vel niſi laicus in eccleſia delĩquat, vt d. Couar. var. reſ. c. 20. Vt nemo laicus chorũ ingrediatur, ĩ eccleſia virorũ circuli non habeãtur, nemo altarib. vaſibus aquę benedictę vel baptiſterio hęreat, nec ſedeat cõtra altare vbi adeſt ſãctiſ. Sacramentum, vt viri a mulieribus ſeiunctim maneant, nec ſe impudice aſpiciant, nec ſiſtant in foribus eccleſiæ vbi ſtationes ſunt, vel alio tempore ad eas ſpectandas, aut in cœmiterio; ut mulieres niſi capite operto fucis, & inanibus ornamentis amotis eccleſiã ingrediantur. Nemo extra eccleſiam miſſam audiat, niſi ob eccleſiæ anguſtiam, vel alia iuſta de cauſa, nullus eccleſiam ingrediatur cum canibus, accipitribus, tormẽtis, vel haſtilibus exce-

ptis militibus magiſtratuum, nec ea parietibus eccleſiæ, vel cęmiterij hęrere faciat, aliter non celebretur, niſi cõpoſito corporis habitu omnes ibi ſtẽt, vt habetur in Conc. Triden. ſeſſ. 22. decret. de euit. & obſ. Vt viri plumis volatilium ſemotis cum decẽti habitu & pallio niſi prę egeſtate aliter ſit fiẽdũ, deuote & humiliter in eccleſia verſentur, vt ſic nedũ corpore, ſed & animo eos adeſſe pateat, ſãctiſſimo ſacrificio miſſæ capite operto & genuflexi, niſi dum euangelium legitur, interſint, a qua niſi ea finita diſcedant, vt nec ab alijs officijs diuinis, vel prædicatione; Nulli in eccleſia mendicent, ſed in valuis eccleſiæ eleemoſinam petant. In eccleſijs vel cęmiterijs prophana non exerceantur, cauſæ ciuiles, vel criminales non audiantur, contractus nõ fiãt, nec conſilia habeãtur, nec mortui occiſi in ea a iudice inſpiciantur, nec proclamata fiant, nec ibi quid vendatur, in cœmiterio tamen cereæ imagines in eccleſia offerendæ vendi non prohibeantur. Nullus in eccleſijs reponat grana, ligna, & huiuſmodi, vel res immũdas, nec in eis grammatica edoceatur, & huiuſmodi, & ſi quis prædicta geſſerit à Rectore eccleſiæ, vel eius mãdato inde arceatur, inuocato etiam ad id auxilio brachii ſecularis.

15 Diuina officia qualiter celebranda.

Vt diuina officia pie, deuote, & diligenter horis debitis pſallantur, iuxta c. 1. & c. dolentes. de celebrat. miſſ. & dicta ſupra c. de Viſitatione ſub §. de Viſitatione cathedralis, amotis laſciuis & turpibus cantibus, & huiuſmodi.

Vt miſſæ a quolibet ſacerdote iuxta eius obligationes pie & deuote celebrẽtur iuxta dicta ſupra cap. de Viſit. ſub § de Viſitatione parochialis, & latius habetur in tr. de Miſſa.

16 Proceſſiones qualiter habendæ.

Vt proceſſiones & ſupplicationes deuote & religioſe obeantur, & ob id parochus die feſtiuo proceſſionem præcedente moneat populum ſupplicationis fiendæ, illum hortans, vt nedũ corpore, ſed & ſpiritu ei interſit, ac pie oret pro cauſa pro qua eſt fienda proceſſio, Veſperi vero præcedenti ſignis campanæ huiuſmodi proceſſionis fiendæ populum moneat, mane vero omnes clerici ſub ſuo vexillo, regulares quoque & confratres ſi ſupplicatio generalis ſit hora ſtatuta, cathedralẽ adeant ſi in ciuitate, ſi extra parochialẽ, & cruces a clericis cotta omnino & veſte talari indutis, & cantores etiam ſic induãtur, deuote extenſæ ferãtur, ac omnes loco ſuo incedant, & ſi qua de præcedentia altercatio occurrat, eam epiſcopus quam primũ dirimat, clerici induti ſint ſuperpelliceis decentibus, abſque pileo chirotecis, vel floribus in manib. & deuote pſallentes incedant, & cum ab eccleſia diſceditur, omnes ante ſanctiſſimum ſacramentũ genuflectant, & cum coram ep̃o tranſeunt genu dextrum inflectant, exceptis canonicis qui tãtum caput profunde inclinent, bini incedant ab alijs ſex cubitorum ſpatio diſtantes, & cum admonentur ſiſtant, vel progrediantur, cum in aliquam eccleſiã proceſſio ingreditur ibi campanæ omnes pulſentur, & eccleſia aulęis decenter ornet̃, nil in altari repoſito præter crucem & ſex candelabra accenſa, & ingreſſo clero campanarum pulſatio deſiſtat, & in eccleſia ſtatę orationes & preces canãtur, ĩ proceſſione viri a mulieribus ſeiuncti incedant, ac omnes colloquijs excluſis pſalmis, hymnis, & alijs ſacris precibus operam dent, prohibeantur in vijs ſpectacula quæ minus decent, nec actiones prę foribus ædium, aut in via repræſententur, epiſcopiq; vel parochi viros graues eligant quib. cura ſit vt proceſſio pie & religioſe habeatur, ſemoto abuſu quocunq; edẽdi, vel bibendi in proceſſionibus, vel agros luſtrãdi, vel aliquid in ijs locis vendẽdi, & vt dũ proceſſio dieb. ferialib. habet̃, officinæ claudantur, nec aliquid tunc vẽdatur, vt mulieres velatæ interſint, vt patres familias curent eorum filios ſupplicationibus intereſſe, & roget etiam magiſtratus vt id populo edicãt, & vt orationes noſtræ facilius exaudiantur, hortetur parochus populum, vt ante ſupplicationem confiteãtur, &

com-



communicent, In ſupplicatione canãtur Litaniæ iuxta formam ritualium, hymni, vel aliæ preces, nec ea non abſoluta, niſi neceſſitate adigente, & licentia a proprio ſuperiore petita, aliquis religioſus diſcedat, ſed vſque ad eccleſiam vnde cępit reuertatur, & ibi maneat genuflexus donec preces ſint abſolutæ a parocho induto ſtola violacea, & cotta ac pluuiali, ſi tempore Rogationum fiunt proceſſiones, ſin ſecus alio colore tempore conuenienti.

17 Sacramenta quomodo cuſtodienda, & miniſtranda.

Vt ſanctiſſima ſacramenta honorifice cuſtodiãtur, & miniſtrentur, mõ ſupra in c. de Viſit. expoſito, & ſacramentum Euchariſtię, & pęnitẽtię remedia ſingularia animę languẽtis, & viæ præſentis ſolatium quam frequẽtius fieri poterit frequẽtẽtur, ac parochi & qui ad id onus expoſiti ſunt, ſeduli ſint in ijs paterna charitate miniſtrandis.

18 Concionatores hñdi, & in q̃bus inſtruendi.

Vt concionatores optimi, p̃ter parochi operam, tã in ciuitate, quã in diœceſi diebus dñicis, & feſtiuis, Aduẽtus Dñi, & Quadrageſima vbi fieri poteſt habeantur, qui pie & vtiliter verbum Dei iuxta auditorum captum diſſeminẽt, vt inquit Greg. li. 5. de ſacerdotio, ab ijs cauendo qua ſupra c. de Viſit. ſub §. de viſit. lectorũ expoſita ſunt, in eo potiſſimum incumbendo vt peccata è medio tollãtur, vt blaſphemię, ſuperſtitionis violationis feſtorũ, irreuerentiæ in eccleſiijs, auaritiæ, ſitis nefariæ pecuniæ augendę, iniuſtitiæ in cõtractibus litium malitioſe protractarum, vel iniuſte actarum, inimicitiarũ, adulterij, ſtupri, inceſtus, & huiuſmodi, periurii falſi teſtimonij, detractionis, ſuperbiæ, & huiuſmodi, cõtra ea acriter inuehendo, & ad ſpecies etiam & mala quę inde oriũtur deſcẽdẽdo, contra prauas etiam conſuetudines, quæ peccati incentiuũ exiſtunt inuehendo, ut ſpectacula ludicra, ludos, choreas, ſcenicas actiones ornatũ inanem fucum, impenſas ſuperfluas, ſeruorũ multitudinẽ inutilẽ, epulas ſumptuoſas, mala inde promantia exponens. Oẽs ad ſacramenta frequentanda hortando, & cum vſu euenerit, exponendo ꝙ officium ſit ſuſcipientium infantes, & circa ſacramenta alia qualiter ſint accipienda, & qui fructus inde ſit colligendus, iuxta tradita inf. Tom. 4. exponat.

Ad virtutis præterea opera exequẽda populum cohortabitur, ad euãgelica conſilia amplectẽda, ad eleemoſinarum vſum, correctionis fraternę, ieiuniũ, orationes ter in die pie fundẽdas, ad Doctrinã Chriſtianã edocendã, ad bene filios educandos, & filios ut parẽtibus obediãt, & itẽ de magiſtratibus, diuites ad bene pecunias & opes expẽdendas, vt quotidie Miſſę ſacrificio interſint, prius a Deo peccatorum venia petita, vt frequenter concionib. interſint, orẽt pro viuis & defunctis, ęgros inuiſant, eos pie ſolentur, tã domi quã foris, uel in eccleſia deuote genuflexi orent, conſiderantes Dei magnitudinem, ad quid conditi ſumus, diuina beneficia vt peccatum uitemus, quid pro nobis tulerit, vt cum eo patiẽtes & dolẽtes pariter corregnemus, nouiſſima noſtra, vt ſic a peccatis ceſſemus, & ad Deum mundo ſpreto, tota mente inhiemus, vt late docet Card. Borro. in actib. eccleſię Med. ſub c. de inſtructionib. cõcionatorum, & dicetur late ſub tr. concionatoris.

Vt lectio ſacrę ſcripturę, vel Teologiæ in cathedrali, & locis inſignib. aſſignata Teologo cum eo onere præbenda in illa eccleſia primo vacãte, habeatur diebus Dominicis & feſtiuis, & lectio item caſuum cõſcientiæ quotidie in palatio epiſcopali, quibus lectionib. ſacerdotes & clerici omnes ciuitatis, vel loci illius interſint. 19

Lectio teologię, & caſuum, ac ſcripturæ habenda.

Vt Doctrinã Chriſtianã pueri & puellæ, & alij qui id ignorant dieb. Dominicis & feſtiuis in eccleſia edoceãtur, à parocho clericis, & alijs pijs viris ac mulierib. poſt prandium iuxta formã libri æditi, ac patres filios, & matres filias eo deducant, & ob id ſocietas Doctrinæ Chriſtianæ in eccleſia inſtituatur, in qua plures docentes deſcribantur, magiſtri & magiſtrę, ſilentiarii, ianitores, Theſaurarii, & alii de quibus in dicto libello habetur, curando, vt ip- 20

Doctrina chriſtiana qualiter docenda.



ſius

ſius regulæ obſeruentur, & puellæ in
eccleſia ſeparata, vel in angulo eccle-
ſiæ edoceantur, prohibendo ne inte-
rim iuuenes illuc accedendo, & ob id
deputando viros ac mulieres graues
ætate & moribus, quæ arceant illos ne
ingrediantur vbi puellæ erudiuntur,
quæ erudiantur a mulieribus tantum
grauibus, & quæ norint fidei rudimen
ta, & ſacerdote, ætate & moribus gra
ui, qui & illis lecta explicet, & in fi-
ne recitatis Litanijs, & orationibus
modeſte diſcedant, & ſingulis men-
ſibus congregatio habeatur confra-
ternitatis, & ſimul conſulant ſi quid
opus eſt ad operis promotionem præ-
ſente ſemper parocho, qui & ſemel in
menſe confiteātur, & ſacram commu
nionem accipiant, & bis ſaltem in an-
no diſputationes generales habeātur
a pueris, & puellis præter conſuetas
dierum feſtiuorum, in quibus præ-
mia rerum piarum vt Agnus Dei, co-
ronarum, & officiorum, vel ſacrarum
imaginum peritioribus erogentur, &
curetur vt Indulgentiæ a Sanctiſſimo
Domino Noſtro huic confraternitati
applicentur, quæ a parocho ſæpius po
pulo publicentur, eum ſedulo hortan
do ad opus hoc tam pium & Deo cha-
rum amplectendum, & promouen-
dum.

21
Reliquiæ vt cuſtodiendæ, & exponendæ.

Vt ſacræ reliquiæ, quæ templa fuere
Dei & domicilia Spiritus ſancti a Deo
ad æternam & beatam vitam excitan
dæ, in honore a populis habeantur, &
ſumma cum veneratione exponantur
& cuſtodiantur, & ſacræ item imagi-
nes pie, amotis prophanis, vel impudi
cis imaginibus, ſculpantur, quas po-
pulus Chriſtianus in memoriam pro-
totipi & exemplaris veneretur, ve-
tando tamen ne quid noui in ſacris
imaginibus pingendis, vel miraculis
euulgandis, & in eccleſia inuſitatum
in eccleſia introducatur, iuxta ſupe-
rius ca. de Viſit. expoſita, & habetur in
Tr. de Miſſa. ſub c. de Eccleſia.

Vt indulgentiæ quæ homines ad ſa-
cramenta frequentanda inducunt, &
quibus pęnę peccatis debitę ex appli-
catione Theſauri eccleſiæ eluuntur,
quam frequētius & copioſius fieri po-
teſt, habeantur, quę populis enuntien
tur, ſemoto oī abuſu & auaritię nota.

22
Salutatio angelica, quādo pulſanda, & oratio veſpertina ītroducēda & quid in ea præſtādum.

Vt Salutatio Angelica in aurora,
meridie, & veſperi pulſetur ad Bea-
tam virginem ſalutandam, & eius au-
xilium implorandum, vtque Oratio
veſpertina introducatur, qua de cau-
ſa in cathedrali, & collegiatis, & regu-
laribus, ſecularibuſque eccleſijs cam-
pana pulſetur per quartum horæ ſpa-
tium ſub noctē, qua ſignificatur ad o-
rationem concurrendum eſſe, quo tē
pore patres familias omnes de domo
conuocent, & pie ante aliquam ſacrā
imaginem omnes ſimul orent, in qua
aliquid meditari expediet de vita &
paſſione Domini, turpitudinis pecca-
ti, mortis, iudicij, inferni, & regni
cœlorum, vel recitare coronam, Li-
tanias, Pſalmos pœnitētiales, aliquam
ſpiritualem meditationē approbatā,
propriam conſcientiam examinando,
gratias Deo agendo ob beneficia acce
pta, tum omni tempore, tum ea die p̄-
ſertim, tum ab eo lumen petendo co-
gnoſcendi & deteſtandi peccatum, co-
gitādo an in aliquo Deū offenderit co
gitationib. verbis, vel operib. maxime
in ijs ad quæ quis magis procliuis exi-
ſtit, & ſi ī aliquo peccauit a Deo humi
liter veniā petēdo, cū emēdationis p-
poſito, & quā primū ea confitendi, Cu
rādo ēt vt indulgētię huic operi dedi-
tis a Sāctiſſ. D.N. applicēt, q̄ a parochis
populo ſigno & efficacib. verbis pate-
fiāt, vt ad hoc opus populus accendat.
Vt ēt introducatur oro ſine intermiſ-
ſione dieb. feſtiuis ī eccleſia ad quā cle
rus & popul9 cōueniat poſt veſperas &
oret pro eccleſia ſctā, hęreticorum cō-
uerſione, vel eorū humiliatione, & īfi-
deliū, cōcordia principū Chrianorum,
pro dn̄is ſpiritualibus & tpalibus vt be
ne p̄ſint, & pſpere viuāt, p euitatione
peccatorū, cuſtodia diuina, & quacun
que imminenti neceſſitate, & ibi aliqs
ſacerdos pie verbū faciat ſup deplora-
tiōe peccantiū; eorū miſerijs, ob quæ
diuina in nos ira deſcēdit, eos hortan
do



do vt ad Deū ex intimo cordis cōuerſi
a vijs peſſimis recedant, & ad diuinam
recurrant miſericordiam.

Vt etiam qn̄q; introducatur oratio
40. horarū ad diuinā opē implorādam
vbi res aliqua magni momenti, vel ali
quod periculū graue imminet, quę ta
men ſine epi licentia non exponatur
& ſub forma tradita inf. in ſacro Euch.

23
Oratoriū introducēdum, & q̄d ibi agendum.

Vt oratoriū introducatur in aliqua
eccleſiæ capella ſi ampla ſit vel in foro
ep̄ali, vbi ter ī hebdomada poſt veſpe-
ras. 3. 4. vè ſacerdotes ſeculares, vel re-
gulares viciſſim ſuper aliqua materia
ſpirituali pie ſermonē habeant, q̄ ma
ximā vtilitatē affert ad progreſſum in
vita ſpirituali, cui ſermoni ipſe quoq;
epiſcopus pręſens ſemper ſit, & pie ſer
monem habeat, poſt quæ aliquæ pię
laudes canantur, & orationes tempori
congruæ recitentur.

24
Confeſſariorum copia habenda, & de q̄bus inſtruendi.

Vt confeſſariorū copia nō deſit qui
laudabiliter & aſſidue hoc munnus o-
beant, quib. & regulas tradat quas ob-
ſeruare a quibusve cauere debeant, vt
nemo confeſſiones audiat, niſi ab ordi
nario approbatus ſit, etiā ſi pueros tan
tum audiat, & regulares omnes tradāt
epiſcopo copiam eorum qui ex ſuis ab
ordinario ſunt ad id approbati, & idē
faciant qui in diœceſi ſunt vicario fo-
raneo, vt qui ad tempus vel ſub certa
limitatione admiſſi ſunt, fines manda-
ri non excedāt, ſi regularis audit infir
mos fidē faciat ſtatim ſcripto confectā
eius cōfeſſionis auditæ parocho, nec ī
domibus laicorum audiat cōfeſſiones
virorum mulierūve caſu neceſſitatis
excepto, vt antequam incipiat confeſ-
ſiones audire pie Deū oret, vt illi opē
ferat in tanto munere exequēdo, faci-
le non admittat eos qui ordinariū cō-
feſſariū relinquunt, cum parocho ſi re
gularis ſit, bene conſentiat, vt eos non
admittat qui turpem vitā gerunt, niſi
eius conſilio adhibito, curet vt pęnitē-
tes fucis crinibus intortis, & huiuſmo
di abſtineant. Videat an vere pęni-
tentes ſint, & mutandi vitam firmum
propoſitum habeant, an cōſcientiam
diſcuſſerint, an reliquerint occaſiones
proximas peccati, de quibus late in tr.
de pęnitentia, & ſi eos nō nouit inter
roget eorū ſtatum & conditionem, an
eius ſubditus ſit, alias remittat ad ſuū,
an aliqua cenſura, vel caſu reſeruato
irretitus ſit; primo enim caſu ad ſupe-
riorem pro abſolutione dimittat, 2. pa
riter vel abſoluat a quibus poteſt pro
alijs ad ſuperiorem remittens, prima
tamen via eſt potior, an pœnitentias ſi
bi impoſitas peregerint, an calleant ar
ticulos fidei, præcepta Dei & eccleſiæ,
& huiuſmodi, & ſi rudes ſint eos īſtru-
at, mandet vt pęnitentes prius ſua pec
cata confiteātur, & poſtea eos diligen
ter interroget, circa x. præcepta Dei,
7. capitalia peccata, præcepta eccleſiæ
opera miſericordię, virtutes, &c. & vbi
aliqua occaſio peccati, vel reſtitutio fa
mę vel pecunię eſt fienda eā præmitti
ante abſolutionem vbi ſine ſcandalo,
vel magno detrimento fieri pōt man-
det; & cuilibet peccato cōuenietes pę-
nitētias & remedia adhibeat, & vtatur
certa abſolutionis forma, & alia præ-
ſtet, de quib. late d. tr. de pęnitent. hr̄.

25
Religiones quę ītroducendæ.

Vt operā det vt præter antiquas reli-
giones a ſanctiſs. viris progenitas, & q̄
ſuo exēplo & doctrina eccleſiā mirū in
modū illuſtrāt, quas charitate p̄rna am
plectatur, introducat ēt religiones re-
centes, q̄ nunc tp̄is doctrinę excellētia
& ſāctitatis exēplo p̄ſtāt, vt Capucinos
Barnabitas, Summaſcos, Tolētinates,
Theatinos, & p̄ſertim Patres ſocietatis
Ieſu qui præter ſupradicta in iuuentu
te erudiēda, & bonis moribus imbuen
da, mirifice proſunt.

26
Clerici ut ordinari, viuere, & erudiri debeant.

Vt pſonę eccl. legitime viā eccleſiaſticā
īgrediāt honeſte viuāt, & in bonis lite
ris erudiant, Vn̄ vitā eccleſiaſticā īgre
di nō pmittant canonicis & legitimis
īpedimētis irretiti, vt minores ſepten-
nio, nō cōfirmati, ignorātes fidei rudi-
mēta, q̄q; cōpetenter ſcribere & lege-
re neſciāt, vel non vt ſeruiāt Deo hāc
vitā ingrediūtur ex Conc. Tr. ſeſſ. 23. c.
4. hæretici, criminoſi, ſolenniter pęni-
tentes, neophiti, gulę dediti, impudi-
ci, periuri, vſurarij manifeſti, in-
fames, ratiocinijs obligati, ſerui
cor-

corpore vitiati, vel ĩſigniter deformes illiterati, & ignoti, bigami, irregulares, ſuſpenſi, excõmunicati, interdicti, morbo comitiali affecti ęnergumeni, non examinati, furioſi, furtiue, vel per ſaltum promoti, & huiuſmodi, de quibus late in tr. ordinis. Vnde hi cum petent ordinari ſcriptum afferant teſtimoniũ parochi, ſe legitimo matrimonio genitos, vel ſecum eſſe in natalib. diſpenſatum, dięceſanum eſſe origine vel habitatione decẽnali, vel per triennium cum proprio epiſcopo, & a ludimagiſtro, vel parocho teſtimoniũ afferat obſignatum ꝙ litteris operã dat, & in illis proficiat, ſcholas Doctrinæ Chriſtianæ frequentat, ſepius communicat, bonis moribus præditus eſt, & bonorum conuerſationes ſequutus eſt. ſi ad minores ordines promoueri vult in habitu & tonſura ſe præſentet, ſcriptas literas obſignatas parochi habeat, ꝙ literis operam dederit, in habitu & tonſura decenti inceſſerit, ſacrã communionem ſemel in menſe ſuſceperit, Doctrinæ Chriſtianæ operã dederit, probate vixerit, functiones ordinum exercuerit in eccleſia cui aſcriptus eſt. i. ſi oſtiarius clauſerit, & aperuerit tempore debito fores eccleſiæ eijciendo excommunicatos, & interdictos curando ne in eccleſia ſtrepitus vel deambulationes fiant, ne altari in quo ſacerdos celebrat quis prope accedat, hęreat altaribus, chorum ingrediatur, vendat, colloquatur, impudice aſpiciat, canes eijciendo, curando vt ſemper maxime vero tempore ſacræ communionis ſumendæ omnes reuerentior ibi maneant, & tpe quo doctrina Chriſtiana exercetur, fores cuſtodiendo, eccleſiam mundãdo & altaria apparando, & mandando vt mendici in foribus ſiſtant eccleſiæ; ſi lector, ꝙ legat in eccleſia prophetias in eccleſia legi conſuetas, & lectiones matutinales, diebus feſtiuis doctrinam Chriſtianam edoceat, vel mãdato ſuperioris aliquem librum approbatum legat in eccleſia; ſi exorciſta, ꝙ exorciſmos memoria teneat, in eo munere imper tinentia non petat, cum oratione ieiunium adiungat, vt in eccleſia adſit ſemper aqua benedicta, vt præparet ſal ſacerdoti volenti baptizare, vel aquam benedicere. Si Acoluthus, ꝙ ſociet diaconum & ſubdiaconũ ad altare eis inſeruiendo, lumina in altari accendat, præcedat cum ſocio cum ceroferariis ſacerdotem ad altare, Miſſam ſolennẽ celebraturum, accedentem, præparet vinum & aquam in vrceolis mundis, ꝓ miſſæ ſacrificio, dũ legitur euangeliũ cũ ſocio ex vno latere altaris maneat altero ex alio extante, cum ceroferariis, & ſimiliter dũ Sanctus canitur vſque ad finem ſacræ communionis, paret thuribulum cum incẽſo & nauicula, illa tẽpore debito ſubdiacono præſentãdo, tempore communionis cum lumine illam aſſociet, miniſtret miſſis priuatis in eccleſia cui eſt adſcriptus; Hi tamen non admittantur, niſi ordinis ſuſcepti literas oſtendant, probẽt ſe legitimæ eſſe ætatis, & latinam linguam intelligant, & temporum interſtitia, niſi aliud apiſcopo videatur, trãſiſſe probent. ſeſſ. 23. c. 11. in Tr. Conc. & ex Bnlla Sixti V. contra clericos male promotos.

Si ad ordinem ſacrum eſt promouẽdus, pręter ſupradicta teſtetur ſe habere ætatem præſcriptam. ſ. pro ſubdiaconatu. 22. annos, pro diaconatu, 23. pro presbiteratu. 25. ſeſſ. 23. in Triden. Conc. c. 12. & penſionem eccleſiaſticã vel patrimonium, aut beneficium, ꝙ ſatis ſit ad eius ſuſtentationem vere ſine fraudeq; pacifice poſſidere, vel ſaltẽꝙ aliquis cautionem pręſtiterit ſe illi victum ſuppeditaturum ſaltẽ donec aliũde illi prouiſum ſit, nec ſubdiaconi ordinẽtur niſi poſt annum a die vltimi minoris ſuſcepti, niſi eccleſiæ vtilitas vel neceſſitas aliud poſtulet, c. 11. eadẽ ſeſſ. & ꝙ prius publicationes præmiſſæ ſint in eccleſia parochiali ꝓpria, & vbi domicilium vltimo habuit intra miſſarum ſolẽnia, ꝙ is ad aliquẽ ſit ex ordinibus ſacris promouendus, & ſi regularis ſit teſtetur ſe in religione probata profeſſum eſſe, & ꝙ fre-

quen-



quenter confeſſus ſit & ſacram cõmunionem acceperit, & ꝙ in ordine ſuſcepto miniſtrauerit, nec admittantur qui præter ſupradicta ignorẽt quæ ad ordinem exercendum pertinẽt, vel officii recitationem, vel cantum firmũ, vel digni nõ ſint, ad presbyteratum vero qui ad docendum populum ea quę ad ſalutem ſunt neceſſaria, & ſacramẽta adminiſtranda idonei non ſint. ca. 13. 14. eadẽ ſeſſ. nec qui ignorẽt miſſæ cerimonias, qui & poſt ordinem non dimittantur celebrare niſi a magiſtro cerimoniarum licẽtiati, & vlterius teſtentur ſe congregationibus ſacerdotalibus interfuiſſe, qui & feria quarta ante ordinationem, vel prout epiſcopus mandauerit ſe præſentent, & pręnomdicti ad ordines ſacros promouendi, a tribus Teologis, vel canoniſtis examinentur.

27 Seminariũ erigendũ, & ut clerici inſtituendi.

Vt ſeminarium ſi erectũ non eſt erigatur, iuxta formã. c. 18. ſeſſ. 23. in Tr. Cõc. in quo pueri nõ minores 12. ãnis ex legitimo mrimonio nati admittanẽ bonæ indolis, & qui ſcribere & legere cõpetenter norint, pauperes ꝑſertim, niſi diuites proprijs bonis alãtur, qui in certas claſſes diſtincti ĩ habitu & tõſura decenti incedentes, in grammatica, cantu, computo eccleſiaſtico, & alijs bonis diſciplinis, ſacra ſcriptura, libris eccleſiaſticis, homilijs Sanctorũ ritib. & ceremoniis ſacramentorũ tradendorum, & maxime ſacrę confeſſionis inſtruantur, cui loco ſacerdos ætate & morib. grauis præficiatur, cui curæ ſit, vt modeſte viuãt, & ſinguli in loco communi collucentibus ibi lampadibus, & in Thalamo exteriori intro reſpiciente eo manente, & ipſos cuſtodiente, noctu cubẽt, literis vacẽt, miſſæ ſacrificio interſint, quotidie officiũ B. V. quotidie recitent ſimul & ſemel ſaltẽ in menſe ſacerdoti ad audiendas cõfeſſiones clericorũ expoſito, q̃ zelo & ætate ſit grauis ſinguli peccata ſua cõfiteatur, & ſacram cõmunionẽ recipiant, nigras tm̃ veſtes interius & exterius induti, qui mane ſurgẽtes recitẽt Pater noſter, Aue Maria, Credo, & orationem Domine Deus omnipotens qui ad principium huius diei, & cum ſcholã ingrediũtur, Pater noſter, Aue Maria, Salue regina, Actiones noſtras, & in exitu eius itidem, in benedictione menſæ, benedictionẽ vt in Breuiario, & ſimiliter gratiarũ actiones poſt, dum cubitum eunt Pater noſter, Aue Maria, Credo, Salua nos Domine vigilantes, &c. quæ omnia genuflexi ante piam aliquam imaginẽ recitent. Huic vero loco prouideatur, iuxta formam dicti Concilij.

Vt alij clerici vagari non permittãtur, ſed vbi fieri poteſt in vnum locũ colligantur, & vt ſupra inſtruantur, ꝙ ſi in domibus parentum degunt habitu & tonſura decẽti quę paruę hoſtiæ figuram præ ſe ferat, ſemper vtantur, ac alicui eccleſiæ aſcribãẽ vbi functiones ordinum exerceant, ſacram cõmunionem accipiant, & Doctrinæ Chriſtianæ interſint, & decem ex ipſis alicui graui moribus, & ætate ſacerdoti commendentur, qui velut pater eorum curam habeat diligentem, cui ẽt tantum peccata ſemel in menſe, & diebus ſolennibus cõfiteãtur, & attẽdat, ne cum mulieribus ſuſpectis cohabitẽt, vel cum laicis ſuſpectisve viris vel locis verſentur, ne armis vtantur pręter cultellos ad vſum domeſticũ, niſi itineris gratia in caſu neceſſitatis, & de licẽtia epiſcopi ſcriptis exarata, ne perſonati incedãt, choreas publicas, vel priuatas non agant, vel eis interſint, a fabulis, comediis, haſtiludiis ludiſque maxime alearum teſſerarum, & ab eorum proſpectu abſtineant, excepto ludo paruæ pilę exercitii cauſa, & in priuatis ædibus decurionis, vel alterius grauis viri, vel proprijs; ſic tamen vt pecuniam, nec pecunia æſtimabile quicquam pro luſu proponant, à crapula & ebrietate, & cauponis niſi in neceſſitate abſtineant, negocia prophana euitent, venationes aucupia, & huiuſmodi, quę omnia etiã per alios clericos in minoribus, vel ſacris conſtitutos & ſacerdotibus obſeruentur, caligis turgidis non vtantur, nec inter-

 ſe

rulis lactucatis, nec ocreis, nec annulis niſi Doctores ſint, vel in dignitate conſtituti, nec mantelletto niſi prælati ſint, quę etiam per alios eccleſiaſticos ſeruentur; probato præceptori ab epiſcopo commendentur, vbi grammaticam, cantum, & alia de quibus ſupra edoceantur, & qui linguam latinam intelligũt, illa tantum in ſcholis vtantur, & qualibet die ſabbati memoriter recitent quæ in hebdomada didicerint, & ſuper ijs quæ didicerunt, vtiliter diſputent, nec libros præter neceſſarios apud ſe habeant, laſciuos vel ꝓhibitos omnino vitando, qui vero in diæceſi ſunt parocho vt prædicta pręſtent commendentur, & vt vicarius foraneus prædictorũ executionis rationem epiſcopo reddat, pueri etiam laici miſſis priuatis miniſtrantes, qui tamen non niſi in neceſſitate admittantur, ijſdem decurionibus commẽdentur, qui curent vt literis operam dent ſemel in menſe confiteantur, & cõmunicent, eccleſiæ inſeruiant, & honeſte viuant.

28 **Vicarii foranei conſtituendi.** Vt vicarij foranei vbi non adſunt in certis dięceſis regionib. conſtituãtur, qui Archipresbiteri, vel Rectores eccleſiarũ ſint ſi idonei & probi ſunt, ſin minus alii arbitrio epiſcopi, quib. curę ſit vt congregationes ſemel in menſe viciſſim apud omnes Rectores ha-

29 **Cõgregationes ſacerdotales vt habendæ.** beantur, vbi omnes ſacerdotes & clerici illius vicariæ interſint in habitu tonſura, & cũ ſuperpelliceo decenti, idq; mane die non feſtiua ſtatuta per vicariũ foraneũ, populo eius loci vbi eſt fienda die dñico præcedenti huius rei admonito, vt ad concionem & diuina cõueniat vbi ſacerdotes celebrẽt, & cęmiteriũ cum orationib. conſuetis in ſuffragiũ defunctorũ recitatis proceſſionaliter adeatur, & miſſa ſolẽnis canatur, ĩ cuiꝰ medio ab aliquo ſacerdote idoneo a vicario foraneo electo pie ad populũ ſermo habeatur, quo vitia illi loco peculiaria deteſtetur illũ hortando ad Deum colendum ipſius præcepta obſeruandum, virtutes amplectendum, & vitia fugienda.

Celebrato vero officio omnes in domum parochi conueniant vbi modeſte vno ferculo tantum, & iurulento, ac fructuum vna tantum ſpecie reficiantur, in qua refectione benedictione præmiſſa, lectio ſacra a clerico habeatur, & conſueta gratiarum actione concludatur, qua ſumpta, aliqua pars conſtitutionum ſinodalium legatur, tum lectiones propoſitæ à vicario foraneo Cathechiſmi, ſummę, vel alterius generis perlegãtur, & caſus conſcientię ab eodem propoſiti diſputentur, & ſi quod pariter dubium alicui ſacerdoti maxime in curæ adminiſtratione occurrit, vel quòd ad populi correctionem pertineat, & vbi dubium occurrit quòd ipſi expedire non ſciant, ad epiſcopum vel pœnitentiarium cathedralis, id referant, & congregatio futura ac locus & dies a Vicario conſtituatur cum annotatione lectionum & dubiorum, quæ tractanda erunt, lectionum cura viciſſim omnibus aſſignata, ſingulis vero circa caſus propoſitos ſuam ſententiam proferentibus, & notentur quotquot ei cõgregationi non interfuerint. Vbi vero clerus eſt numeroſus in aliquo oppido, bis in hebdomada congregationes huiuſmodi omiſſa refectione & ſermone ac miſſa ſolenni, ordine præſcripto habeantur.

His curæ ſit vt maior quam fieri poteſt clericorum numerus in eorum vicariatu introducatur, & inſtruatur, modo ſupra relato, Vt eccleſiæ bene cuſtodiantur & ornentur, iuxta dicta cap. præcedenti, & præſertim vt bene contectæ ſint, & ſub tecto fornix, vel laqueatæ tabulæ decenter depictæ, parietes interni eccleſiæ pijs imaginibus ornentur, vel ſaltem dealbentur, feneſtræ ferreis cancellis ſepiantur, & vitreis feneſtris, vel telæ ſaltem muniantur, pauimentum eccleſiæ ſit bene aptatum, valuæ peſſulo, & ſera muniantur, quæ a parocho, vel eccleſiæ Rectore cuſtodiantur, & in pauimento crux, uel ſacræ imagines non ſculpantur, adſit vas aquæ benedictę, 30 **Vicarii foranei, quæ curare debent.**

quæ



quæ octauo quoque die benedicatur, & renouetur. Intus eccleſias, grana, ligna, & huiuſmodi non reponantur, In eccleſiis, vel cœmiterijs, non edatur, bibatur, dormiatur, vel alia fiant, de quibus ſupra, in eccleſiis nullus ſepeliatur, niſi in ſepulchris iam factis, epiſcopi licentia non obtenta, Cœmiteria clauſa ſint vndique muro, vel ita ut feris ad ea non ſit aditus, Cruce in medio ſita, & ab omnibus impedimentis arboribusve iis purgatis, Vt parochialis habeat campanile cum duabus ſaltem campanis, & ſacriſtiam cum armariis ubi ſuppellex eccleſiaſtica reponatur, quod & aliæ eccleſiæ habeant, vbi & adſit lauatorium, vel ſaltem ſitulus cum manutergio, & altare tobalea opertum ſi loci capacitas patitur, vt altaria extra eccleſiam exiſtentia amoueantur, vel in oratoriis, quæ clauſa non cuſtodiuntur, & altaria ſint menſuræ, & formæ ſupra capitulo præcedenti explicata. Vt adſint calices bene firmi, & inaurati, corporalia munda, albæ, cinguli, amictus, planetæ omnium colorum, purificatoria, manutergia, vela, pluuialia, miſſalia, pacis vas, ſitulus, Thuribulus cum acerra, & cocleari, capſula pro hoſtiis conſeruandis, ac cuſtodiendis ſuppellicea cõmunia, & huiuſmodi, de quibus ſupra pro loci qualitate & numero miniſtrantium; Vt ſanctiſſimum Sacramentum cuſtodiatur in tabernaculo ligneo, forma de qua in dicto capitu. confecto, in quo nil præter ipſum exiſtat, & adſint vaſa de quibus capitulo præcedenti eſt dictum, quòd ſingulis hebdomadis renouetur; Vt communicantes habitu decenti accedant, & cum ſanctiſſimum Sacramentum ad infirmos defertur, pulſetur campana ut confratres præſertim ſocietatis Corporis Domini illud aſſocient, quòd & veſperi fiat, deferatur vero ſub baldachino, cum lanterna, intortitijs accenſis, campanula pulſante, ut omnes in eius tranſitu genuflectentes illud reuerenter adorent, ſitulo & aſperſorio, panno lineo ante infirmum ponendo, duas ſaltem particulas deferendo, niſi ad loca longinqua & difficilia accedatur, quo in reuerſione ad eccleſiam pariter adoretur, & vbi non adeſt ſocietas Sanctiſſimi Corporis Domini in aliqua eccleſia parochiali in ea authoritate ordinarii inſtituatur, habeãturque etiam in qualibet parochiali duo inſtrumenta ferrea pro hoſtiis conficiendis ad vſum ſacrificij, & communionis populi, & capſulæ decentes ad eas cuſtodiendas. Vt ſacræ reliquiæ tuto & decenter cuſtodiantur, & exponantur, modo in dicto capitulo explicato, & latius in tractatu de Miſſa.

Vt adſit baptiſterium cum ciborio illud tegente, in quo reponantur olea ſacra, & panni linei ſeparatim quibus caput infantis abſtergatur, & vaſculum vitreũ quo aqua baptiſmi ſuper caput baptizandi infundatur, & pro vſu abſterſionis adſint ſaltem duo panni linei mundi, & aqua baptiſmalis renouetur Sabbatho Sancto, & Pentecoſtes, & vt baptizati in librum deſcribantur, notando nomen infantis, patris, & matris, ſi noſcantur, & legitimus eſt, ſin minus dicatur eum eſſe natum illegitime, ex tali patre & matre, & ſi id ignoretur dicatur natus ex parentib. ignotis, & vbi eſt dubium an ſit baptizatus, baptizetur ſub conditione de qua in tractatu de Sacramento Baptiſmi, & notetur ſimiliter nomen ſuſceptoris, & ſuſceptricis ac cognomen, & baptizantis, ſi parochus eſt teſtans ſe eſſe talem, ſin minus quòd baptizans vel parochus in eo teſtetur de eius licentia a tali eſſe baptizatum, cum annotatione diei, menſis, & anni, qui liber apud parochum diligenter cuſtodiatur, & ſingulis annis eius exemplum epiſcopo tradat; Vt adſint confeſſionalia forma, dicto capit. præcedenti deſcripta, in quib. adſit tabula

Bul-

BullæCenæ, caſuum epiſcopalium, pia imago cum oratione dicẽda in initio confeſſionis audiendæ, curando vt cõfeſſarij obſeruent ſuperius relata, ꝙ præſertim ne omittant, verba illa formæ: Abſoluo te. Vt parochi diligentes ſint in infirmis viſendis, & ſacramẽtis eis adminiſtrandis, & ob id librum habeant in quo deſcribant omnes qui in eius parochia moriuntur, in eo notando quis ei ſacramẽtum pœnitentię miniſtrarit, quis Euchariſtiæ, quis extremæ vnctionis, & quis animã eius Deo cõmendarit, & eius pariter exemplum ad epiſcopũ tranſmittat, ꝙ item de ijs qui matrimonio iungũtur fiat, notatis diebus denuntiationum, & contracti matrimonii per quem an per parochum, vel alium de eius vel ordinarii licentia, cum annotatione teſtium, & denuntiationum ſi de licentia epiſcopi ſint omiſſæ, non iungendo alterius parochiæ, niſi prius habita fide a proprio parocho originis, & domicilii ſi in diuerſis locis aliquis ex ſponſis degerit, ꝙ denuntiationes tribus diebus habitæ ſint iuxta formã Conc. Triden. nec aliquod impedimentum apparuerit, quæ fides ſigillo proprii epiſcopi muniatur, ſi ſcribens abſens, vel ignotus ſit, aut alterius diœceſis, quæ & in filcia cuſtodiatur, ꝙ ſi impedimentum apparet non procedatur vlterius, niſi de epiſcopi licentia, & ante publicationem prius ſeparatim habeatur ſponſorum conſenſus in eccleſia ꝙ conſentiunt vt id matrimonium publicetur, & matrimonium cũ benedictione fiat in eccleſia & non alibi cum miſſa ſacrali. An habeat librum ſtatus animarum, in quo deſcribantur omnes domus ſuæ parochiæ cum nomine & cognomine ibi habitantium, patris familias, matris, vxoris, filiorum, nepotum fratrum patris ſi ſimul habitant, vxorum etiam fratrum, filiorum, nepotũ, famulorum, vel alio modo ibi habitãtium cũ eorum exercitio; & an domus ſit propria vel conductitia, notãdo in margine pro ijs qui communionẽ accipiunt. Co. pro confirmatis. Ch. pro vtriſque. Co. Chr. qui & aliũ paruũ habeat librũ ĩ quo ſeparatim notẽt qui naſcentur ſuperuenient ad habitandam parochiam, diſceſſerint, morientũr, peruenerint ad ætatem cõmunionis, vel confirmati fuerint, vel peruenerint ad ætatem 10. annorũ, quorũ librorũ ſimul cũ illo matrimonii exẽplũ tranſmittat ad epiſcopum quotannis; An cuſtodiant literas, Decreta, & huiuſmodi ab Epiſcopo, vel Vicario, aut viſitatore emanata; An confecerint inuentarium bonorum eccleſię, & ſacriſtiæ, An pie ad populum ſermonẽ habeant diebus Dominicis, & feſtiuis, & Doctrinam Chriſtianam edoceãt, veſperas etiam canant, & an clerici, & alii ſacerdotes ibi inſeruiant, An clericos habeant qui in habitu decẽti tonſura & labro ſuperiori tonſo incedãt, An omnes ad ꝓceſſiones & exequias cum ſuperpelliceo & birreto modeſte accedant, An qui debent reſideant, an habitẽt in domibus eccleſiæ parochialis ad populi cõmodum, curam per ſe exerceant, onera ſuſtineant, ſacramẽta cum ſtola & cotta miniſtrent, & infirmis quorum calcaneo diabolus inſidiatur. Gen. 3. piam operam & pręſentiam vſque ad extremum ſpiritũ præſtent, & diebus Dominicis de more eccleſiæ aquam benedicant, ac ijs & diebus feſtiuis ſaltem veſperas canãt, an a ſuis eccleſiis ſine licẽtia ſe abſentẽt, an defunctus ſine licentia epiſcopi in funere laudetur. An curam gerant vt populus honeſte viuat, an celebrẽt ſic frequenter vt populo ſatisfaciant diebus feſtiuis, & alijs, an edicta populo enuntient, an prædicẽt vt tenẽtur per ſe vel alios, ſi enim non adſit legatum vel conſuetudo populi parochus tenetur etiam Quadrageſima prædicare, vel ſoluere concionantem, ſi cõcionari nolit, an pulſetur Salutatio Angelica ter in die, & Oratio veſpertina, an dieb. feſtiuis diſcedant ab eccleſia quacunque de cauſa miſſa prius non celebrata ibidem, & obſeruent alia de quibus ſupra c. de viſitatione eſt dictum, an adſint coadiutores & reſideant, &

mu-



munera per ſe obeant, ac adiuuent in diuinis, & Rituale Sacramentorũ ſeruent, & miſſas celebrent ad populi cõmodũ, an reſideant in domibus parochialibus, quæ ſi egẽt reparatione mãdetur reparari, & videatur ſi mulieres detinent domi maxime ſuſpectas ſine licẽtia epi, vel libros hẽant ſuſpectos, an alij ſacerdotes munera ſua obeant, & adiuuẽt ĩ diuinis, ꝓbati ab epo, & Doctrina Chriſtiana, & congregationib. interſint, an in ſacris conſtituti, vel beneficium eccleſiaſticum poſſidentes, officium quotidie recitent, qui vero penſiones Officium B. V. & in ſcholis Doctrinæ Chriſtianæ ac diuinis officijs adiuuent, cõgregationibus interſint, & huiuſmodi. An in minorib. conſtituti, & alij obſeruent ea de quib. ſupra eſt dictum. An confraternitates adſint & quomodo cuſtodiãtur, & an rationem parocho quotannis reddant iuxta alibi dicta. An adſit præceptor grammaticæ, qui ſi non adeſt, curetur omnino vt ĩtroducatur, qui ſit vir bonus, ab epiſcopo approbetur, & emittat fidei profeſſionem, nec parochus hoc munus præſtet, ne a curæ officio diſtrahatur. An in populo ſcandaloſi, &c. de quib. ſub c. de Viſitatione. His actis ſi quid Vicarius foraneus correctione vel admonitione dignum inuenerit, paterne moneat, & curet vt emẽdetur, ſin minus id ad epiſcopum referat, præſertim ſingulis mẽſibus ſe ſubſcribens congregationi habitæ, iubendo etiam alios qui adſunt ſe ſubſcribere, ꝙ ad epiſcopum tranſmittat, cũ annotatione cauſæ abſentiæ, ſi quæ per aliquem ſit allegata. & ſimiliter an ſacerdotes ſemel ſaltem in hebdomada confiteãtur, & alij ſemel in menſe, curando etiam ut adminiſtratores confraternitatum quotannis mutentur, nec confraternitatis pecuniæ alicui ꝑter loci inſtitutum mutuo dentur, & executioni mandent ea ad quæ tenẽtur circa legata defunctorum, & pariter qui tenẽtur ea perſoluant, & huiuſmodi de quibus ſupra cap. de Viſitatione eſt dictum. His etiam vicarijs foraneis concedere poterit epiſcopus, vt a cenſuris & caſibus ſibi reſeruatis abſoluant eos qui in vicaria exiſtunt, niſi ex cauſa aliquos ſibi retinere velit grauiores, & ſi Doctores ſint, vt iudicare poſſint inter clericos vſque ad ſummam quinque annorum.

Vt ſinodus diæceſana quotannis cõſtituatur in qua examinatores ad beneficia & iudices delegati conſtituantur. ex ca. 2. ſeſſ. 24. in Trident. Conc. & epiſcopus intelligat a vicariis foraneis & parochis, quos vt coadiutores in vinea Domini paterne amplectat, quomodo animæ cuſtodiantur de opportunis quibuſque remedijs prouidens; ad hanc ſinodum etiam exẽpti ratione parochialium, vel eccleſiarum ſuarum ſecularium accedant, & omnes parochi & clerici in ſacris conſtituti, cum cottis mundis; in ea ſinodo miſſa de Spiritu ſancto canatur ab epiſcopo vel canonico cathedralis in cathedrali, qua finita fiat proceſſio, & reuerſis ad eccleſiam concio habeatur, vel oratio per aliquem regularem ſecularẽve clericum arbitrio epiſcopi, Tũ Decreta aliqua, vel Bullæ Summorũ Pontificum, vel epiſcopalia legantur, & ea præſertim quibus illa diæceſis magis eget ad tollendos abuſus, mores corrigendos, controuerſias componendas, & diſciplinã eccleſiaſticã ſancte inſtituendã, vel collapſam reparãdã, vt Bullã Sixti de male promotis, de habitu clericorum, de alienatione bonorum eccleſiarũ, ex Paulo II. & huiuſmodi, vt in vſum inducantur, & teſtes ſinodales viri moribus graues, tum in ciuitate, tum in diœceſi ab epiſcopo ſtatuantur, qui præſtito iuramento iuxta formam. c. epiſcopus in ſinodo. 35. q. 6. fideliter prius viſitatoribus, tum epiſcopo referãt ſi quid in eccleſiis clero vel populo nouerint corrigendum, ꝙ intelligitur occultis exceptis, & præmiſſa prius fraterna correctione; & data ſolenni benedictione, & ab epiſcopo licẽtia accepta, ſine qua ẽt ad ciuitatẽ accedentes diſcedere non debent, omnes cum Domini benedictione ad pro-

31 Sinod° diœceſana habenda, & quid ibi agendum.

prias

prias redeant eccleſias.

32 *Vicarius generalis qualis conſtituendus & quomodo ſe habere debeat.*

Vt plures quam fieri poteſt & boni miniſtri in epiſcopi adiutorium adſciſcantur, qui tamen parochi non ſint præter Vicarios foraneos, niſi ad modicum tempus, & ſine curæ detrimento epiſcopus eorum opera vtatur. Vicarius generalis ĩ primis, qui idoneus ſit ſcientia, moribus, & ætate. c. cum in cunctis. de el. c. fin. de voto. ac clericus & in clericali habitu incedens. c. in nona. 16. q. 7. nec exterus ſit vbi commode fieri poteſt, vt notos habeat loci hominum mores, vt d. Cucch. de Vic. nu. 53. qui & monachus vel canonicus regularis eſſe poteſt. vt ibi d. idem nu. 57. 58 ꝙ tamen facile non eſt admittẽdũ, niſi in defectum clericorum ſeculariũ, ne detur eis materia vagandi, & dummodo ſecum habeant ſocium ſui ordinis. iuxta c. ꝙ Dei. de ſtat. reg. & dixi ſupra & in cura eis animarum concedenda obſeruandum eſſe, Hic autem diligens ſit in officio, & incorruptam iuſtitiæ normam abſque perſonarum diſtinctione iuxta canonum decreta, mãſuetudine vel æquitate cum rigore temperata, cuſtodiẽs, cauſas celeri curſu expediens, a muneribus, vel vltra quam ius permittat, ſportulis accipiendis, ſe abſtinens, & mulctas pijs tantum locis applicans, quæ item cancellarius & ſcribæ obſeruent, vt in Cõcil. 4. Med. titu. de foro ep. qui & periti fideles ac diligentes ſint in munere exequendo, nec vltra taxas ſtatutas aliquid percipiãt, vt ibi dicitur. Auditor quoque vbi per facultates licet habeatur, qui cauſarum criminalium curam gerat, qui prædictis præditus ſit & prędicta obſeruans, vbi delictum non eſt enorme, vel de eo non conſtat per prę ſumptiones, vel probationes ad capturam non deueniat, nec ad eam facilis ſit, vt not. Faller. in pract. crim. verbo, vel vſuram. & vbi eſt opus ad eam deueniri, operam det, ut id ſine ſcandalo populi fiat, ne crimina eccleſiaſticorũ cognoſcẽtes erga diuina male afficiãt.

33 *Viſitatores conſtituendi, & ꝙ ſit eorũ officium.*

Viſitator etiam generalis conſtituatur qui ſingulis annis omnes eccleſias ciuitatis inuiſat, alter qui totam dięceſim pariter perluſtret, horumq; quilibet ſub ſe. 6. alios habeat viſitatores q̃ ad loca vbi ipſe peruenire non potuit, accedant, qui totam diœceſim certis inter ſe regionibus diſtinctam viſitent & idem faciant vrbani, vicos ciuitatis ſibi partiẽdo, qui ad aliqua loca diuertentes, notent ad quam eccleſiam acceſſerint, ſub quo titulo, cuius reditus ſit, an penſionibus grauata, vel onere coadiutorum aliorumve, Tum deſcribatur ſtatus eccleſiæ quomodo cõſtructa, an fornicata, &c. & idẽ de ſacriſtia, & eius ſuppellectili, &c. & de domo rectoris, & qui in eius domo cohabitẽt, &c. Tum deſcribatur nomen & cognomen Rectoris, & ſingulorum ex clero cum deſcriptione titulorum ipſorum, nominis, cognominis, patriæ, ætatis, ſtudiorum, literarum, morum, ſtaturę patrimonij, an cum parentibus habitent, vel alibi, & huiuſmodi; hi etiã viſitatores cum literis patẽtibus, ſui officii ac ſcriba aſſumpto, viſitẽt eccleſias in indice deſuper cõfecto ſibi aſſignatas, contentas, modo quo ſupra eſt dictum. c. præcedenti; ſic tamen ut non viſitent per 8. dies ante Natiuitatẽ Domini, nec per octo dies ante & poſt Paſcha, nec a Feſto Aſcenſionis vſque ad feſtum Corporis Chriſti, & prius inter ſe conferant, vt vnanimiter viſitent, & in aſſignandis terminis ad executionẽ decretorum, ubi agitur de obſtructione ſepulchrorum, altarium amotione, vel rerum prophanarum in eccleſia extantium, calicum indecẽtium prophanatione, corporaliũ dilaniatione, quæ indecentia ſint, Miſſalium, Breuiariorum, tobalearum, indumẽtorum quæ non conueniunt, arborum inciſione, nullum ſpatium detur, in reliquis aliquod ſpatium dari poterit, ſic tamen vt cum epiſcopo maiora conſulant, vt de fabrica eccleſię, ſacriſtię, dom⁹ nouæ, & huiuſmodi; Ad hos viſitatores vicarii foranei deferant quæcunque negotia occurrunt, qui ea ad viſitatorem generalem referãt, cui ab epiſcopo facultas detur vt cenſuris & pęnis agere



poſſit vt quæ decreta ſunt in viſitatione executioni mandentur, in grauiorib. ſemper epiſcopum conſulendo, & cætera quoq;, pro eorũ prudentia p̃ſtare poterunt, quæ latiſſime habẽtur in libro Viſitatorum Illuſtriſſimi Domini Cardinalis Borrhomei.

*Præfectus monialiũ, & alij conſtituendi, & ꝙ eorũ officium.*

Præfectus quoq; monialium ſeu earũ vicarius generalis qui ſit in dignitate conſtitutus, & ætate, ſcientia, ac morib. grauis conſtituatur, cuius munus ſit deputare capellanos & confeſſarios monialib. viros graues & bonę exiſtimationis ac zeli, & licentiã dare in eorum eccleſia celebrantib. & oĩbus qui tam mares quam fęminę ad earũ collocutionem accedere volent, quæ ſcriptis ſit exarata, & nullus illuc accedere præſumat, ſic tamen vt non det licentiam ingrediendi ſepta monaſterij, cũ id tantum epiſcopo liceat, & eo abſente a diæceſi vicarius ipſius generalis, prout ſacra congregatio Concilij reſpondit, curando quoque vt circa moniales ea obſeruentur quæ ſupra ſunt dicta, eas quoque ſemel in anno epiſcopi conceſſu viſitando.

Prefectus morum cleri qui obſeruet in generali mores eius & corrigenda ad congregationem deſuper fiendam referat. Prefectus morũ populi in generali qui obſeruet & referat vt ſupra. Præfectus confraternitatum, qui vir ſit eccleſiaſticus prudẽtia & pietate cõſpicuus. Præfectus locorum & operum piorum vir, vt ſupra.

Vt plures cõgregationes habeãtur in adiutorium muneris ep̃alis, in quibus agantur ea quę ad illã pertinẽt cõgregationẽ, ut ſi q̃ abuſus irrepſere, tollãtur, & opus ad bonum promoueatur.

34 *Congregationes quę introducẽdę, & quid ibi agendum.*

Cõgregatio in primis ſanctiſs. inquiſitionis, cui ſp̃ ep̃s pręſideat, ac ei ĩterſint vicarij ciuiles & criminales, Theolog⁹ cathedralis, & alij Theologi & canoniſtæ ab Ep̃o & Reuer. Inquiſitore ad id electi, magiſtratus principis, Iuriſperiti laici cõſultores inquiſitionis aduocati etiã, & promotores fiſci ep̃alis, & ſacrę inquiſitionis, & hęc vbi opus eſt habeatur: aliæ ĩfraſcriptę ſemel in hebdomada, & huic præſit ſemper ep̃s, & eo abſente Vicarius generalis, & cũ eo Reuerẽdus Inquiſitor, reliq̃s idem ep̃s vel vicarius generalis, & ijs impeditis præſes illius cõgregationis.

Congregatio rituũ cerimonialiũ, vel aliarũ rerũ q̃ pertinent ad cultum diuinũ cui pręſint aliq̃ ex canonicis, & interſit magiſter cerimoniarũ, & alii ab ep̃o deligendi, & habeat̃ qñ opus eſt.

Congregatio pęnitẽtiarię, cui interſint pęnitẽtiar⁹, Theologus cathedralis, & alij tres Theologi ex clero ſeculari vel regulari, & 4. canonũ Doctores, & ex his duo ĩſignes, alter theologus, alter canoniſta, quorũ cõſilium adhibeat pęnitẽtiarius in deliberationib. capiendis in congregatione, & in conſultationib. frequentiorib. ac in ea agatur de ijs q̃ pertinẽt ad forum conſciẽtię, quorum ẽt conſilio vti ep̃s poterit iñ reb. ad forũ cõſcię, vel fidẽ pertinentib. & hæc congregatio habeat̃ feria 2.

Cõgregatio cõſultationis cauſarum, cui interſint vicarij gñales, protector piarũ cauſarũ, & carceratorũ, aduocati & ſollicitatores partim, partĩ aduocatus & procuratores fiſci, cãcellarius, & alij ab ep̃o eligẽdi fer. 3. vbi agatur de admiſſione iuriſpatronatus, de validitate mr̃imonij vel nõ, de ijs q̃ ſpectãt ad iuriſdictionẽ & ĩmunitatẽ eccleſiaſticã, de pęnis corporalib. a relęgatione ſupra, & alijs huiuſmodi dubiis iudicis arbitrio, ſic tñ vt liberũ ſit iudici conſultorũ ſententiã non ſequi ſi ei videbitur, licet eorũ vota audire debeat conſultiua, tam in litibus pendẽtibus criminalibus & ciuilibus, quam in aliis negotiis emergentibus.

Congregatio viſitatorũ, cui interſint omnes viſitatores vrbani & dięceſis, & alij ab epiſcopo eligendi, quæ habeatur feria 5. poſt veſperas.

Cõgregatio ſeminarii, cui interſint a Conc. Trident. electi, morũ præfecti, & miniſtri loci, & habeatur feria 3. mane poſt diuina peracta.

Cõgregatio piarũ cãrũ, cui p̃ſit p̃fectus carceratorũ, & piarũ cauſarum, & aduocati pauperũ q̃ habeatur feria 6.

Con-

Congregatio parochorum vrbis ſemel in menſe, cui interſint pęnitētiarius, & Theologus cathedralis, & alij Theologi ab epiſcopo eligendi ac canoniſtæ, & omnes parochi ac coadiutores vrbis.

Congregatio confeſſorum, cui interſint prædicti, & omnes confeſſarij vrbis, & habeatur bis in anno.

Congregatio concionatorū cui interſint Theologus cathedralis, & alij tres arbitrio epiſcopi eligendi, & omnes concionatores ciuitatis & diœceſis, & habeatur ſemel in anno ſub quadrageſimam.

Congregatio Vicariorum foraneorum, cui omnes prædicti interſint cū vicarijs foraneis, & habeatur ſemel in anno fer. 5. poſt Octauam Paſchæ.

Congregatio Monialium, cui interſint vicarius monialium, confeſſarij, & capellani, ac viſitatores vrbis, quæ habeatur ſemel in menſe.

Congregatio Doctrinę Chriſtianę, bis in anno, cui interſint parochi vrbis, & præſides operis.

Congregatio pauperum cui interſint præſides pauperum congregationis, & habeatur ſemel in menſe.

Congregatio morum cleri, cui pręficiatur vir eccleſiaſticus, moribus, & ætate grauis appellatus præfectus morum cleri, & viſitatores tum vrbani, tū dięceſis, & habeatur ſemel in menſe, & in ea agatur de ijs qui pertinent ad mores, habitum ſtudia cleri in generaitantum.

Congregatio morum populi, cui p̄ficiať vir eccleſiaſticus ætate & morib. grauis, & ei adſint etiam correctores morum a ciuitate conſtituti, de quib. infra, & etiā electi ab epiſcopo, & confratres ſocietatis charitatis, & in ea agatur de ijs quę pertinēt ad mores populi abuſus ſcandala communia, abſque eo quòd aliquis ibi nominetur ne infametur, & ratio ineatur qua ijs prouideatur.

Congregatio regiminis epiſcopalis cui interſint epiſcopus, vicarii, & alij ab epiſcopo electi, idq; præter capituli conſilium, q̄ par eſt epiſcopum adhibere debere in rebus alicuius grauis ponderis deliberandis, vt ſupra c. 3. in ſi. eſt dictum, cum & iure teneatur pluribus caſibus id adhibere.

Congregatio confraternitatum cui præſit præfectus earum, & ei adſint Viſitatores, & præſides confraternitatū, quę habeatur ſemel in anno, & agatur de emendatione, & augmento confraternitatum.

Hæ congregationes habeātur in epiſcopali palatio, vbi omnes ſuo ordine ſedeant, primo nempe loco vicarii, tum canonici, tum teologi, & canoniſtæ, ſeculares clerici, poſt hos regulares, & poſt illos Iuriſperiti laici, & ſic de aliis; & antequam habeatur congregatio præfectus illius ſcripto tranſmittat ad quemlibet congregationis ſummam eorum quæ ſunt pertractanda, & ante illius initium a præfecto cōgregationis recitentur aliquæ preces ad diuinum implorandum auxilium, & ſi in vna congregatione ſtatuta non poſſunt decidi in aliā differantur, nec vnquam omittantur hæ congregationes, niſi congregatio cadat in die feſtiuo, quo caſu alius dies a præfecto ſtatuatur, quæ tamen ad officium ſanctiſſimæ Inquiſitionis cultum diuinū, & pœnitentiarię pertinent, etiam diebus feſtis tractentur.

35 Confraternitates & loca pia q̄ introducēda.

Vt epiſcopus curet in ciuitatem, & diœceſim introduci plures confraternitates, & ſocialitates, ac pia opera, tū ad profectum ſpiritualem, tum ad opera pietatis exercenda.

Confraternitates diſciplinatorum, qui introducti ſunt vt carnem ſuam macerātes in hac chriſtiana militia & diſciplinis ſe cedentes, Chriſtum imitentur, qui eſt diſciplina pacis noſtræ. Iſ. 53. ob id in has ſocietates ij tātum introducantur qui Deum timeant, & bonæ famæ exiſtant, ſanctæ pacis amatores, ſolliciti in operibus charitatis præſtandis, conſtantes in bonis operibus, & diligentes obſeruatores Chriſtianæ diſciplinæ, vel ſaltem de quibus ſperandum ſit tales eſſe futuros, Vn-

de



de prius habita eorū plena notitia, excludantur hæretici, vel de hęreſi ſuſpecti, vel q̄ tales fuere, homicidæ, vſurarij, concubinarij, & huiuſmodi, minores 16. annis, qui tñ introduci poterunt ac inſtrui, vt alio tpe in numerū aliorū recipiātur, cum vero aliquis eſt recipiendus recitētur Litaniæ, & hymnus, Veni creator ſpūs, cum oratione Sp. S. & prius examinetur a cōfeſſario ſocietatis, oſtenſis ei præſentibus regulis, & ſi per annum in probatione conſtanti animo præditus ingrediendi cōfraternitatem maneat, tunc proponatur capitulo congregationis, & ſi obtinuerit ex tribus duas partes ſuffragiorum, recipiatur. Induant cōfratres ad oſtendendum interiorem humilitatem & mortificationem, ſaccum telæ rudis quo totum corpus tegatur, in eius fronte ſit crux rubea picta, & in dextro humero imago Sancti Sanctæve, ſub cuius protectione ſocietas eſt erecta, q̄ cingulo funium circa renes cingatur, in memoriam ſanguinis quē Chriſtus Dominus pro nobis effudit, & funium quibus deuinctus fuit, quo habitu vtantur in proceſſionib. quando fratres ad ſepulturam comitātur, dum ſe diſciplinant, dum ſacram Euchariſtiam recipiunt, & quando feruntur ad ſepulturam, & cum habitum ferunt, ſimul diſciplinam geſtent, ijdem alijs temporibus abſtineant ab inanibus veſtimentis, plumis altiliū, armis, & huiuſmodi; Ijdem ſingulis diebus feſtiuis, in oratorio recitent horas matutinas vſq; ad veſperas excluſiue Beatæ Virginis, poſt prandium, Veſperas & Completorium, prima Dominica menſis Officium Defunctorum, & qui legere ignorant, Roſarium B. V. pie recitent, ſic tamen vt illa hora non occupentur, qua Doctrinæ Chriſtianæ eſt vacandum, vtantur in oratorio ſilētio maxime tempore orationis, & ibi habeant libros ſpirituales, & ſe dedant orationi mentali, ac commendēt ſancto congregationis patrono, & miſſæ quotidie interſint, ac menſam benedicant cibum ſumpturi in eorum domibus, & poſt gratias agant, Confiteātur ſemel in menſe ſacerdoti zelanti ab epiſcopo approbato qui omniū audiat confeſſiones ac communicent prima menſis Dominica, & diebus ſolennib. Natiuitatis Domini, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Aſſumptionis, & in feſto Omnium Sanctorum, cum feſtum patroni euenerit ieiunent in eius vigilia, in feſto vero procurent vt Miſſarum copia adſit, & ibi etiā verbum Dei prædicetur, cauendo a conuiuijs, & modeſte eccleſiam ornando. Ieiunent præter ſtata eccleſiæ ieiunia, qualibet etiam die Veneris in memoriam Dominicæ Paſſionis, & ſe diſciplinent omnibus Dominicis Aduentus, & a Septuageſima ad Reſurrectionē Domini excluſiuè, & quando in populo fiūt diſſolutiones, vel aliquod periculum imminet; Erogent eleemoſinas eas in capſula in oratorio poſita reponendo, quibus ſuccurratur neceſſitatibus ſocietatis, & fratribus pauperibus, vel infirmis; publicis interſint proceſſionib. crucifixo ab eorū aliquo pie delato præcedente, & ipſis ſequentib. Litanias, vel hymnum aliquod deuote canentibus. Conſtituatur prior qui caput ſit ſocietatis, cui alij obediant, & ipſe curet vt regulæ obſeruentur, & in eius abſentia ſuperior cōſtituatur, qui errantes diſcrete corrigat, prudenter conſulat, quiete reprehendat, & feruenter moneat, Adſit etiam magiſter qui nouos fratres omni charitate in regula inſtruat, alius etiam conſtituatur qui officium in choro dicendum regulet, & abſentes notet; Sacriſta āeti conſtituatur cui curæ ſit vt cera, oleum, paramenta, vinum, hoſtiæ, & alia ad ſacrificiū p̄tinentia adſint, ac prouideať de ijs quæ ad diuinum cultū pertinentia epiſcopus mandauerit prouidēdū. Theſaurarius etiam adſit qui reditus cuſtodiat, nec quid ſoluat ſine mandato ſcripto prioris, & cancellarij, ſcriba quoque adſit, qui rationē habeat omnium redituum, inſtrumentorum, deſcribat fratres, & onera ſocietatis maxime legatorum quibus celebrari mā-

da-

datur, vt monitis fratribus illi ſatisfiat: procuratores vero conſtituuntur qui lites emergentes peragant, & duo infirmarij, qui pie viſitent fratres infirmos, ac eis aſſiſtant, & ſi egent curent vt ex bonis ſocietatis, vel aliunde eis prouideatur, & ſancta ſacramenta percipiant, fratribus comitantibus cũ Euchariſtia ſacra defertur ad illum, & ad ſepulturam fertur. Duo etiam ſint qui colligant diebus feſtiuis eleemoſinas in eccleſia, & prædicti officiales per annum durent, qui tamen eleemoſinas in eccleſia colligunt ſingulis menſibus mutentur. ij vero recip. & puniuntur ſi deliquerint modo notato in actib. eccleſiæ Med. fol. 332. vel alio arbitrio epiſcopi, & maxime vt qui aliquẽ ſtimularit, vt in ſuffragijs ei faueat, priuetur voce actiua, & ſimiliter ſi omiſerit bis communionem, ſi pluries, è ſocietate deleatur; & idem ſi pertinaciter priori inobediens fuerit, vel cum ſcandalo Deum vel B.V. blaſphemarit, adulterium, vel fornicationem commiſerit, vel huiuſmodi publica peccata.

Societas ſanctæ Vrſulæ, in qua plures virgines deſcribuntur, ſic tamen vt nulla earum obligata intelligatur ad regulæ obſeruationem ſub reatu mortali vel veniali, niſi vt & alias lege chriſtiana tenetur adſtricta; In hanc ſocietatem admittendæ, regula prius eis declarata, eius & exẽplum eis relinquatur, & vt per aliquod tempus in probatione eius ſteterint, admittãtur à priore generali, ad ſocietatem. Earum veſtitus ſimplex ſit vt honeſtas virgines decet, abſtinẽtes a fucis, capillis intortis, & inanibus veſtibus, vtantur colore albo tantummodo, nigro, vel ſuboſcuro, & circa renes funiculo coloris veſtis cingantur, cum domo exeunt, velũ deferant ita latum vt pars maior faciei tegatur, ꝙ bombicinum tantummodo ſit; cum lecto conſurgunt Deo gratias agant ꝙ illas nocte illa cuſtodierit, pie rogantes pro cuſtodia diei, & recitẽt ſepties Pater noſter, & Aue Maria: cũ cibum ſumpturæ ſunt, recitent Pater noſter & Aue Maria, ſigno crucis deſuper ducto, ꝙ & in fine præſtent, Veſperi propriam examinent conſcientiam, & ſi in aliquo offenderunt Deũ ab eo veniam petant, & quinquies recitent Pater noſter & Aue Maria, in memoriam plagarum Domini noſtri, Tũ pro gratiarum actione ex beneficijs acceptis illa die præſertim in honorem ſanctiſſimæ Trinitatis, & ſe commendent Angelo cuſtodi, orationi quoque mẽtali ſe dedant, & quæ legere norũt recitent Officium B.V. diebus ſaltem feſtiuis, & Roſarium in hebdomada ſemel ſaltem, & pro ſororibus vel miniſtris decedẽtibus quinquies Pater noſter & Aue Maria. Miſſæ quotidie vel ſaltem diebus Dominicis & feſtiuis interſint, Confiteantur confeſſoribus ijs a ſocietate tantum deputatis, & communicent, prima ſaltẽ Dominica menſis, in ſolennitatibus Domini, B. V. & Omnium Sanctorum. Caueant a conuerſatione mulierum vitæ perditę, nullo vnquam tempore accipiẽtes munera, vel commendationes alicuius viri, vel mulieris, neque flores: nõ interſint vnquam choreis, haſtiludijs, & huiuſmodi, non ſiſtant in ianuis domus, vel feneſtris, cum per vias incedunt, oculis demiſſis id agant, in aliquo loco nõ ſiſtẽtes, nec huc illucve circũſpectãtes. ꝑter ſtatuta eccleſiæ ieiunia, ieiunent die Veneris, vel Sabbati, & in omnib. vigilijs B. V. obediant eorum patribus ſpiritualibus, & etiam temporalib. ac gubernatricibus, nec ijs detrahant, Diebus feſtiuis interſint miſſis, cõcioni, diuinis officijs & Doctrinę Chriſtianæ, & legant libros ſpirituales, nec vllo modo, niſi de licentia confeſſoris, opera ſeruilia ea die exerceant; Cũ infirmantur id ſtatim confeſſario & gubernatricibus notum faciant, & patiẽter id ferendo, ſacramenta deuote ſuſcipiant. Non admittantur vero in hãc ſocietatem viduæ coniugatæ, vel quæ publice peccarunt, nec quæ ſub cura ſunt parentum ſine eorum licentia, & prius vt ſupra inſtructæ, & q̃ in probatione ſteterint per annum, niſi aliud ſupe-



ſuperiori videatur, nec ante 16. annũ, & prius eius informatione habita ꝙ bonæ ſit famæ; conſtituatur prior ſocietatis qui ſacerdos ſit vitæ probatę, & ſcientia ac prudentia conſpicuus, qui curet vt tempore debito virgines cõgregẽt, & doceat q̃d ibi ſit tractandum, & ſemel in menſe cõgreget ſocietatis gubernatores, ac librum habeat in quo deſcribat virgines, ſocietatis gubernatores, ac gubernatrices ſocietatis, priuilegia, eius hæreditates legata cum nota notariorum qui illa conſcripſere, & res demum magni ponderis ſocietatis, conſtituantur etiã gubernatores qui colligant eleemoſinas à locis pijs, vel alijs pro ſocietate, & agant lites eiuſdem & particulariũ eius, & bona communia cuſtodiant. Conſtituantur etiam gubernatrices, quæ inuigilent ſuper moribus virginum, eas viſitando & inquirendo quo modo ſibi victũ parent, & ſi in periculo aliquo ſint, & corporales neceſſitates gubernatoribus notificẽt, ſpirituales priori vel confeſſario, ſi ipſe ſuccurrere non poſſunt, iubendo ſingulas binis quibuſq; menſibus fidem ad ſe deferre quòd confeſſæ ſint, cõgregationibus quæ fient interſint. Si aliqua earum infirmatur, eam inuiſant, earum neceſſitatibus, tum ſpiritualibus tum corporalibus ſuccurrendo, vel id notificando priori, & idem ſi aliqua earũ decedit, & liberum ſit prioribus, & cõfeſſarijs, ĩ regulis ſocietatis diſpẽſare.

Societas Sãctiſſimi Corporis Chriſti, quæ in qualibet parochia introducatur, in qua vnus prior, alter ſubprior, & theſaurarius eligantur, qui eleemoſinas colligat, & cancellarius q̃ reditus, & expenſas deſcribat, confratres vero ſemel in menſe communicent, vel diebus ſolemnibus, ſaltem Natiuitatis Reſurrectionis, Pentecoſtes, Aſſumptionis B. V. & Omniũ Sanctorum, & ſingula die quinquies recitent Pater noſter, & Aue Maria, & ſemel in menſe interſint proceſſioni quę fiet intra, & extra Eccleſiam Sanctiſſimi Sacramenti, die Dominica à parocho eligenda, fratres prouideant omnia quæ pertinent ad cuſtodiam, & decorem Sanctiſſimi Sacramenti, in maiori altari detinendi, & pariter dum defertur ad infirmos, & proceſſionaliter iuxta tradita ſupra, & in Tomo. 4. tr. de Sacramẽto Euchariſtiæ, & ob id cõfrater fidelis ſit q̃ ſingulis hebdomadis eo nomine eleemoſinas quærat, cum capſula, clauibus munita, quarum vna à parocho, ſecunda à priore, tertia à cancellario cuſtodiãtur, & ſi eleemoſinæ abundant, theſaurarius de mãdato prioris, eas diſtribuat pauperibus parochiæ, cum Sanctiſſimũ Sacramentũ eſt deferendum ad infirmos, veſperi præcedenti, ſono campanæ id ſignificetur, & mane confratres conueniant vt ſocient Sanctiſſimũ Sacramẽtum, præmittendo vnum ex confratribus, qui domum mundet, & iubeat ea parari quæ opus ad id fuerint; In hanc ſocietatem mulieres quoq; introducãtur, modo quo ſupra, & ex regulæ trãſgreſſione nullus intelligatur peccatũ mortale, vel veniale, incurriſſe, & ſi aliqs decedit ſine electione ſepulturæ, ſepeliãr in parochiali in ſepulchris ſocietatis, & ꝑ ea cõfratres iubeãt miſſas & ſtata anniuerſaria celebrari.

Societas nominis Ieſu, in qua plures tam mares, quam fęminæ deſcribãtur, cum regulis in ea contentis, Societas orationis 40. horarũ in memoriã Dominicæ paſſionis. Societas Sanctiſſimi Roſarij B. V. In qua deſcribantur plures, quam fieri poteſt tã mares quã fæminæ, & ſeruent regulas deſuper æditas, & hæc ſaltem ſocietas introducatũ in qualibet parochia cũ illa Sactiſſ. Corporis Chriſti, & charitatis, de qua ĩfra. Societas Cõceptionis. B.V.

Societates ſub inuocatione Sãctorũ Sanctarumue, cum obſeruantiæ regulæ cuiuſque.

Societas doctrinæ Chriſtianæ, cum obſeruatione regulæ eiuſdẽ, in qua ꝑter oꝑam parochorũ, & clericorũ, deputẽtur ab epo 30. ſupiores, quorum duo ſub ſe alios decem habeant, qui eam regant tam in ciuitate, quam

 extra,

extra, quorum officium ſit ſimul cum Viſitatore, & Parocho, primo vt in ciuitate debitis regulis exerceatur, & foris à deputatis ab ijſdem cũ alijs collegis, ſimul cum vno ex viſitatoribus cleri diẹceſim peragrando, & vbi huiuſmodi ſocietas adhuc non eſt inſtituta, vel opus non exercetur eam inſerendo, & curando, vt doctrina exerceatur, cum eius debitis regulis iuxta regulas traditas in libro regularum Doctrinæ Chriſtianæ.

Societas charitatis, quæ in ciuitate & qualibet parochia diẹceſis introducatur, in qua plures deſcribantur tam mares quam fẹminæ. In ea prior conſtituatur, qui adſit congregationibus fiendis, & curet vt regulæ obſeruentur, & eo deficiente ſub prior ad id electus id præſtet, theſaurarius qui colligat, & conſeruet eleemoſinas, & earum rationes conſeruet, & duo qui ſingulis hebdomadibus, in parochia eleemoſinas eo nomine quærant, & claues ab ijs, & priore cuſtodiãtur, 4. Viſitatores qui inueſtigent, qui orfani, pupilli, viduæ, in parochia egeant; qui infirmi, mendici, cõcubinarij, &c. & prouideãt ijs qui egent, iuxta facultates ſocietatis, & de prioris mandato ſcripto, ac errantes corrigant, diſcordes concilient, & huiuſmodi, & ſic etiam duæ mulieres quæ circa fẹminas prædicta præſtent, Cancellarius etiã conſtituatur, qui rationes redituũ & expenſarum deſcribat, & in librum confratres referat, & miniſtros, prædicti vero officiales à capitulo eligantur, & congregatio generalis fiat ſemel in menſe, & particulares qualibet die Dominico, & confratres ſemel in menſe cõfiteãtur, & communicẽt, & ſi quid graue emerſerit cui ſocij maxime circa mores prouidere non valeant, ad parochum ſecreto, qui & ſemper congregationibus interſit, deferant. Societas miſericordiæ, vel congregatio, quæ viſitet carceratos, curando, vt eis prouideatur ſpiritualiter, & corporaliter, vt ſcilicet ſẹpe confiteãtur, & communicent, docendo etiã eos Doctrinam Chriſtianam, monendo eos ne blaſphement, &c. curando vt viri ſeparatim à mulieribus degant, pro eis intercedendo in cauſis ciuilibus, & in criminalibus prout iuſtitia exigit, & morti addictos pie ſolando.

Societas vel congregatio hoſpitalium, quæ viſitet infirmos hoſpitaliũ, eis cibum præbeant & medicinas, curent vt confiteãtur, & communicent, & huiuſmodi, ꝙ item præſtent mulieres in locis mulierũ, & aliæ huiuſmodi piæ congregationes, & ſocietates, quæ recte adminiſtrẽtur iuxta regulas ab epõ viſas, & approbatas; & tradita ſupra c. de Viſitatione, & curet epiſcopus vt in ijs deſcriptis indulgentiæ ampliores quam fieri poteſt à Sanctiſſimo D.N. applicentur, & ipſe quas poteſt, eis largiatur, vt ſic accendantur ad profectus ſpirituales, & opera pietatis exercenda.

Vt loca pia & opera introducantur, & ſi iam introducta ſunt etiam in diẹceſi, bene adminiſtrẽtur, & prẹſertim.

Hoſpitale infirmorum, & ſenum, in quo pauperes infirmi, & ſenes recipiãtur, alantur, & cuſtodiantur, & ſimile ſit pro mulieribus.

Hoſpitale Orfanorum pauperum, qui parentibus carent, vel eos ignotos habent, in quo alantur & in bonis moribus, artibus & deſciplinis educẽtur, & ſimile pro mulieribus conſtituatur.

Hoſpitale peregrinorũ, in quo pauperes peregrini hoſpitio recipiantur, & charitatiue alantur.

Hoſpitale pauperum, in quo pauperes omnes ciuitatis & etiam diœceſis colligantur, & alantur, maxime qui laborare non poſſunt.

Hoſpitale virginũ S. Agnetis in quo colligantur virgines quæ ſunt in periculo cadẽdi in peccatum, & pauperes ſunt, vel ſine debita cuſtodia, in quo maximam adhibeat Epiſcopus diligẽtiam præſertim inopiæ tempore, ne ob victus neceſſitatẽ labantur, eis ſuccurrendo per ſe, vel alios, & morum correctoribus, vel ſocijs charitatis iniungendo vt intelligant, quæ tales

repe-



reperiantur in regione ipſis aſſignata, & ad eum referant vt ſimul cum illis, eiſdem ſuccurrere poſſit.

Hoſpitale ſubſidij pro virginibus lapſis, quæ nondum ſunt bene firmæ, vt in perpetuo clauſtro manere velint; & aliud pro iam firmatis quæ volunt manere in perpetua clauſura ad pẹnitentiam peragendam, licet religioſæ non ſint, ſed id ſponte faciant.

Hoſpitium in quo recipiantur ſtatim mares, & fæminæ pauperes donec eis de aliqua arte exercẽda, vel literis diſcendis prouideatur, vel ſi orphani ſint, donec conſtet eos eſſe tales, cum interim aliter non recipiantur.

Hoſpitium in quo colligantur filij apti ad diſcendas litteras vel artes, ſed ob paupertatem id exequi nequeunt.

Quæ loca pia curet Epiſcopus à cõmunitate, vel eleemoſinis fidelium, ipſo quoq;, ſi per facultates licet, ſẽper aliquid contribuẽte, vt alios ad opera bona accendat, dotari, vt operibus ibi prẹſtandis ſatisfieri poſſit.

Hoſpitium in quo ſoli ſacerdotes & clerici, ne intrent tabernas, cum ciuitatem adeunt, recipiãtur hoſpitio, ſic tñ, vt plures quàm fieri per facultates licet, Epiſcopus, & Cannonici Cathedralis, maxime cum ad ſinodum acceditur, Domi hoſpitio recipiant, vrbanitatis & charitatis gratia.

Mõtes pietatis, in quibus mutuentur pecuniæ pignore accepto egentibus ſub certa mercede, ſeruatis his de quibus in tr. de vſuris. ſub. c. de montibus pietatis eſt dictum, & præſertim ꝙ publica authoritate, & de conſenſu Apoſtolicæ ſedis conſtituãtur, & apud eos pecunias deponentes nil præter ſortem percipiant, niſi coacti à communitate mutuent, vel emant annuos reditus communitatis, vel pecunias dent ſub cenſu irredimibili; depoſitarij verò nil lucri præter ſortem percipiant à deponentibus pignora, niſi habita ratione vt miniſtri alantur, & onera mõtis ſuſtententur, curando vt pignora fideliter, & tuto cuſtodiantur ne corrumpantur.

His locis præficiantur viri integritate, pietate, & zelo conſpicui, qui curent vt neceſſitatibus ſpiritualibus operum prouideatur, vbi ſunt oratoria quotidie celebretur, & infirmi ſacrã deuote percipiant, & eis prouideatur de cibariis, medicorum opera, medicinis, ſeruientibus, & omnibus opportunis, & bona locorum fideliter adminiſtrentur ꝙ item mulieres præſtent in locis fæminarum, & vbi pueri vel puellæ ſunt, edoceantur, & inſtruantur in bonis artibus, & honeſtis moribus imbuantur, & cum puellæ nubiles erunt, vel nuptui tradantur, vel religionẽ ingrediantur, ſi à Deo vocatæ erunt, & omnes occupentur in aliquo honeſto exercitio, & omnes prædicti ſemel in menſe confiteantur. ſi vſum rationis habeant & communicent, pro confeſſoris prudentia.

36 Edicta q̃ edenda, & quare.

Vt praui mores corrigantur, ideo Platonis exemplum ſecutus primo 2. & 3. legum libro, curet ſummopere vt in publico ciuitatis, vel oppidi conſilio deligantur. 12. ſenes prudentia, & zelo præſtantes, qui errantẽ corrigãt iuuentutem, et leui correctione caſtigẽt, & vbi maiori eſt opus circa ſanguinem ad magiſtratus id deferendo, curando vt pueri bonis moribus literis, & artibus imbuantur, bonos præceptores eligendo quorum cuſtodiæ commendentur, ſcholas ſepe inuiſendo, & intelligendo vt in bono proficiant, ꝙ item fæminæ graues erga puellas præſtent, ijdem obſeruent cẹteri populi mores, nec permittant fæminas impudicas in locis honeſtis degere, ſed in angulo ciuitatis loco ab eccleſiis, & mulieribus honeſtis ſemoto, ſi tolerãdæ vidẽtur ad maius peccatum vitandũ; prohibeãt ludorum, maxime q̃ baratariæ vocantur, & aliorum peccatorũ conuenticula, comicos, & circulatores edoceãt vt vel ab impudicis verbis & actibus abſtineant, vel eos è ciuitate exulare cogant, nec ante cuiquã ex iis publice liceat prẹdicta peragere, niſi à correctoribus probati, iuxta Plato. monitum. 9. de legibus libro,

 concu-

concubinarios præterea ſeditioſos, vſurarios, & huiuſmodi publicos, & pernitioſos homines, vel ad bonam frugẽ reducant, vel è ciuitate expellant; His adiungere poterit Ep̃s ſeculares viros ad numerũ 60. qui diuiſi per vicos ciuitatis, & pagos diœceſis, inuigilent ſuper moribus omniũ ſecularium, ad cõgregationem referendo quæ emendationem expoſcent, ſic tñ vt nullum ibi nominatim incuſent, ſed ſeparatim, & fraterne id faciant, & ſi non proficiunt ad epiſcopum ſecreto id deferant, generaliter tñ ꝓuidẽdo, vt mores omniũ deprauati reformẽtur, & virtutũ actus in vſum inducantur. His iungi poterit etiam Societas charitatis, poterit quoque ep̃s deputare certos viros integritate, & zelo ſibi conſpicuos, qui degentes in diuerſis vicis ciuitatis fideliter ei referant ſcandala, quæ in particularibus exiſtunt, vt eis ſuccurrere poſſit, ꝙ idem parochus in parochia facere poterit, vt malis communibus, & magnis communiter etiam, & à primarijs loci ſuccurratur.

Ob id etiã Varia Epiſcopus ędicta proponat diuerſis temporibus publicãda, quo omnes intelligant quæ præ alijs vitanda ſint & fugienda.

Edictum pro officio Sanctiſſimæ inquiſitionis, in quo ep̃s ſimul cum Reuerendo Inquiſitore, mandet, vt ſi quis ſcit aliquem hæreticum eſſe, vel de hæreſi ſuſpectum, vel aliquid dixiſſe contra articulos fidei ſacrã, ſacramentalia, poteſtatem Papæ, concilia approbata, vel hoſpitio ſuſcepiſſe prædictos, apoſtatas à fide, vel eis auxilium dediſſe, vel impediſſe officium S. Inquiſitionis, vel commiſiſſe idolatriam, dæmoni ſacrificaſſe, ei fidelitatem promiſiſſe, operam dediſſe nęcromantiæ, arti magicæ, vel ſuperſtitioni hæreticæ, vel ſuſpectę, vel viuere more Iudaico, vel tenere aut habuiſſe libros ꝓhibitos, vel etiam pertinentes ad Aſtrologiam iudiciariam, piromantiam, onomãtiam, & cuiuſq; generis ſuperſtitionum ſuſpectarum de hæreſi etiam manu ſcriptos, vel literas hæreticorum in contemptum Sanctæ Eccleſiæ, teneatur in termino. 20. dierum illos denuntiare Epiſcopo, vel Reueren. Inquiſitori ſub pœna excommunicationis, etiam latæ ſententiæ, vetando etiam ne quis accedat ad regiones hæreticorum ſine licẽtia Sanctiſſimi officij, libros emittat è ciuitate, vel recipiat ſine eadem licentia, nec quis libros imprimat ſine licentia Sanctiſſimi officij, quorum originale remaneat apud Sanctum officium, vel locum, à Sanctiſſimo officio deputatum, nec bibliopolæ vendant libros prohibitos in indice, nec bibliam vulgarem aut controuerſias vulgares inter hęreticos, & catholicos, niſi habẽti licentiam à parocho, & ab Ep̃o ſubſcriptam; ꝙ edictum publicetur prima Dominica Quadrageſimæ.

Edictum contra blaſphemos, quo obiurgentur grauiter proferentes blaſphemias contra Deum, Chriſtum Dominum, B. V. & Sanctos, monendo eos qui ſciunt, aliquem graues blaſphemias contra Deum, ſi blaſphemi hæreticales ſint, de quibus ſupra tr. e hæreſi, ꝓtuliſſe eos denuntient ſãnctiſſ. offõ, reliquos vero grauiter obiurgẽt, propoſita eis etiam pęna ex Bulla Pij V. 6. Cal. Apr. 1566. incip. Cum primũ, vt ſcilicet laicus Deum, & Chriſtum Dominum B. V. publice blaſphemans, prima vice pęnam incurrat. 25. ducatorum, ſecunda vice pœna duplicetur, tertia exul à ciuitate fiat, qui vero non eſt ſoluendo, prima vice manibus ligatis ante fores eccleſiæ integra die feſtiua pęnitentiam publice agat, ſecunda per ciuitatem caſtigetur, tertia ad triremes mittatur, clericus vero; prima vice fructibus beneficij vnius anni priuetur, ſecunda beneficio priuetur, tertia deponatur, & in exiliũ mittatur & q̨ caret beneficio, prima vice pecunia mulctetur, ſecunda carceri mancipetur, tertia ad triremes mittatur, qui reliquos Sanctos blaſphemarit, iudicis arbitrio puniatur, quòd edictũ publicetur quarta Dominica Quadrageſimæ.

Edictũ ad dierum feſtorũ obſeruationẽ. Vbi cõmemorata grauitate hmõi præce-



præcepti, declaretur non eſſe opus aliquod ſeruile ea die faciendum ſpatio 24. horarũ incipiendarũ à media nocte a die vigiliæ, vel alias iuxta regionis conſuetudinem. c. quoniam. & ibi Abb. & alij. de ferijs. Nec in eis quid vendatur præter poculenta, & eſculenta quæ vſu conſummũtur, & ſi differeretur earum venditio, conſumerẽtur, vt lacticinia, fructus, carnes, piſcés, & alia ad victũ neceſſaria, q̃ a mora corrumpuntur, ſic tamen vt ea non vendantur ante fores eccleſiæ, nec tẽtoria extendantur, vt prædicta vendantur, pane excepto, nec officinæ ea de cauſa aperiantur, ſed tantum earum oſtiolum, Non exerceantur opera ruralia, nec cum equis merces conducantur, vel ipſis ferrei calcei apponantur, niſi ex graui neceſſitate, non prohibeatur tamen equitatio cum ipſis etiam ſi die pręcedenti merces ſint conductæ, & domum vacui reducantur, nec coctio calcis cæpta diebus pręcedentibus, nec captura piſcium, quæ ſi tunc non caperentur, effugeret tempus aleciæ. cap. licet. eo. Non licet præterea ijs diebus mercatus facere, nec iudicia exercere, niſi pro pace vel alia neceſſitate communi. eo. Nec grana molere, paneſve coquere, niſi ex neceſſitate, vel pietate, vel modicitate rei, maxime cumplures dies feſtiui occurrunt continuati, & de licentia epiſcopi, vel parochi, tolerando pariter, ꝙ ruri ob neceſſitatem fęna, & grana ſoli exponantur tempore æſtiuo poſt veſperas, & mane, dũmodo miſſa audiatur, & frondes ac herbas pro animalibus colligi, dummodo, vt ſupra, miſſa audiatur, & vendi piſces recentes, carneſque diebus quibus comeduntur vſq; ad horã Tertiæ tantũ, & poſt veſperas, & ligna ꝓ pauperib. tm̃. Non liceat quoq; vendere libros, imagines, picturas, merces, flores, plãtas, aues, & huiuſmodi, nõ prohibitis tñ vendi medicinalib. vel poculentis eſculentiſve neceſſarijs ad victũ illius diei, modo tñ quo ſupra, prohibitis ẽt ſpectaculis, choreis, circulatorũ fabulis, & huiuſmodi, operã dando eis diebus diuinarum rerũ meditationi, miſſæ, & diuinorũ auditioni ac p̃dicationi, & in die Titularis loci operepretiũ erit, ad tollẽdas choreas exponere de licentia ep̃i orationem 40. horarum, ad ꝙ opus cõcurrant proceſſionaliter omnes loci vicini, vt hic pie eſt introductum cum maxima animarum vtilitate. Dies vero feſtiui ſanctificandi ſunt, Natiuitas, Circunciſio, Epiphania, Reſurrectio, Aſcenſio Domini, & Pentecoſtes, dies Dominici omnes, Aſſumptio, Natiuitas, Purificatio, & Annuntiatio Beatæ Virginis, Dies feſtiui duodecim Apoſtolorum, Inuentio ſanctæ Crucis, Natiuitas ſancti Ioannis Baptiſtæ, S. Laurentij, Sãcti Michaelis, ſancti Martini, Sancti Stephani prothomartiris, ſanctorum Innocentium, Solennitas Sanctiſſimi Corporis Chriſti, & feſtum Omnium Sanctorum, ac patroni loci, & dedicationis eccleſiæ. ca. pronuntiandum. de conſ. diſt. 3. qui dies ex præcepto eccleſiæ ſunt colendi, licet quo ad dedicationem eccleſiæ ſit attendenda conſuetudo loci, & qui dies feſti pręterea ex voto loci, vel cõſuetudine ſunt introducti, & etiã curetur vt oẽs etiam qui animalium paſcendorũ curam habent, Dñicis & feſtiuis dieb. interſint miſſę auditioni, & ijs dieb. ſaltem t̃pe diuinorũ officiorum abſtineatur a ludis publicis alearũ, vel alijs haſtiludijs & choreis ẽt in priuatis ędib. habitis, & huiuſmodi, quæ in die Patroni loci tota die prohibeantur, & vt etiam per vnum milliare prope illũ locum choreæ habeantur.

Edictum pro obſeruatione Quadrageſimæ, quo aperiatur neminem veſci poſſe eo tempore carnibus, ouis, lacticinijs, excepto caſu infirmitatis, vel neceſſitatis. capitu. finali. de obſeruatio. ieiun. & id de licentia epiſcopi, dicto capitu. ſic tamen vt dicti cibi non vendantur officinis apertis extantibus, nec vbique, ſed certis tantum locis deputatis, nec publice in foro venales exponantur,

nec quæcunque carnes vendātur, ſed ſolum vituli, aues, & huiuſmodi, quę iudicio medici infirmis ſunt neceſſarij & proficui, nec indiſtinctè cuique vendantur, ſed tātum licentiam habentib. in ciuitate a vicario generali epiſcopi ſcriptam & ſigillo munitam, & in diœceſi a vicario foraneo, quæ licentia vltra decem dies non cōcedatur, ſed adhuc durante infirmitate prorogetur, ꝙ ſeruent etiam caupones nulli cibos vetitos dando, niſi cum licentia vt ſupra, nec alibi coctos permittant ibi comedi, & prædictam licentiam vicarii prædicti non concedant, niſi habita prius licentia medici ſcripta ꝙ petens ijs cibis egeat ob neceſſitatem eius infirmitatis, qua ceſſante, intelligatur licentia expiraſſe, quas licentias etiam prædicti in librum referant. Vt eo tempore omnes etiam ieiunent niſi legitime īpediti infirmitate, minori, vel decrepita ætate, ob partum, vel lactē infantibus præbitū, ob magnos labores, & huiuſmodi, de licentia tamen cōfeſſoris, vt latius habetur ſupra tr. de Ieiunio. Vt tunc maxime oēs abſtineant a pompis, conuiuijs, nugis, ſe dedant orationi, meditationi rerum diuinarum, eleemoſinas in pauperes diſtribuant ex eo ꝙ ſupereſt, vel ex cibo cō ſueto ſubtrahāt, adſint quotidie diuinis officijs, miſſæ ſacrificio prædicationi, & Iudices non audiant cauſas, niſi concionibus finitis, ſacramenta ſancta frequentent, operibus pietatis ſe dedant, & huiuſmodi, ꝙ edictum publicetur Dominica die Quinquageſimę, & parochi etiam ſicut qualibet Dominica die populo annuntiare debent dies feſtiuos qui in hebdomada ſequē ti occurrunt, ſic & dies ieiuniorū, qui ſunt ex ꝓcepto, videlicet oēs dies Quadrageſimæ, Dñicis exceptis, a feria 4. Cinerū, vſq; ad Sabbatum ſanctum, inclusiue, Quatuor anni tempora, videlicet dies Mercurij, Veneris, & Sabbati, primæ hebdomadæ integræ Quadrageſimæ, primæ poſt Pentecoſten, feriæ prædictæ poſt Exaltationem ſanctæ Crucis, & poſt feſtum S. Luciæ, Vigilia ſancti Matthiæ, Pentecoſtes ex conſuetudine recepta, S. Ioā. Baptiſtæ Natiuitatis, S. Petri & Pauli, S. Iacobi Apoſtoli, S. Laurentij, Aſſumptionis B.V. S. Bartholomei Apoſtoli, S. Simonis & Iudæ, Omnium Sanctorum, Sācti Andreæ Apoſtoli, S. Thomæ Apoſtoli, & Natiuitatis Domini, & ꝗ prӕterea voto, vel conſuetudine generali receptæ ſunt, ſic tamen vt vbi feſtū cadit feria ſecunda Sabbato præcedēti ieiunetur.

Edictum pro reuerenti in eccleſiis conuerſatione, in quo commemorata grauitate huius edicti, omiſſis ijs quæ ſupra hoc c. nu. 30. ſunt dicta de materiali eccleſiæ ornatu, inſeratur ibi explicata de reuerenti in eccleſijs conuerſatione, & de vitandis in ijs, ꝙ publicetur Dominica prima Septembris.

Edictum contra cōcubinarios, adulteros, vel coniugatos diuiſim viuētes, quo ijs mandetur quo ad primos, vt ſe ſeparent, & coniugati inuicem iungantur in termino ſex dierum peremptorie & c. ſub pęna excommunicationis latæ ſententiæ, & pecuniariæ locis pijs applicandæ, quibus elapſis citētur eodem edicto ad videndum declarari ſe incidiſſe in prædictas pęnas, & publicam ſubijſſe pęnitentiā, vel ad allegandum cauſam, cur publicari non deant, qui ſi non paruerint excommunicati denuntientur. Et ſimile edictum publicetur contra inconfeſſos, qui moneantur vt ſupra, vt in termino dierum 6. confiteri, & communicare velint, ſub pęna interdicti latę ſententiæ & publicæ pęnitentiæ ac pecuniarijs locis pijs applicandis, & ijs elapſis ad videndum declarari ſe incidiſſe dictas pęnas, vel ad allegādum cauſam cur non debeāt publicari, qui ſi non paruerint, publicentur vt ſupra, ꝙ edictum publicetur in Octaua Paſchatis.

Edictum cōtra vſurarios, in quo exprobrata grauitate huius peccati, declaretur non licere mutuare pecunias cum pacto vel intentione principali accipiēdi quid vltra ſortem, nec inire ſocietatem, ſic vt ſors ſit ſalua, nec vendere rem pluſquam valeat ratione dilatæ ſolutionis, minuſve ob eam anticipatam emere, nec percipere fructus rei pignoratæ, ſub pęna peccati mortalis, & reſtitutionis, alia etiam inſerēdo quæ ſupra tract. de vſuris ſunt dicta, ꝙ publicetur Dominica Paſſionis.



Edictum etiam de bonis locorū piorum, in quo inſerantur explicata ſupra cap. de viſit. nu. 36. ꝙ publicetur Dominica prima Ianuarij.

Edictū pro medicis & infirmis, quo mandetur vt medici nō inuiſant infirmos poſt tres dies, niſi confiteatur, & non præbeant eis medicinas in perniciem animæ, & vt infirmi obediant in hoc medicis præcipientibus & domeſtici id curent, & c. ꝙ publicetur Dominica prima menſis Augusti.

Edictum pro ſacramento matrimonij ea inſerēdo quæ dicta ſunt c. 6. ſub nu. 31. & latius habetur in Tomo 4. tr. de matrimonij ſacramento, & ſupra hoc cap. nu. 30.

Edictum pro oratione veſpertina, inſerendo dicta hoc c. nu. 22. ꝙ publicetur Dominica Septuageſimæ.

Edictum pro ſacra confeſſione & cō munione, inſerendo dicta ſup. c. de viſit. nu. 24. & hoc c. nu. 32. & latius in tr. de ſacramento Euch. ad ſi.

Edictum pro ſacramēto Confirmationis, inſerendo dicta ſupra c. præcedenti. nu. 31. & latius inf. in tract. de ſacramento confirmationis.

Edictum pro proceſſionib. inſerendo dicta hoc c. nu. 16.

Edictum pro doctrina chriſtiana, inſerendo dicta ſupra hoc c. ſub nu. 34. 35. & alia prout vſus euenerit.

Edictum pro ſacra ordinatione inſerendo caute dicta ſup. hoc c. nu. 26.

Et vt prædicta efficacius executioni mādentur, cum principib. & magiſtratibus benigne agatur, vt operam & auxilium ſuum ac ſeculare brachium ad prędictorum executionem pie ꝓſtent, cum ipſorū pietas maximę ſit animabus ſalutis, ſicut contra eorum peccata, detrimenti, quos & epiſcopus cogere poterit renitentes vt brachiū ſuum ſeculare ſibi præſtent, vt d. Couar. pra ctic. q. c. 10. vt econtra eccleſiaſticus debet auxilium iudici ſeculari impendere, licet ad id ab eo cogi nō poſſit, ſed adire debeat metropolitanum, ſi epiſcopus id recuſet, vt ibi d. ſic tamen vt epiſcopus non petat vt procedatur ad pęnam ſanguinis contra aliquem.

Vt ſepenumero epiſcopus emittat litteras paſtorales quibus paterna charitate & zelo hortetur ſubditos ad cultum Deo debite exhibendum, vitia fugienda, & virtutes ſectādas, prout iuxta temporum contingētiam expediēs iudicarit, & præſertim de oratione, de Aduentu, de Septuageſima, de diſſolutionibus in carnis priuio vitandis, de Quadrageſimę obſeruatione cum animarum fructu, occaſione alicuius Iubilei, belli, peſtis, ſterilitatis, & huiuſmodi, prout vſus euenerit pro prudentia epiſcopi, quarum formula videri poterit variis ex cauſis pie explicata in actibus eccl. Mediol. par. 3. 37

38 Ad ſe accedētes epiſcopus & paſtor benigne & prompte ſuſcipiat, cum ijs paterna charitate & grauitate agat, & plenos Spiritu ſancto & conſolatione cęleſti dimittat.

Omnes tum eccleſiaſticos, tum ſeculares viros in officio cōtineat, & aliquo honeſto operi mācipatos, eorum opera vtendo, & aliquod onus eis mādando, etiā ſi minus perfecti ſint, tū vt per ceſſationem ab opere aliquis malus habitus in eis contractus, tollatur, & per actum contrarium cōtrarius inducatur, tū vt ab otio ceſſando, vitia vitentur, & maxime cum perſonis eccleſiaſticis id agatur, vt videntes ſe a prę lato diligi ad bonū virtutis amore inducantur, initio tamē opus magni momenti eis non committendo, & iubendo conciones, ſupplicationes, orationes, & huiuſmodi frequētari, vt ad id omnes concurrendo in bono occupati, nō dent locum diabolo in eos graſſandi.

Vt communes omnibus, quibus vitam recte inſtituant, & in bono, Deo iu-

iuuante, proficiant, regulas & inſtructiones tradat, in primis vt quiſque curet gratiam & charitatem Dei obtinere & in illa conſeruari, ſine qua opera bona ad ſalutem nil proſunt, nec quis viuum eſt membrum Chriſti, ad quã conſequendam multum proderit Deũ timere, cauendo ne quid fiat ꝙ ei diſpliceat, quiq; omnia perluſtrat, cogitare quoque ſe ad finem gloriæ creatum ad quam omnibus ſpretis quiſq; tendere debet, & quam fragilis ſit pręſens vita, & Dei iudicium ſeuerum; affici etiam reuerenter circa diuina, & paſtoris proprij iuſſa, ea executioni debitæ tradendi curando, Dei auxilio fidendo, propriam infirmitatem cõſiderando, & ſibi non fidendo, ſed omnem ſpem in Deum locando, ſeculi vanitates fugiendo, non hominibus, ſed Deo tantum placendi, curãdo, & in eum toto mentis affectu tendendo, & omnia quæ fiunt in eum referendo, & nil illicitum agendo; ſuperioribus in licitis prompte obediendo, pacem tũ domi, tum foris cuſtodiendo; & iræ frenum ponendo; aliorum imperfectiones domi & foris patienter tolerando, & proprias iniurias remittendo, mundi tribulationes, vt Dei medicinas patienter ferendo, rebus mundi non vt Dominus fruendo, ſed vt Dei villicus modeſte vtendo; In omnibus actionibus ad orationem & Dei auxilium ſigno crucis ſibi ducto, recurrendo, fidelem amicum rogando, vt ſi quem in eo defectum cognoſcit, libere aperiat, Tempus tã pretioſum vtiliter ordinando, diſtribuendo, & impendendo, a blaſphemijs, & turpibus verbis omnino cauendo, ſepe iurandi abuſũ vitando, parce viuendo, cum vita paucis contenta ſit, & niſi huic neceſſitati ſoli conſulatur, ſed quis vltra neceſſaria habere quærat, innumera, furtorum iniuſtitiæ, & huiuſmodi mala gignantur, maxime vbi quis pauperib. parentibus ortus eſt, cum alias cupiditati nũquam modus ſtatuatur, aliorũ facta non ſiniſtre iudicando, ſed proprios defectus conſiderando, curioſitatem & nouitates vitando, aliorũ dicta ad alios, vnde diſſidium oriri poſſit, nunquã referendo, a malis ſocietatibus & peccati occaſionib. vt angue, fugiendo, otium vitando, ſed vtiliter & pie ſe occupando; prophanas imagines proijciendo, aliorum pecunias niſi ex neceſſitate vel charitate nõ adminiſtrando, nullaque de cauſa quid iniuſtum agendo; in proſperitatibus non ſibi fidẽdo, ſed aduerſitates timẽdo, & in his animo non deſpondendo, ſed lætando ꝙ hac ratione ad Deũ vocetur, ad hoc librum aliquem ſpiritualem qui de his agat legendo; Firmiter proponendo Deũ nunquam maxime mortaliter offendendi, ét ſi de ſalute corporis ageretur, cor cuſtodiẽdo ne prauis cogitationibus cõſenſum præbeat, ſed eas pellendo, oculos auertendo ne videant quòd optare non licet, & præſertim ad quòd quis ſit procliuis, linguæ frenum ponendo, & diabolo rugienti vndique reſiſtendo.

Generalem totius vitæ confeſſionẽ ad totius vitæ ſtabilitatẽ faciẽdo, confeſſorẽ ſibi piũ & zelantem eligendo, qui eum in viam ſalutis dirigat, & cũ quo res magni momenti conſulat, ac ei obediendo, ſepe confitendo cũ peccati dubietas ſurgit, vel ſemel ſaltem in hebdomada vel menſe, & ſacram communionem ſumendo, cubitum non accedendo cum conſcientia peccati mortalis, niſi eo prius confeſſo, ſi licet, ſin minus eius contritionem habere curando; in hebdomada ſemel ieiunando, vel diſciplina ſe cędendo, & huiuſmodi, domi imaginem ſacram habendo, & aquam benedictã, cum qua, cubitum eundo, ſurgendo, domum ingrediendo, vel exeundo crucis ſignum ducatur; Agnus Dei pie ſecum ferendo, cuſtodi Angelo ſe commendando, & alicui Sancto, Officium Beatæ Virginis, vel coronam recitando; cum Salutatio Angelica, vel oratio pulſatur nunquam illas omittendo, Deum non pro ſe tantum, ſed ſancta Eccleſia, Principibus Eccleſiaſticis, & tẽporalib. & animabꝰ defũcto





rum pie exorando; loci ſanctos protectores honore proſequendo, ac eis ſe cõmendando, & dies feſtos inuiolabiliter colendo; indulgentiarũ theſaurũ prompte & alacriter cõſequendo; miſſarum ſolennijs, prędicationi veſperis proceſſionib. Doctrinæ chriſtianæ, & huiuſmodi pie aſſiſtendo, & ſacra templa deuote & humiliter frequentãdo, & cum ſanctiſſimũ Sacramentũ ad infirmos defertur humiliter aſſociando, Deũ pro infirmo rogando, & cum obuiã ei ſit, ſi in equo conſiſtat, deſcendẽdo, & illud genuflexus adorando, cum campana pro mortuis pulſatur pro illis rogando, & de morte cogitando, ſi pro grandine pulſetur Deũ pro periculi illius auerſione rogando, & memoriæ mandando iram Dei q̃ contra malos erit in die iudicij magis in infinitũ terribilis q̃ ſint illi cęli fragores; operã dando orationib. iaculatorijs, quib. in Deũ intenditur, in principio actionũ, dicendo, Deus in adiutoriũ meum intende; in difficultatibus; In te Dñe ſperaui; in tribulationibus, Saluũ me fac Domine; in tentationibus, Adiutor meus eſto, in conſideratione propriæ infirmitatis; Miſerere mei Dñe quoniã infirmut ſum; in recordatione peccatorum, Sana me Domine, & ſanabor; in dubijs, Deus meꝰ illumina tenebras meas, pro petitione amoris Dei; Diligam te Dñe fortitudo mea, & perſeuerãtiæ, Deus meus es tu, ne diſceſſeris a me, & huiuſmodi, de qbꝰ refertę ſũt ſacrę litterę, libri ſpirituales, & ſoliloqa ſanctorũ, vt Auguſtini, & aliorum; cũ noctu expergiſcit̃, diuina meditãdo, cũ cubitũ vadit cogitando fieri poſſe vt viuus nõ ſurgat, & idẽ cũ lecto ſurgit, veſperi forte nõ ſuꝑfuturũ, vt ita peccata vitent̃; in oĩb. negotijs ſemꝑ res ſpirituales cõſiderando, & ab oĩb. reb. aliquã ſpũs vtilitatẽ colligendo. lecto ſurgẽdo, prius orando, & ſaltẽ Credo recitãdo, Angelo cuſtodi ſe cõmendando, dum veſtes induuntur, cogitando ſe peregrinum eſſe, Tum ante piã imaginem orando, Deo gratias agendo ꝙ illa nocte eũ cuſtodierit, ipſum rogando vt illa die a peccatis ipſum cuſtodiat, & actiones dirigat ad id ꝙ Deo gloriã afferat, ſe eius maieſtati cõmendando, & B.V. ac alijs Sãctis, & orationi mentali, vel vocali poſtea operam dando, cubitum accedendo, Deo gr̃as agere ꝙ illa die ipſum cuſtodierit, ab eo gratiã petendo vt peccatũ vitet, & odio habeat, & veniã peccatorũ petendo, cum propoſito quamprimũ ea confitendi, & veſtimenta exuendo, cogitare malos habitus & veterem hoĩem abijciẽdũ. In eccleſia reuerẽter genibꝰ flexis orando, conſiderando ꝙ Deo eſt præſens qui omnia intuetur, ob id cũ eccleſiã ingreditur aqua benedicta ſignũ crucis ſibi ducat, reuerenter in eccleſia manẽdo procul a choro & cancellis altarium, Diuinis officijs mentem intentam tenendo, & genibus flexis Miſſæ, præterquam cum Euangeliũ legitur, aſſiſtendo. Diebus feſtiuis miſſam in parochia audiendo, & parochi iuſſa executioni mandando, veſperis quoq́; præſentiam exhibendo, concionique, & ſacris lectionibus ac proceſſionibus. In Aduentu bis in hebdomada ieiunando, & Vigilia etiã patroni, ieiunium cum orationibus, & eleemoſynis coniungendo, à lautis cibis, vel copioſis canendo, & diebus Dñicis Aduentus & Quadrageſimę ſacram cõmunionẽ ſumendo. operibus, charitatis operã dando, ſcholã aliquã ingrediendo, facultatibus ſuis pauperibus ſubueniendo, peccantes vel in periculo cadendi exiſtẽtes, cũ charitate corrigendo, carceratos viſitando, in peregrinationibꝰ ieiunia vel miſſas nõ omittendo, & diuina recitãdo; Victu parco neceſſitatis cauſa vtẽdo, & ante mẽſam benedicendo. & poſt gr̃as agẽdo, & põpas vanas fugiẽdo. Si ſit pater familias, eius curã habẽdo, domi malos homines non recipiendo vel ſuſpectos, inuigilando ſuper ſingulorũ vita & greſſibus, & vbi familia eſt numeroſa alicui probo viro iniungat vt inuigilet ſuper eã; errantes corrigat, & incorrigibiles expellat, nõ permittat filios filiaſue, vbi vir cũ vxore dormit,

in eodem cubiculo dormire, & tam mares quã fœminas ſic ſeparatim dormire iubeat, vt nullius inconueniẽtis periculum adſit, nullum domi verſari ſuſpectũ permittat, prophanas imagines abijciat, vanas pompas ijs prohibeat, honeſto exercitio ipſos occupet, curet vt pacatim viuant, cauẽdo a blaſphemijs periurijs, & omni peccato, curet vt frequenter confiteãtur, & cõmunicent, & orationi ſe dedant, in q̃bus ipſe eos præcedendo, lucis exemplum ijs præbeat, prout ſancte docuit Illuſtriſs. Card. Borromeus in act. eccl. Mediol. in inſtructionib. generalibus. Si princeps ſit, vt norit ſe patrem ac paſtorem populi eſſe, & non vt ei tantum præſit, ſed proſit a Deo eſſe conſtitutum, vnde cauere debet ne ſubditos iniuſte grauet, ne exactiones plus æquo exigat, ne bellum iniuſtum excitet, ne indignis officia tribuat, ne leges iniquas ferat, curando vt ius ſuum cuique tribuatur, vt populi quiete & religioſe viuant, de annonæ abundantia illis prouidendo, curando vt Dei & eccleſiæ præcepta ſeruentur, ipſo lucis exemplum alijs oſtendẽte. Si Iudex, ne indigne officiũ ſuſceperit, ne imperitus ei ſe ingeſſerit, ne iniuſtam ſententiam ferat, ſed litigantibus iuſtitiam debitam celeri curſu miniſtret. Si aduocatus, ne iniuſtam cauſam tueatur, ne plus æquo eam proroget, ne ſit in cauſa ut pars aduerſa iuſtam cauſam perdat, ne per fraudes, vel falſos teſtes cauſas tueatur; pauperibus & oppreſſis gratis operam largiendo; ſi in alio munere conſtitutus, vt q̃ ad eius ſpectat officiũ diligenter & iuſte exequatur, & pauperib. ſubueniat. Si mercator vt caueat ab iniuſta emptione vel vẽditione, ab vſuris, a mendacijs, & huiuſmodi; ſi religioſus obſeruet ea quæ ſupra cap. de viſit. & hoc c. ſunt explicata. Si deniq; in alio officio ſit cõſtitutus, q̃ licitum ſit, ſic in eo ſe habeat, vt non vereatur in die tremendi diuini iudicii adminiſtrationis habitæ ſeuero iudici Deo rationem reddere, & ſi illicitum eſt, vel periculoſum, quam primũ id abijciat, de quibus etiam Deo fauente, ſigillatim infra ſub alijs tractatibus, ſuo loco tradetur.

Iubeat demum epiſcopus, ad profectum ſpiritualem iuuandum, imprimi ſacras imagines, ĩſtructiones pro ſimplicibus vulgari lingua conſcriptas, ad confeſſionem peragendam, ſacrã communionem ſumẽdam, & exercitia ſpiritualia orationis, meditationis, & huiuſmodi, de conſilio Reuer. Inquiſitoris, & congregationis Theologorum.

Hæc ſunt quæ ſummatim epiſcopus in ſua diœceſi pro eius prudẽtia introducere poterit, & inſtituta curare vt promoueantur, quęque omnia fere Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. D. Io. Franciſcus Maurocenus S. Rom. Eccl. Card. Ampliſſ. & Epiſcopus noſter, pro ſumma eius in Deum pietate & religione, & animarum ſalutis zelo; in hac diæceſi in vſum induxit.

Vltima via eſt, vt ſumma prudentia 39
epiſcopus & paſtor in regiminis exercitio & correctionibus ac admonitionibus faciendis vtatur, cum nõ vna ratione diuerſis morbis medendum ſit.

Vnde aliter cũ principibus, aliter cũ ſubditis eſt agendũ; principi enim peccanti aperiẽdum eſt quã graue ſit eius peccatum, q̃ non ſibi ſoli noceat, ſed etiam ſubditis quos malo exemplo ad malũ trahit, & ideo ſummopere a ſcandalo caueat, rogando eum & obſecrando vt a peccato abſit, q̃ ſi neglexerit, manus eius epiſcopus non timeat, ſed contemnat, exemplo Thomæ Cantuarienſis & aliorũ, cũ Pretioſa ſit in conſpectu Domini mors Sanctorum eius; eos etiã moneat vt principatu, de quo Domino rationem ſunt redditurí, nõ extollantur, & vt temperanter præſint vt patres, & ne plus iuſto iubeant, q̃ compleatur; & ne ſubditorum curam negligant, ſubditi vero monẽdi vt dominis obediant, & ſubiectione vt ſecuriori contenti ſint, & ne temere principes iudicẽt, nec ob id q̃ eorum culpas videant audatiores fiant, vt d. Greg. in paſt. 3. par. cap. 5.





Aliter admonẽdi ſunt diuites, aliter inopes, diuitibus enim timor eſt inferendus ne in incerto diuitiarum ſperent, 1. Tim. 6. cum malum illis Dominus minetur, qui nunc conſolationem habent. Mar. 14. conſolantur. n. ex pręſentib. cum neſciant gaudia æternę vitæ. & vt bene illis vtantur quarum ęconomi ſunt ſummo patri familias earũ rationem redditurí, inopes cũſolandi, d. Domino Eſ. 54. noli timere, quia nõ confunderis, & q̃ pauperes boni cari ſunt Domino. eodem d. Eſ. 48. elegi te in camino paupertatis, & vt ꝑinde patienter ferãt paupertatem meliora bona alibi expectantes, & pigri non ſint. vt d. Salom. Prou. 6. vade ad formicam ò piger, & in domino confidant qui veſtit herbas & paſcit animalia, & non deerit ſuis qui in eo confidunt, & ſeruant eius iuſtitiam. Matth. c. 6.

Aliter monendi lęti, aliter triſtes, lętis timor incutiendus d. Domino: Veh vobis qui nunc ridetis, q̃ intelligĩ de ijs qui lętantur in malis operibus, triſtibus vero addenda ſpes eodem. d. iterum videbo vos & gaudebit cor vr̃m, & gaudiũ veſtrũ nemo tollet a vobis.

Aliter monendi ſapientes ſeculi, aliter hæbetes, ſapientes vt faciant quæ ſciunt, & non ſe ſapientes exiſtiment, ſed ſapienter ſtulti fiant ſm̃ Deum. 1. Cor. 3. ſi quis vr̃ inter vos ſapiens, ſtultus fiat vt ſit ſapiens, iſtis vero dicendũ vt diſcant quæ neſciunt, & ad verã ſapientiam a ſtultitia trãſeant, de qua 1. Cor. 1. quæ ſtulta ſunt elegit Deus, vt confundat ſapientes, & per exempla docendi ſunt, illi vero per rationes.

Aliter impudentes, aliter verecũdi, illi reprehenſione graui ſunt compeſcendi. d. Dño Hier. 3. frõs meretricis facta eſt mihi, noluiſti erubeſcere, & Gal. 3. O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit? verecundi vero ad bonũ ꝑ verecundiã ſunt trahendi. Eſ. 54. Gal. 3.

Aliter proterui, aliter puſillanimes, illi vt ſciant a ſe acta mala eſſe cum cõtrarium credant, & proteruos Deo odio eſſe & de ſe præſumentes, & facile corriguntur ſi illis manifeſtetur aliqđ eorum vitiũ apertũ, per quod cognoſcant ex eo q̃ defendere non poſſunt, ſe tenere improbe q̃ defendant; puſillanimis vero qui deſpecta putant quæ agunt, & in deſperationem ducuntur, animus eſt addendus, q̃ fiet ſi è latere aliqua eorum bona in medium adducantur & laudentur, vt ſic fugiant quę reprehenduntur ob laudem in aliis operibus auditam, 2. Theſſ. 1.

Aliter patientes aliter impatientes, impatientes monendi, vt ſpiritum frenent, quia furor ad alia etiam non cogitata mala ducit, dum non frenatur, & q̃ mala ſua non cognoſcunt, & a ſe tranquilla mente bene geſta confundunt, & deſtruunt q̃ labore bono cõſtruxerant, cum charitas mater oĩum virtutum per impatiẽtiam amittatur. 1. Cor. 13. & etiam doctrina nutrix virtutũ. d. Sap. Prou. 12. doctrina viri per patientiam noſcitur, & impatiẽtia adducat etiam ad arrogãtiam, quia dum deſpici quis ſe videt, bona ſi qua ſibi ſunt oſtentare conatur, patiẽtes vero laudãdi. Prou. 16. Melior eſt vir patiẽs viro forti, & q̃ dominatur animo ſuo expugnatore vrbiũ, quia ipſe animus ſuperatur q̃ intra eſt, vrbes vero extra. & proinde monẽdi patientes, vt ea virtute frenum ponant cupiditatib. iracũdiæ, & omnibus vitijs, q̃ dono patientię ſit, vt recte ꝓbat Cip. li. de bon. pat.

Aliter beneuoli aliter inuidi, beneuoli vt ſic alienis bonis gaudeant, vt & habere propria ſpiritualia cupiant, ſic proximorũ facta laudent, vt & illa imitando multiplicent, alias vani ſpectatores illorum erunt, & cum aliena facta conſpiciunt, ad cor ſuum redeãt, & ea agere non recuſent. Inuidi vt videant quam cęci ſint qui alieno profectu deficiunt, aliena exaltatione cõtabeſcũt, melioratione proximi peiores fiũt, & in aliena abundantia cordis ſui peſte afflicti moriuntur, cum contra ſi diligerent, aliena bona ſua facerent, ſicut multa membra in vno corpore exiſtẽtia vnum ſunt, turpe ergo eſt non imitari q̃ ſumus, & q̃ exiſtẽtes inuidi amittunt charitatem, & dæmonem imi

tantur. Sap. 1. Gen. 4. Prou. 14.

Aliter ſimplices, aliter impuri, ſimplices laudandi qui nunquam mentiũtur, monendi tñ vt quãdoque vera taceant, & omnia non dicant, niſi vbi obedientia cogit, & ſimplicitati prudentiam iungant, Rom. 16. Mat. 10. Cõtra impuri monẽdi quam grauis ſit duplicitas, quia dum deprehẽdi timẽt, ſemper improbas defenſiones quęrunt, cõtra Pſ. 139. Hier. 9. & tamen nil ad defenſionem eſt puritate tutius, nil ad dicendũ veritate facilius, vnde huiuſmodi dicitur Sap. 1. Spũs ſanctus effugiet diſciplinę fictum.

Aliter incolumes, aliter ægri, ſani vt ſalutem corporis exerceãt ad ſalutem mentis, ne contra facientes dono peiores fiãt, & grauiora ſupplicia ſuſtineãt, & ne deſpiciant opportunitatem nũc acquirendę ſalutis in perpetuum, cum nunc ſit tempus acceptabile. 2. Cor. 6. Prou. 1. tunc inuocabunt & non exaudiam; Contra ægri, vt eo ſe filios Dei ſentiant, quo illos diſciplinæ flagella caſtigãt, Apoc. 3. quos amo, caſtigo, corrigo; niſi enim correctis hæreditatẽ dare diſponeret, eos per moleſtias erudire non curaret, Pſ. 33. Iob 19. vnde monendi vt ſi cœleſtem patriã ſuã eſſe credũnt, neceſſario in hac labores vt in aliena patiantur, & quòd percuſſio reſecat ꝙ eſt ſupefluum, & cogitẽt quantos labores, ac flagella ſuſtineant filij vt hæreditates terrenas percipiãt, vt ſic pęnę quęlibet, pro tanto bono adipiſcendo, non graues exiſtimentur Heb. 12. & quòd moleſtia corporalis ſalus eſt mentis, quæ ad ſui cognitionem mentem reuocat, quam ſepe ſalus corporis abijcit, vt ſic animus qui extra ſe in elationẽ ducitur, cui conditioni ſit ſubditus; & percuſſa quam ſuſtinet carne, memoretur, & ꝙ infirmitas commiſſa peccata diluit, & à committendis cõpeſcit, & ad pęnitentiam adducit, monendi etiam. vt patientiã ſeruent, conſiderando quanta Dominus pro nobis pertulerit, vt nos à punctionibus eriperet, quanta mala & ſpinas pertulerit, vt vitam æternam nobis daret, proprium amiſit, vt ſic durum non videatur pati flagella pro malis, cum tanta Deus pro bonis mala ſit paſſus adm. 13.

Aliter monendi flagella timentes & innocenter viuentes, aliter qui ſic iniqui ſunt vt nec per flagella corrigantur, primi monendi, vt bona præſentia pro magno non cupiant, quæ etiã malis adſunt, & mala præſentia vt intolerabilia non fugiant, cum ijs ſæpe hic boni afficianẽ, & vt ſi malis vere carere cupiunt, æternas pœnas horrẽãt, nec in pęnarum timore maneant, ſed ad amoris gratiam, per charitatem creſcant, charitas .n. timorem expellit. 1. Io. 4. Rom. 8. 2. Cor. 3. alias ſi pęnam non timerẽt, culpam perpetrarẽt, bona tamen per ſeipſa ſunt amanda, & non pęnis cogentibus exequenda, qui .n. ceſſat peccare ob pęnas vult non eſſe pęnas vt audacter peccet, vnde coram Deo innocentia amittitur, ante cuius oculos deſiderio peccatur. 39 Contra alij monendi eo acrius quanto inſenſibilitate duruerunt, contra quos Dominus exclamat. Hier. 5. attriuiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam, & ſi curauimus Babilonem, & non eſt ſanata, & Eſ. 9. populus non eſt reuerſus ad percutiẽtem ſe, & purgati ſepè per ignem argentum fieri noluerunt, qui & quandoq; cum flagellis non curantur, dulci ſunt admonitione mulcendi, vt ſic dulcedine trahantur qui flagellis tracti non ſunt.

Aliter nimis taciti, aliter multiloquio vacantes, taciti nam dum quædam vitia incaute fugiunt, occulte deterioribus implicantur, cum in corde multiloquium, & in mente cogitationes plus ferueãt, quo illas violenta cuſtodia indiſcreti ſilentij anguſtat, & ſepè eo magis diffluunt, quanto ſe à reprehenſoribus ſecuros cernũt, cum ab ijs nõ videantur, ſepè enim is in ſuperbiam tollitur, & loquentes contemnit, & cum propriam malitiam ignorat, eo libentius quãto ſecretius, alios accuſat, moneantur igitur vt ſcire norint nõ ſolum quales ſe exterius oſtendere

dere



dere proximis debeant, ſed quos ſe interius exhibeant Deo, vt cuſtodiant cogitationes ſuas. Prou. 5. & ſepe in acriores dolores incidunt, qui vero & quæ ſuſtinent non loquuntur, cum vulnera ſua aperire debent vt illis medicina paretur, vt & linguã aperire vt aliorum vitia reprehendant, nõ proximos diligunt, qui .n. eorum mala vident, & tacent, quaſi inſpectis vulneribus vſũ medicaminis ſubtrahunt, & ſic mortis fiunt authores cum virus ꝙ curare potuere, negligunt, tacendum ergo ad tempus, non tamen lingua liganda, ſed ſoluenda ad tempus. Ecc. 3. 20. ne cum lingua reſtringi debet, per verba inutiliter diffluat, vel cum loqui vtiliter poteſt, ſe pigre reſtringat. Pſ. 40. Contra multum loquentes, vt videant à quanto rectitudinis ſtatu depereũt, dũ per multiplicia verba dilabũtur, Prou. 15. Sicut vrbs patens, & abſq; murorum circuitu, ita vir qui non poteſt in tacendo cohibere ſpiritum ſuum, cum enim murum ſilentium non habet, ciuitas mentis vnde verba ſumuntur inimicis patet, quam tanto facilius ſuperãt, quo & o͞patio per multiloquium cõtra ſe pugnat, & ſepe dũ negligit ocioſa verba cauere ad noxia peruenit, vt aliena loquatur, & poſtea ijs quandoq; mordeat, & ad contumelias etiam prorumpat, vnde rixæ poſtea oriũtur d. Salom. Prou. 17. qui dimittit aquam, ſcilicet verborum, caput eſt iurgiorum, vt ſilentio ſtulti ira mitigatur, Prou. 25. & verboſus peccet quandoq;. Pſ. 139. Prou. 10. in multiloquio non deeſt peccatũ, cũ cõtra cultus iuſtitię ſit ſilentiũ. Eſ. 32. Iac. 1. Matth. 22. & etiã de otioſo verbo, ꝙ ſine neceſſitate, vel vtilitate ꝓfertur, ratio ſit reddenda. ibid. Matt.

Aliter pigri, aliter præcipites, illi ne amittant bona dum agenda deſunt, & ꝙ ſepe dum poſſunt bene agere nolũt, dum volunt non poſſunt, deſidia .n. dũ feruore debito non accenditur à bonorum deſiderio torpore conualeſcente mactatur, quia paulatim etiã recte ſentiendi vigilantia amittitur, dum à bene operandi ſtudio ceſſatur. Prouer. 19. & mens quia ſe ad ſuperiora non dirigit, per deſideria ſe expandit inferiorum d. Salom. ibid. in deſiderijs eſt omnis otioſus, & dum neceſſaria agere negligit piger, quædam ſibi difficilia opponit, in otio torpeſcit, Prou. 20. propter frigus piger arare nõ vult, mẽdicabit in æſtate, & nõ dabitur ei, qui .n. hic bene nõ operatur tꝑe iudicij nõ accipiet mercedẽ. Cõtra præcipites, ne dũ tẽpus bene agẽdi ꝑueniunt, meritũ amittãt, & in mala corruãt, dũ bona nõ diſcernũt, q .n. ſine cõſideratione agit vt cecus ambulat, & ſine cõſilio operatur, & eum pęnitebit. Eccl. 33. Prou. 4.

Aliter mãſueti, aliter iracundi, manſueti nã ſepe cũ pręſunt, vicinũ torporẽ patiũtur, & diſſolutionibus cũcta patent, fugiãt ergo ꝙ prope ipſos eſt .ſ. torporẽ, & amplectãtur ſollicitudinẽ, & emulationẽ iuſtitię vñ Sp. S. in colũba, & in igne apparuit, vt pateret manſuetudinẽ cũ iuſtitia iũctã eſſe debere, 2. Tim. 4. Tit. 2. Contra iracundi, ne in inſaniã prorũpant, & ignorent q̃d agãt, cũ ira obſtet animi iudicio, & rationis o͞pa perturbet, & ira pñte nil boni agi poſſit, & q̃d alij ab ipſis patiantur, & ſepe iræ ſuæ ſtimulum zelum iuſtitiæ putant, ꝙ peſſimũ eſt, vñ æmulationi ſuæ mãſuetudinẽ adiungant, & nil niſi ira demiſſa agãt, q cũ vitari nõ pñt, ſũt ſub quadam cautela reuerentię feriendi, vt de Abner habetur. 2. Reg. 2.

Aliter humiles, aliter elati, humiles laudãdi ꝙ ſit vera excellẽtia q̃ ſꝑando tenẽt, æterna q̃ appetũt, & trãſitoria q̃ ſpernunt, & vt humilitas Deo placeat. Luc. 18. Pro. 15. Pſ. 137. Matt. 20. Phil. 2. Iob. 41. vñ dũ ſe humiliãt ad Dei ſimilitudinẽ aſcẽdũt, caueãt tñ ne ſpẽ humilitatis d̃cipiãt, & habeãt cõiũctũ timorẽ qñ hominib. exhiberi nõ d̃bet, & ne dũ vitia reꝑhẽdere debẽt, tacere ſe ex humilitate putent, & dũ nimis hominib. ſubijciũt eorũ ẽt vitia venerenẽ. Cõtra elati, q̃ trãſitoria ſint q̃ ambiũt, & æterna q̃ ꝑdũt, & vt diſpliceat Deo ſuꝑbia. Luc. 18. Prou. 16. Eccl. 10. & ꝙ eorũ rex eſt diabolus Iob. 41. & eũ imitanẽ ſuꝑbiẽdo, & à celſitudine diuina ſe elõgãt, & ꝙ ambitio eſt mr̃ furoris, & hipocriſis, ſpurcũ vitiũ, ĩ imo manẽs, teſte Ber. ep. 125.

ep.125. & B. Ant. 2. p.tit.3. c.5. monẽ
di, nedum loqui ſe putant per liberta
tem rectitudinis per impatientiam ela
tionis loquantur, & quæ non debent,
vel magis quam debent, ſub ſpecie li-
bertatis increpent. Vtiliter vero ela-
ti vincuntur, ſi eorum correptioni-
bus quædam laudum fomenta miſceã
tur, vel memorando bona; ſi quæ in
eis ſunt, vel quæ poterant eſſe ſi non
ſunt, & tunc cum placabiles eorum
laudibus auditis ſunt, eorũ vitia ſunt
reſcecanda, illis etiam ſuadendo eo-
rum profectum magis alijs quam ſibi
profuturum, facile enim elatio ad bo
num flectitur, ſi & alijs eius inflexio
prodeſſe credatur, vt fecit Moſes cum
Obab. num.10.

Aliter pertinaces, aliter inconſtan-
tes, pertinaces, ꝙ plus de ſe, quã ſunt,
ſentiunt, ideo alienis conſilijs non ac-
quieſcunt, quia meliores eſſe; alijs
ſe putant, contra ap. Rom. 12. nolite
eſſe prudentes apud voſmetipſos, &
cum pertinatia ex ſuperbia oriatur,
monendi vt cognoſcant elationem
ſuæ cogitationis, & ſe vincant, ne dum
foris ſuperari deſpiciunt, intus à ſu-
perbia ligentur, & aſpiciant exemplũ
Chriſti, d. non veni facere voluntatẽ
meam, ſed eius qui miſit me patris.
Contra inconſtantes, ꝙ dum ſe deſpi-
cientes negligunt, leuitate cogitatio-
num à ſuo iudicio per temporum mo
menta flectuntur, & ſi id ꝙ ſunt atten
derent, ſic varij non eſſent. Eph. 4. nõ
circumferamur omni vento doctrinæ,
& ꝙ ſapientibus contrarij ſunt, quo-
rũ cor ſemper eſt ſibi ſimile Prou. 15.
Et cum inconſtantia ex leuitate gene-
retur, monendi vt mentem grauitate
roborent, aliter leuitas cogitationum
nunquam auferetur.

Aliter gulæ dediti, aliter abſtinen-
tes, illi enim ſuperfluitatem locutio-
nis, leuitatem operum, & luxuriam
incurrunt, Luc. 16. Ex. 32. Gen. 3.
proinde gulam fugiant, vt illorum ſe-
minarium; Contra vero abſtinentes
ſepe impatientia, ſepe ſuperbia ligan-
tur. 2. Petr. 1. Rom. 14. Luc. 18. ideo
monendi, ne dum carnem macerant
ad impatientiam flectantur, nulla .n.
eſſet virtus ſi dum caro vincitur, ira
ſpiritus ſuperetur, Eſ. 58. ecce ad lites
ieiunatis, & ne ex impatientia tume-
ſcant; & ꝙ ex abſtinentia ſupereſt pau
peribus largiantur. Eſ. 58. Ioel. 1. Zach.
7. quia non Deo ſed ſibi ieiunat, qui
ea quæ ventri ad tempus detrahit, pau
peribus non tribuit; ſed ventri iterum
danda ſeruat, & ꝙ eſcæ ꝑ ſe non inqui
nãt, ſed quæ de corde exeũt cogitatio-
nes prauæ. Mar. 7. & trãſgreſſio ꝓcepti.

Aliter qui ſua miſericorditer tri-
buunt, aliter quia aliena rapere con-
tendunt, primi ne cogitatione tumi-
da ſuper eos quibus terrena largiunẽ,
ſe extollant, Deus .n. vult alios eſſe
qui tribuant, alios qui accipiant, & ſe
bonorum æconomos cogitent, vnde
tanto humilius ea præbeant, quanto
ea cogitant eſſe aliena, & ideo cum co
gitant ſe eſſe, ex illis qui accipiunt à
Deo, non humore ſed timore corri-
piantur, vnde timere debent, ne com
miſſa indigne diſpenſent, ne quædam
quibus nulla, ne nulla quibus quædã,
ne multa quibus pauca, ne pauca qui-
bus multa, præbeant, ne præcipites ꝙ
dant inutiliter ſpargant, ne tarditio-
ne petentes crucient, ne gratiam ex
datione vel laudem expectent, nec ani
mus plus debito hilareſcat, ne quic-
quam ſibi poſt alijs data tribuant, &
quòd bene egerint perdant. 1. Petr. 4.
Luc. 17. 2. Cor. 9. Contra alij admo-
nendi quantũ Deo diſpliceant, Abac.
2. Veh ei qui multiplicat non ſua. Eſ.
5. veh qui coniungitis domum ad do-
mum. Ecc. 5. auarus non implebitur
pecunia, Prou. 18. qui feſtinat ditari
nõ erit innocens. Matth. 16. Quid pro-
deſt homini, ſi mundum lucretur; &
animam perdat, nil enim prodeſt ho-
mini ſi totũ ꝙ extra ſe eſt congregat
& id ꝙ ipſe eſt, damnat, vnde cogitẽt
quam fugitiua ſit præſens vita, & quã
multi qui ditari voluerunt quæſitis
vti non potuere.

Aliter qui nec aliena appetunt, nec
ſua largiuntur, aliter qui ea quæ ha
bent



bent tribuunt, & aliena rapiunt pri-
mi quòd norint, ꝙ ea quę habẽt è ter-
ra ſunt quæ cũctis communis eſt, ideo
alimenta etiam cunctis communiter
fert, fruſtra ergo ſe innocentes putant
qui commune Dei bonum, ſibi tantũ
vindicant, & accepta non dantes in
proximorum nece graſſantur, cum .n.
egenis alimenta tribuuntur ſua illis
redduntur, non propria dantur, & iu-
ſtitiæ potius opus quam mĩæ imple-
tur, Pſ. 111. Matth. 6. Prou. 21. videãt
quòd ficulnea, quæ fructum non ha-
buit euulſa eſt, cum terram ſine fru-
ctu occuparet, ſic tenax terram inuti-
liter occupat, cum id quo multis pro-
deſſe poteſt inutiliter ſeruat, & quòd
ingrati ſunt Deo qui omnia ei tribuit
& nullam miſericordię hoſtiam eis tri
buunt; Pſ. 48. Luc. 3. Alij contra, ne dũ
boni volũt videri boni ſpecie deterio-
res fiant, hi .n. ſua non dantes diſcre-
te, in inopia poſiti murmurant impa-
tientia, & auari fiant ex liberalitatis
virtute, occaſio ergo rapiendi ſubtra
hitur, ſi ſua bene diſpẽſentur, & quòd
miſericordiæ opus per rapinam, & in-
iuſtitiam non confundant, mĩa enim
illa non eſt, ſi eius cauſa peccatur.
Eſ. 6. Odio habeo rapinam in holo-
cauſto, & Prouer. 2. hoſtiæ impiorum
abominabiles, cum & ſepe egenis au-
ferant ꝙ Deo largiuntur, contra Sap.
Eccle. 34. qui immolat ſacrificium de
ſubſtãtia pauperis, quaſi qui victimat
filium in conſpectu patris.

Aliter diſcordes, aliter pacati, di-
ſcordes quòd quantumuis virtutibus
polleant, ſpirituales fieri non poſſunt,
ſi per concordiã proximis non vniun-
tur, fructus .n. ſpiritus eſt gaudiũ, cha-
ritas, pax. Gal. 5. 1. Cor. 3. Eph. 4. cum
vero ob virtutem diſcordant, vt abſti-
nentiam quæ in alijs eſt, videant
ꝙ concordia ab abſtinentia non ſepa-
ratur. Pſ. 150. Matth. 9. Iac. 3. & ꝙ dũ
diſcordiam fouent, nullum bonũ opus
eorum Deo placet. 5. Matth. Si offers
munus &c. conſiderent aues volando
ſocialiter ſe non deſerunt, & anima-
lia gregatim paſcuntur, & quòd tur-
pe eſt ab irrationali creatura, rationa
lem concordiam doceri, contra paca-
ti, ne dum plus iuſto pacem amant,
ad æternam ire nõ poſſint, vt quo ma
gis delectant præſentia, minus amen-
tur æterna, vnde caueant ne ob pacẽ
redarguere negligant malos hominũ
mores, & ijs conſentiendo ab autho-
re pacis ſe diſiungant, dum huma-
na foris iurgia timent, Pſ. 138. perfe-
cto odio oderam illos, quò ſcilicet ad
vitia non naturam, Matth. 10. Monẽ-
di etiam dum foris pacem cuſtodiunt,
intus eam & veram habeant.

Aliter ſeminantes iurgia, aliter pa-
cifici, primi nam dæmonem imitan-
tur. Matth. 13. inimicus homo hoc fe
cit. Prou. 19. qui vero per diſcordiam
à viriditate dilectionis ſeparãtur are-
ſiunt, & in vno malo cunctas virtutes
eradicant, quia extinguunt charita-
tẽ, quæ virtutum omnium eſt mater,
cum Deo dilectione, nil ſit gratius, cõ-
tra diabolo, nil extinctione charitatis
delectabilius exiſtat. Contra pacifici,
ne cum peruerſis pacem iungant cum
illis male agendo, quia quo plures ſibi
in malitia cõgruunt, eo peiores in ma-
lo fiunt, & bonos deterius deprimunt,
quos vnanimiter perſequũtur, monen
di ergo vt prauorum mentibus prius
internæ amorem pacis infundant, vt
eis poſt externa pax poſſit prodeſſe, ſi
vero praui tales ſint vt non poſſint no
cere bonis etiam ſi cupiant, cum his
pax terrena debet coniungi, vt qui cõ
tra dilectionẽ Dei ex ſua malitia pec-
cant, ſaltem ex proximi amore man-
ſueſcant, & quaſi è vicino ad melius
tranſeant, à pace ſcilicet proximi ad
pacem Dei.

Aliter admonendi, qui ſacræ legis
verba non recte intelligunt; aliter qui
recte intelligunt, ſed ea humiliter nõ
loquuntur, primi ꝙ ſalubre potum vi-
ni in poculum veneni ſibi vertunt, &
medicinali ferro ſe feriunt, & ꝙ Scri-
ptura ſacra in præſenti vita quaſi lu-
cerna eſt poſita, cuius verba dum non
recte intelligunt de lumine tenebre-
ſcunt, qui praue nõ intelligerent, niſi
eos

eos prius ſuperbia inflaret, quia dum
ſe ſapientes putant, alios ſequi ad me-
lius intellecta deſpiciũt,&vt apud igna
ros ſapientes putẽtur, ſtudent ab alijs
recte intellecta deſtruere, & ſua per-
uerſa roborare. Am. 1. vnde vt doceã-
tur bene intelligere, monendi prius vt
inanem gloriam fugiant, ne dum ra-
dix elationis nõ abſcindiť rami praue
aſſertionis areſcant, & ne legem Dei
quæ data eſt vt ſacrificia Satanæ pro-
hibeat, in ſacrificium ſatanæ vertant.
Oſ. 2. Contra ſecundi monendi vt in
diuinis ſermonibus, antequã alijs eos
proferãt, ſeipſos requirãt, ne in ſequẽ
tes aliorum facta, ſe deſerant, & cum
recta de ſcriptura ĩtelligũt hoc ſolum
ꝙ contra elatos ipſa dicit non intelli-
gant, imperitus eſt .n. medicus qui al-
teri medetur, & vulnus quòd patitur
neſcit, ideo à virtute dicendi, viuendi
qualitate non diſcordent, 1. Petr. 4.
Prou. 16. abominatio eſt Deo omnis
arrogans.

Aliter qui cum poſſint digne prædi-
care, ob nimiam humilitatem timent,
aliter qui à prædicatione ob ætatem,
vel imperfectionem prohibentur, &
tamẽ præcipitatio impellit, primi vt
videãt quantum peccarent, ſi indigen
tibus proximis quas habent pecunias
abſconderẽt, ſic dum peccantibus fra
tribus verbum prædicationis abſcon-
dunt, morientibus mentibus vitæ re-
media abſcondunt, Eccl. 20. Sapientia
abſcondita, & theſaurus inuiſus quæ
vtilitas in vtriſq;?& Prou. 11. & dum
cogitant vulnera mentium, ea iuſtitia
verborum curare negligunt, contra
ap. Act. 20. & Eſ. 6. veh mihi quia ta-
cui, vnde qui quantum ſufficit increpa
re vitia recuſat, Dei non eſt. Ex. 32.
Contra alij, quòd pulli auium ſi ante
alas completas in altum volant, in ima
merguntur, & ſi ſtructuris recentibus
non ſolidatis pondus ſuperponitur nõ
habitatio, ſed ruina ædificatur, vnde
Dominus prædicatoribus, d. ſedete in
ciuitate quoaduſq; induamini virtu-
te ex alto, & Eccl. 32. Adoleſcens lo-
quere in cauſa tua vix, & Ieſus Do-
minus anno 12. Sapientia Dei, in tem
plo interrogauit non docuit Luc. 2.

Aliter qui in eo quòd temporaliter
appetunt proſperantur, aliter qui ea
quæ mundi ſunt cõcupiſcunt, ſed ad-
uerſitatis labore fatigantur; primi, ne
dum omnia ad votũ contingunt, quæ-
rere dantem negligant, ſi in datis ani-
mum figunt, ne peregrinationem pro
priam diligant, monendi ergo quæ in
mundo ſunt calamitatis ſolatia non
præmia retributionis eſſe, & fauores
mundi mentem erigere, ne eis ex to-
ta delectatione homo ſe dedat, qui .n.
proſperitatem, melioris vitę amore nõ
reprimit, fauorem vitæ tranſeuntis in
mortis perpetuæ occaſionem vertit,
Prou. 1. 1. Cor. 3. ſiniſtra enim eſt pro-
ſperitas, dextra beatitudo Dei. Cant.
2. Prou. 3. & quòd proſperitas præſens
quandoq; datur, vt ad meliorem vitã
prouocet, qñq; vt in æternũ pleni9 dã
net, Pſ. 71. 140. occaſionaliter cõtra alij
monẽdi quãta Deus ſuꝑ eos gratia vigi
let, quos in ſua deſideria non relaxat,
ægro .n. de quo medicus deſperat, cun
cta concedit quæ cupit, qui vero ſana
ri poſſe creditur, à multis quæ appetit
prohibetur, & pueris nummi ſubtra-
hũtur quibus tota hæreditas ſeruatur,
vnde eſt quòd confidant de æterna
hæreditate qui aduerſitatibus humi-
liantur, cum contra ſepe etiam iuſtos
potentia in culpa comprehẽdat, quòd
in aduerſitate non contingit. vt in Da
uid patet, 1. Reg. 14. 2. Reg. 11. & ꝙ
Salomon in proſperitate ſapientiam
amiſit. 3. Reg. 11.

Aliter coniugati, aliter ſoluti, con-
iugati, vt dum quiſq; coniugi placere
ſtudet faciendo erga eum quòd debet,
conditori non diſpliceat, ſic quæ ſunt
mundi agant, vt quæ Dei ſunt ap-
petere non omittant, ſic de bonis præ
ſentibus gaudeant, vt tamen ſollicita
intẽtione mala æterna timeant, ſic de
malis his lugeant, vt tamen conſolatio
ne integra ſpem in bonis perẽnibus
figant, vt præſentia in tranſitu, æterna
in manſione ſciant, nec malis mundi
frangantur, cum ſpe cęleſtium robo-





rentur, 1. Cor. 7. qui habent vxores tã
quam non habentes ſint, præterit .n.
figura huius mundi, monendi etiam,
vt quæ ſibi inuicem diſplicent, patien-
ter tolerent, & exhortantes inuicẽ ſal-
uent Gal. 5. inuicem portate onera ve
ſtra, & ſic adimplebitis legem Chriſti;
& ꝙ conſiderent quæ à ſe portentur
mala, ſic .n. alterius defectus leuius por
tabunt, & vir vxorem vt fragile vas le-
uiter portet, monendi etiam quòd cau
ſa prolis ſunt coniuncti, vnde ſi ex con
cupiſcentia coniunguntur, non extra
abeunt, coniugij tamen iura tranſcen
dunt, vnde ſepe habeãt ꝙ pulchram co
pulæ ſpeciem mixtis voluptatibus fun-
dant 1. Cor. 7. & ꝙ vnus alteri debitum
reddat, niſi ex conſenſu ad tempus ad
vacandum orationi ibid. Contra ſolu
ti, vt cęleſtibus præceptis rectius ſer-
uiant, quo ad curam mundi iugum co-
pulæ carnalis non inclinat, ne ſi id ne-
gligant grauiores pęnas ſuſtineant; &
ne fæminis vacãtibus miſceantur quòd
ſine peccato eſſe non poteſt. 1. Cor. 6. &
Heb. 13. & ſi tentationes cũ difficulta-
te ſalutis portant, coniugij portum pe-
tant, cum melius ſit nubere quam vri,
1. Cor. 7. ſi tamen meliora non voue-
runt. Luc. 9.

Aliter peccatorum carnis conſcij, ali
ter ignari, primi vt mare ſaltem poſt
naufragium timeãt, & perditionis ſuæ
pericula cognita timeant, ne qui pie
poſt mala commiſſa ſeruati ſunt, illa
improbe repetẽdo moriantur, & ſi in-
tegra naturæ bona accepta ſeruare
noluerunt, ſaltem ſciſſa reſarciant, &
videant quã multi caſte viuant, & alios
ab errore conuertant, ideo præterita
commiſſa conſiderent, & imminentia
deuitent Ezech. 13. & quanta pietate
Deus recipiat poſt delicta ad ſe redeũ-
tes, Hier. 3. Tu autẽ fornicata es cum
amatoribus multis, tamen reuertere
ad me; dicit Dominus, vt cognoſcatur
ſi redeuntibus tã pie parcitur, quanta
improbitate poſt illud peccetur. Eſ. 50.
vnde ad cor eſt redeundum, & pęniten
tiam, & conuerſionem. Contra caſti-
monendi, vt eo ſollicitius caſũ timeãt
quo altius ſtant, & quo quis altiori lo-
co eſt ſitus crebrioribus ſagittis expo-
ſitus eſt inſidiatoris, qui tanto arden-
tius ſolet erigi, quanto robuſtius ſe vi-
det vinci, & per caſtra infirmæ carnis
contra ſe pugnari, monendi vt præmia
ſuſpiciant, vt ſic labores tentationum
calcent, nam ſi attenditur fęlicitas quę
in tranſitu attingitur leue fit ꝙ tran-
ſeundo laboratur. Eſ. 16. monendi etiã
quòd virginitas potior eſt coniugio, ſe
tamen ſupra illos non extollant, ne fru
ctum boni operis amittant, monendi
quòd ſepe actione ſecularium vita con
tinentium confunditur, ſi iuxta ordi-
nem proprium corda non excitantur,
cum ſepe gratior Deo ſit vita amore
ardens poſt culpam, quam innocentia
ſecuritate torpens, Luc. 7. gaudiũ erit
in cęlo ſuper vno peccatore pęniten-
tiam agente, moneantur vt ſupra alios
ſe non extollant, cum bona quæ in eis
ſunt ignorent, in examine .n. recti iu-
dicis mutat merita, ordinum qualitas
actionum.

Aliter qui peccata deplorant operũ,
aliter qui cogitationum, primi vt mala
acta perfecto dolore diluant, ne minus
ſoluãt fletibus ſatisfactionis, quam eſt
in debito operis. Pſ. 97. moneantur, vt
commiſſa ante oculos reducant, & ita
viuendo agant, vt à diſtricto iudice vi-
deri non debeant, Pſ. 50. auerte oculos
tuos à peccatis meis; & ſingula admiſ-
ſa conſiderent, & dum per quodlibet,
errores ſuos flẽt, ſe ac totos lachrimis
mundent, ſingulis quibuſq; peccatis di
ſpartitas lachrimas dando. Thr. 3. ſic
tamen vt de miſericordia quam poſtu-
lant præſumant, ne immoderata affli-
ctione intereãt, ante .n. eorum oculos
Deus pie peccata flenda, non poneret,
ſi eos per ſe ferire vellet, quos .n. præ-
uenit miſerando à ſuo iudicio abſcon
dere voluit. Pſ. 94. præueniamus faciẽ
Domini in cõfeſſione. 1. Cor. 11. quod
figuratur Gen. 34. Contra alij flentes
peccata cogitationum monendi, vt cõ
ſiderent vtrum cogitatione tãtum an
etiam delectatione peccarint, vel con
ſenſu, quia ſepe cor tentatum carne de

lectetur, & tamen ei nequiciæ ratione
renititur, quandoq; vero ſic mens tē-
tatione abſorbetur, vt nō renitať, ſed
deliberat id in quo delectať, & ſi facul
tas adeſſet, mox rei effectui interiora
vota cōſummeret, quòd ſi coram Deo
conſideratur, non eſt culpa cogitatio-
nis, ſed operis, quia licet rerum tardi-
tas foris peccatum diſtulit, intus tamē
voluntas conſenſionis opere impleuit,
peccatur.n. ſuggeſtione, delectatione,
conſenſu, primum per hoſtem, ſecun-
dum per carnem, tertium per ſpiritū
agitur, monendi ergo vt qui per cogi-
tationes peccarunt, genus peccati
conſiderent, & iuxta illius menſuram
lachrimas fundant, ne ſi cogitata mi-
nus cruciant, vſq; ad opus perducant,
citius .n. peccatum cogitationss ſolui-
tur, quòd opere non eſt impletum, Pſ.
31. pronuntiabo aduerſus me iniuſti-
tias meas Domine, & tu remiſiſti im-
pietatem peccati mei.

Aliter qui admiſſa plangunt, & tamē
non deſerunt, aliter qui deſerunt, & tñ
non plangunt, primi quòd inaniter flē
do mundant quòd viuendo nequiter
inquinant, Prou.26. canis reuerſus ad
vomitum, & ſus ad ſuum volutabrum.
2. Petr.2. & is pęnam grauiorem mere
tur, qui ipſam quam flendo potuit im-
petrare veniam contemnit, & quaſi in-
lutoſa aqua ſe voluit, qui fletibus ſuis
munditiam ſubtrahit. Eſ. 1. monendi
ante Deum non ſecus eſſe ac qui corā
hominibus magna ſubmiſſione eis blā
diuntur, & recedentes inimicitias, &
damna, quæ poſſunt inferunt Iac.4. cō-
tra alij, ne putēt culpas iam relaxatas,
quas licet agendo non multiplicent,
fletibus tamen non lauant, vt nec qui
contumelias irrogauir, ſi tacuit ſatisfe
cit, nec debitor eſt abſolutus qui noua
non contrahit debita, ſi vetera non ſol
uat, Deus.n. cruciatibus noſtris non pa
ſcitur, ſed peccatorum morbis medici-
nis contrarijs medetur, vt qui volupta
tibus receſſimus, fletibus amaricati re-
deamus, & qui illicita cōmiſimus etiā
à licitis abſtinendo ſurgamus, Pſ.50. 1.
Cor.6. Act.2.

Aliter qui illicita, quæ faciunt lau-
dant etiam, aliter qui ea accuſant nec
tamē vitant, primi quòd ſepe plus ore
quam opere peccarunt, opere.n. per ſe
ſolos peccant, ore per tot quot audien
tes iniqua laudantes docent; monendi
ergo ſi mala eradicare diſſimulant, ſal
tem ſeminare timeant, & priuata eis
perditio ſufficiat, & ſi mali eſſe non ti-
ment, formidēt tamē videri quòd ſūt,
alias in eo quòd licitum falſo putāt ſę-
pius mergūtur. Eſ. 3. peccatum ſuum
ſicut Sodoma prædicauerunt. & Gen.
18. Contra alij, vt videant quid in Dei
iudicio dicturi ſint, qui de peccatis ſuis
ſeipſis etiam iudicibus nō excuſantur,
& ſunt velut præcones ſui, & quo me-
lius vident, eo deterius pereunt, cum
malum agnoſcant nec relinquāt, & in-
de grauioribus ſe pęnis ſubijciāt, Luc.
12. Pſ. 54.

Aliter qui repentina concupiſcen-
tia ſuperantur, aliter qui in culpa ex
conſilio ligantur, primi vt ſe in bello
poſitos videant, & ſcuto timoris tegant
quòd cor præuidere non poteſt, vt ia-
cula inimici timeant occulta, & in con
tinua pugna, intra mētis caſtra ſe mu
niant, ſi .n. à circumſpectione cor de-
ſtituitur vulneribus aperitur, hoſtis.n.
eo liberius pectus percutit, quo à pro-
uidentiæ lorica eum nudum deprehē-
dit, diſcant non curare nimis terrena,
quia dum ea nimis diligunt quibus ia-
culis feriantur, ignorant Prou.23. tra-
xerunt me & ego non ſenſi, & quaſi cla
uum gubernator amittit, quando mēs
ad regendam nauem corporis ſtudiū
ſollicitudinis perdit. Contra alij, quòd
dum mala ex conſilio agunt diſtrictius
contra ſe iudicium accendunt, & tan-
to durior ſententia eos ferit, quanto
arctius in culpa deliberatio eos ligat,
& tardius peccatum ſoluitur, quòd per
conſiliū ſolidatur, nā niſi mens æterna
deſpiceret, in culpa ex conſilij iudicio
non perirer, & cōuerſionem differunt,
& ſepe in deſperationē incidūt, & ſpē
amittunt Hier. 4. 12. cum Deus non
tam praua facta quam ſtudia prauitatis
inſequatur, & hi in cathedra peſtilen-





lentiæ ſedeant, cum ex deliberatione
peccant. Pſ.1. & hmōi ſunt, qui nec fra
gilitate, nec ignorantia præuenti, ſed
ex malitia peccant, qui tanto grauius
ſunt feriendi, quo prauorum non ſocij
ſed principes ſunt.

Aliter, qui licet minima, ſepe tamē
illicita faciunt, aliter qui ſe à paruis cu
ſtodiunt, quandoq; tamē grauioribus
demerguntur, primi vt conſiderent nō
qualia, ſed quanta committant, q̄ debēt
formidare dum numerant, cum altos
gurgites fluminum paruæ, ſed innume
meræ guttæ pluuiarum repleant, & id
agit ſentina latenter excreſcens q̄ pa-
tenter procella ſæuiens, & minuta sūt
ſcabiei vulnera, & tamen cum multum
creſcunt, vt graue vulnus affligunt.
Eccl. 16. qui modica ſpernit paulatim
decidit, qui non flet, & vitat parua, à
ſtatu iuſtitiæ, nō repente, ſed partibus
totus cadit. moneantur ſępe in parua
culpa quam maiori deterius peccari,
quia ſi culpa cognoſcitur citius curať,
minor vero dum vt nulla creditur, eo
peius quo & ſecurius in vſu retinetur,
vnde ſepe fit, vt mens aſſueta malis le-
uibus, nec grauia timeat, quo in mini-
mis non timet peccare. Contra alij, q̄
ſe conſiderēt, quòd dum de cuſtoditis
extolluntur ad committenda grauio-
ra cor elatione deuorať, ideo caueāt,
ne dum ſe ſtare extrinſecus putant, ibi
intus cadant, & elatio fiat via ad culpā
maiorem, qui .n. ſuis viribus tribuunt
cuſtodiam boni minimi, iuſte derelicti
culpis grauioribus obruuntur, & cadē
do diſcunt non fuiſſe proprium quòd
ſteterunt, & ſic cor non tumeſcat; & cō
ſiderent quòd in grauibus culpis alte
ſe immergunt, & tamen ſepe in paruis
quæ cuſtodiunt peius peccant, quia &
in illis iniqua agunt, & per iſta ſe ho-
minibus quòd iniqui ſunt tegunt, con
tra Dominum. Matth.23. liquantes ca
licem, camelum autem glutientes.

Aliter qui bona non inchoāt, aliter
qui inchota non cōſūmant, primis oſtē
dēda ſunt quam ſint vana quæ diligūt,
& tunc intimandum quam ſint vtilia q̄
prætermittunt, & prius eſſe fugienda q̄
amant, vt ſine difficultate cognoſcant
eſſe amanda quæ fugiunt, tunc .n. ple-
no voto diſcunt vera bona quærere,
cum certo iudicio deprehendunt ſe fal
ſa tenuiſſe, videant ergo bona præſen-
tia à delectatione cito tranſitura, & tñ
eorum cauſa in vltione ſine tranſitu p̄-
manſuros, quia nunc quodlibet inui-
tis ſubtrahitur, & tunc q̄ dolet inuitis
in ſupplicium reſeruatur; Vnde ijs re-
bus terreantur quibus noxie delectan-
tur, vt mens præcipitium videns, greſ-
ſum reuocet, & timens quòd amaue-
rat, diſcat diligere q̄ contemnebat,
Hier.1. Act.1. prius .ſ. euertendo malū,
& tum bonum apprehendendo. vt Act.
9. habetur de Paulo. Contra alij monē
di, quòd dum propoſita non perficiūt,
etiam cepta conuellunt, quia ſi quòd
videtur gerendum non creſcit, etiam
quòd fuerat bene geſtum decreſcit,
mens enim ad inſtar nauis cum ſem-
per in motu hic ſit, ad ima relabitur
niſi ad ſumma conetur. Prou.18. Apoc.
2. & melius fuiſſet bonam viam non ar
ripere quam poſt tergum vertere, niſi
.n. terga verterent, erga cęptum ſtu-
dium nullo torpore languerent. 2. Pet.
2. melius eſt non agnoſcere viam iuſti
tiæ, quam poſt agnitionem retrorſum
conuerti, & Apoc.3.

Aliter qui mala occulte agunt, & bo
na publice, aliter qui bona quæ faciūt
abſcōdunt, & tamen quibuſdam factis
publice de ſe mala opinari permittūt,
primi vt penſent humana iudicia, quā-
ta velocitate euolant, diuina quam im
mobilia ſint, ideo in fine rerum mentē
figant, cum laudis atteſtatio prætereat,
& diuina ſententia, quæ occulta pene-
trat, ad retributionem perpetuam cō-
ualeſcit, & videant quòd ſine teſte eſt
bonum q̄ faciunt, cum illis non proſit,
& non ſine æterno teſte quòd latenter
agūt, qui & ſepulchra dealbata dicunť,
Math.23. Monendi ergo vt bona agāt,
ſed vt meritū melius, quam humanam
aſpiciant; ne cum laus tranſitoria pro
bono opere quæritur, res digna æter-
na retributione vili pretio vendatur;
.ſ. laudis humanę, de quo Matth. 6. a

mendico vobis receperunt mercedem ſuam, & dum mala occulte agunt, bona publice, oſtendun ſequenda quæ fugiunt, alijs viuunt, & ſibi moriuntur. Contra alij, ne dum recte viuunt, in ſe alios per exemplum malæ exiſtimationis occidant, & ne minus alios quam ſe diligant, & in bono vino venenum fundant, qui .n. iam elationem calcant bona aperte agere debent, ne ædificationi fraudem faciant, Matth 5. videant opera veſtra bona, bona.n. occultanda ſunt, vt laudem fugiamus, aperienda vero vt laus Dei augeatur, Matth. 9. cũ vero praua æſtimatio à proximis non tegitur, cũctis per exemplũ culpa propinatur, abſtinendum .n. non ſolum à malo, ſed etiam ab eius ſpecie ob fratris charitatem, 1. Cor. 8.

Aliter monendi qui cõtrarijs vitijs opprimũtur, aliter qui non contrarijs, primi vt ſic lętitia frenetur, quæ ex cõſperſione eſt, vt non creſcat triſtitia, quæ venit ex tempore, ſic reprimatur ſubita formido, vt non creſcat nutrita præcipitatio, vnde & languori eſt obuiandum, & ſuccurrendum debilitati, & vitio vni ſic medẽdum, vt alteri etiã obuiam fiat. Contra alij monendi, vt ſupra eſt dictum. Attẽdat etiam rector ne vitium ſe virtutem mentiatur, ſepe .n. auaritia, ſub parſimonia tegitur, & effuſio ſub largitate, & inordinata remiſſio ſub pietate, & effrenata ira ſub ſpirituali zelo, præcipitata actio ſub velocitate, tarditas ſub grauitate cõſilii, vnde rector diligenter virtutes, ac vitia intueatur, & diſcernat, vt d. Greg. p. 2. c. 9. & p. 3. c. 3.

Moneat etiam ep̃s, & paſtor quemlibet ea quæ ad officium ſuum ſpectãt, & vt in illis poteſt peccare, iuxta tradita hoc tr. de ſtatibus, & peccantibus remedia adhibeat, quæ traduntur infra in Sacramento Pœnitentiæ, ad fi. ac ad virtutes ſibi ſubditos amplectendas hortetur, & impellat, ſumendo ad id loca ex traditis ſupra de virtutibus, & vitiis, & ex D. Ambro. libris de officijs, & Grego. in Moralibus, & Dialogis, & alijs Sanctis viris.

Hæc vero præſtet tum prædicando, à quo munere non deſiſtat, iuxta decr. conc. Trid. ſeſſ. 5. c. 2. & ſeſſ. 24. c. 4. & etiam frequentius, cum verbum Dei ad animas conuertendas magnam vim habeat, iuxta tradita ſupra in tr. de ſacra ſcriptura, in ſententijs. Vnde præcipitur Moſi vt tintinabulis ambiatur ſacerdos dũ ingreditur, & egreditur ſanctuarium in conſpectu Domini, & non moriatur. Ex. 28. vt ſine prædicatione diuina non celebret, vnde & ei dicitur. Eſ. 58. clama ne ceſſes, vt late probat, D. Greg. in paſt. 2. p. c. 4. & habetur in c. ſit rector. 46. diſt. etiam ſi ob malitiam plebis nõ proficiat vt d. gl. in c. ſcimus. ibid. cum & ep̃s quotidie ſe mentẽ facere debeat, & doctrinam ſpargere vt d. Chriſ. lib. 6. de ſacerdotio poſt principium vitiaque euelendo antequam radices figant, vt ibid. & ſic corrigendo ne leui pęna correpti, peiores fiant, de ſalute etiam peccantium nunquam deſperando, vt d. de ſacerdotio. libr. 2. & omnibus ſe ætatibus accommodando, vt d. Amb. 1. Tim. 4. ſeniores vt patres, iuniores vt fratres corrigendo, vt ibid. Tum etiam priuatim monendo, & corrigẽdo, in quo munere etiam eorum opera vtatur, qui peccantes ob authoritatem, vel amicitiam, ad bonũ conuertere valent. Quibus recte peractis paſtor ad ſeipſum redeat, vt d. Greg. in paſt. p. 4. & opere implere ſtudeat, quòd ore alios docuit, in omnibus ſuis dictis actibus, vel cogitatis nil ſuum quærens, ſed tantum Dei honorem, vel proximorum, vel vtrumq; vt d. Bern. in ſerm. omnium ſanctorũ, & in ep. memento voci tuæ, honorans miniſterium ſuum, non cultu veſtium, non fauſtu equorum, non amplis ædificijs, ſed moribus ornatis, ſpiritualibus, ac bonis operibus, quibus in Deo factis, expectetur, & ſperetur æterna retributio à Deo, vt ibid. in inceſſu, ſtatu, habitu, & omnibus motis nil faciẽdo, quòd cuiuſq; offendat aſpectũ, ſed vt eius decet ſanctitatem. c. licet. d. 45. cap. ponderet. 50. diſt. vt Deo optimo maximo dante, ad vitam æternam,

vna



vna cum Gregor. ſibi credito perueniat.

## De Tranſlatione, & Renuntiatione Epiſcoporum. Cap. VIII.

*Epiſcopatus quot modis amittatur. num. 1.*

*Epiſcopus qualiter peccare poſsit in exercitio eius officij. num. 2.*

1 Epiſcopatus quot modis amittatur.

AMITTITVR epiſcopatus morte, depoſitione, translatione, & renũtiatione, morte, nam mors omnia ſoluit. §. deinceps. auth. de nupt. Depoſitione quæ à ſolo Papa fieri poteſt, ex conc. Trid. ſeſſ. 13. c. 6. & ſeſſ. 24. c. 5. & dictum eſt tr. de Papa. Translatione quæ ſimiliter fieri debet authoritate Papæ, vt dictum eſt ſupra tr. de translat. epiſcoporum, Renuntiatione quæ pariter papæ authoritate fieri tm̃ poteſt ob votũ perpetuum quòd facit epiſcopus, & matrimonium ſpirituale, cum eccleſia in perpetuum, in quo ſolus papa diſpenſat. vt d. D. Thom. 2. 2. q. 155. ar. 4. & habetur in c. niſi cum pridem, de renũtiatione, in cuius ſignum annulum geſtat, quem nunquam dimittere debet, qui tamen reſignare nõ poteſt, niſi ob cauſas ibi enumeratas .ſ. ob infirmitatem ignorantiam, crimen ꝙ impedit officij executionem etiã acta pænitentia malitiã plebis, & huiuſmodi de quibus ibi, & dictum eſt ſupra tr. de renuntiatione. Notandum vero cum quis renuntiat epiſcopatum, cui præeſt illius tm̃ adminiſtrationem, nõ ordinem, vel dignitatem renuntiat, vnde exercere adhuc poteſt ea quæ ſunt ordinis epiſcopalis, ſi ab ep̃o loci inuitatus fuerit. c. 1. vbi Abb. de ord. ab ep. qui tamen, vt ſupra, non poteſt ſine papæ licentia, epiſcopatum reſignare, vel ſimpliciter id faciat, vel ad alium epiſcopatum tranſeundo, vel etiam ad arctam religionem, c. 2. de transl. ep. vbi Abb. quæ tamen epiſcoporum vita cũ maximos fructus eccleſiæ ferat, temere non eſt deſerenda. d. c. niſi. vbi Inn. & Abb. ſot. de iuſt. & iur. lib. 10. q. 2. artic. vlt. niſi ex cauſis ſupra relatis, vel ſi in mortis periculo ſit cõſtitutus, ſi in loco ille perſeueret. c. 1. c. ad ſupplicationem, de renunt. vel ſi ob maiorem vtilitatem papæ videatur ad aliam eccleſiam eum eſſe transferendũ, qui ſine cauſa non debet trãsferre inuitũ, & vbi ſubeſt cauſa citra epiſcopi culpã, equum eſt, vt cum alio epiſcopatu remuneretur Abb. in ca. conſtitutus, de relig. dom. cauſam vero depoſitionis epiſcopi, non pauciores præter archiepiſcopũ 12. epiſcopis cognoſcant, qui ſi cõcordes ſint papa diffinit, quòd procedit, etiam cum agitur de adimendo epiſcopatu ei qui eſt conſecratus Abb. & Fel. in c. non poteſt de re iud. cum ſolus papa poſſit alicui epiſcopatũ auferre. gl. in c. 1. de renunt. in 6. Abb. in ca. excommunicamus. i. de hæret. Si vero non eſt conſecratus, à 6. epiſcopis cauſa ipſius cognoſci poteſt, ca. illud vbi gl. diſt. 23. & ſi non accuſatione, ſed exceptione, contra epiſcopum agatur, minor epiſcoporum numerus ſufficiet. gl. in d. c. illud, & ſi in prouincia non ſint tot epiſcopi, potuerunt vicini vocari, gl. in c. ſi. 3. q. 8. ex conc. vero Trid. ſeſſ. 24. c. 5. ſolus papa poteſt cognoſcere, & terminare cauſas criminales contra epiſcopum, & vbi eſt neceſſe vt extra curiam committantur nulli committuntur, niſi archiepiſcopis vel epiſcopis à papa eligendis, qui tantum proceſſum conficiant, & ad papam trãſmittant, minores tñ cauſæ in concilio prouinciali terminari poſſunt, de mandato tñ ſpeciali papæ alius poterit epiſcopum deponere. Abb. in c. non poteſt, de re iud. legatus etiam alijs epiſcopis accedentibus, & epiſcopus à gratia papæ lapſus, per hæreſim excommunicationem, vel ſimoniam, lata ſententia condemnatoria, à ſuis eſt vitandus. Abb. in c. veniens de præſcr. in cõdemnando tamen epiſcopo, oportet ꝙ omnes conſentiãt, ſpec. de accuſ. §. 4. ver. ſed nunquid, & per adeptionem

ſecun-

ſecundi epiſcopatus, primo priuatur c. ambitioſæ, de præb. in extr. cõm. Vbi vero epiſcopus ob infirmitatem, vel ſenium eccleſiæ inſeruire nõ põt, coadiutor eſt dandus cũ moderata portione fructuum, de conſilio capituli, & papæ aſſenſu. c. 1. de cler. ægrot. in 6. & poteſt etiam capitulum dementi dare coadiutorem, qui ſi in hoc vel alijs caſibus, de quibus ſupra, accipere eum recuſet, res papæ eſt notificanda, qui tamen coadiutor tenẽ administrationis capitulo, & prælato ſano effecto ac ſucceſſori rõnem reddere. d. c. vn. eo. in 6. Coadiutor vero cum futura ſucceſſione epiſcopo à papa ſolo, & cum cauſæ cognitione dari poteſt, qui & qualitates habere debet, quæ in epiſcopo ex concilij diſpoſitione requiruntur, vt ſupra eſt dictum. ſeſſ. 25. c. 7.

2 Epiſcopus qualiter ĩ exercitio ſui officij peccare poſſit.

Ex prædictis colligi poteſt, epiſcopũ peccare poſſe, ſi epiſcopatum ambiat; vel concupierit, & eo magis ſi precibus vel obſequio illum ſit conſecutus, vt not. in c. tuæ. de æt. & qual.

Secundo ſi non viuat vt decet iuxta tradita ſupra cap. de officio epiſcopi, ſic tamen vt non omnia ibi tradita intelligantur de præcepto ab epiſcopo eſſe ſeruanda, ſed ea tantum quæ illi cũ alijs communia ſunt præcepta, vel vbi ſpeciali iure, vel canone, aliquid ei ꝓhibetur, vel præcipitur ſub præcepto, de verbis præcepta denotantibus, non autem ſi ponantur ex conſilio.

Tertio ſi abutatur poteſtate, ſibi cõceſſa, iuxta tradita ſupra cap. de poteſtate epiſcopi.

Quarto ſi non reſideat iuxta dicta, cap. de reſidentia.

Quinto ſi non viſitet, modo quo ſupra eſt dictum cap. de viſit.

Sexto ſi non corrigat errores, & negligens ſit in cura animarum, iuxta dicta ſupra cap. de regimine epiſcopali, cap. irrefragabili de off. ord. ſi ordines vel beneficia, indignis conferat, vel huiuſmodi, de quibus c. de viſitatione, vbi actum eſt qualiter epiſcopus ſit viſitandus ab Apoſtolico viſitatore, & de eo inquirendum, qui tamen epiſcopus in correctione, ſacerdotum præſertim vti debet moderatione, in viſitatione, & alibi, vt cum aliquem eorũ in peccato exiſtentem cognouit, prius eum ſecreto moneat vt corrigi velit, cum ſit paſtor non percuſſor, & emendatio ab eo ſit requirenda non infamia ſubditorum, ſeſſ. 13. cap. 1. ſeſſ. 25. c. 17. c. omnes 3. q. 1. cap. ſacerdotes. 6. q. 1. maxime peccata carnis velando quantum poteſt, ſi emendatio ſperetur, vt d. paui. de viſit. 1. p. q. 1. n. 50. niſi peccatum eorum afferat ſcandalũ, ſi nõ corrigãtur iudicialiter, & ſint incorrigibiles, vel ſit cõtra bonum fidei, vel in eo procedatur per viam accuſationis legitime, ſic .n. iudicialiter ſunt corrigendi, alias ſufficit ſecreta monitio, vbi emendatio ſperatur, vt ibi. d. paui, cum & prælatus ſubditorum debeat eſſe mater, non Dominus, & eius correctio paterna non tirannica. vt d. Bern. ſerm. 23. ſuper Cant. & verbum dulce multiplicet amicos, & mitiget inimicos. Eccl. 2. & tradit Bracar. de morib. prælat. c. 2. verbis dulcibus ſemper vtendo, niſi neceſſitas diſciplinæ vrgeat. vt ibi. d.

Si contulit beneficia, retentis ſibi fructibus, vel aliqua eorum parte. c. vt noſtrum. vt eccl. benef.

Si bona eccleſiarũ vacantiũ ſibi vſurpauit, nec ea expendit in vtilitatem eccleſiæ, vel reſeruauit ſucceſſoribus, vt tenetur, qui etiam ad reſtitutionẽ tenetur. ca. quia ſepe. de el. in 6.

Si vltra morem antiquum, vel quòd iure debetur, & à ſacerdotibus, & clericis ſuæ diœceſis, aliquid exegit eos grauando. c. eos, cap. quia, & ſequenti. 10. q. 3. c. cognouimus. 11. q. 3.

Si ordinauit alienum ſcienter, vel affectata ignorantia, ſine licentia ipſius epiſcopi, vel eius ſuperioris, quia ſic per annum eſt ſuſpenſus à collatione ordinum. c. eos, de temp. ord. in 6. & ex bulla Sixti V. incip. ſanctum, & ſalutare ordinans aliquem irregularem, vel aliquo vitio notatum, vel extra tempora ſtatuta, vel ſine litteris dimiſſorijs alieni, vel furtiue, vel per ſaltum,

vel



vel ſeculares ſine ſufficienti patrimonio ad ordines ſacros, vel ante poteſtatem legitimam, vel non ſeruatis interſtitijs ſine cauſa rationabili, niſi probabilis facti ignorantia eum excuſet, ſuſpenſus eſt à tollatione quorumcunque ordinum, & etiam primæ tonſuræ, & ab executione omnium munerum pontificalium, & interdictus ab ingreſſu eccleſiæ, modo quo dicta bulla declaratur infra tomo 4. tr. de Sacramento Ordinis.

Si negligit corrigere prauas conſuetudines ſuæ diœceſis, vt in vendendo, operando, tripudiando, non confitendo, nec ſeruãdo ieiunia, & huiuſmodi, ſi ſine ſcãdalo fieri poteſt. c. ſit rector. 43. d. c. cum quiſq; 23. q. 4. & idem de hæreticis ſortilegis diuinis, c. contra. 26. q. 5. & idem de vſurarijs ac alijs notorijs peccatoribus, c. deniq; d. 4. c. cum quiſq; 23. q. 3. c. cum quiſque, de imm. eccl.

Si non renouauit per ſingulos annos Chriſma, cum Oleo, & balſamo, vt tenetur c. ſi quis ex alio, de conſ. d. 4. vetuſtis combuſtis, & in ſacrarium repoſitis.

Si non coegit etiam cẽſuris clericos choro addictos, vt ad diuina conuenirent, vt tenentur c. 1. de celebr. miſſ. c. ſi quis 92. diſt. niſi quos infirmitas, vel vtilitas eccleſiæ excuſat, c. vn. de. de cler. non res. in 6.

Si non iuſſit denuntiari pęnas latas à iure contra exigentis gabellas, & onera ab eccleſijs, iuxta c. præſenti, vbi gl. de cenſibus. Si abſque iuris ordine, vel cauſæ cognitione aliquem excommunicauit, vel iniuſte grauauit, qui & tenetur ad intereſſe damnificati. c. ſacro. de ſent. excommu. cap. 1. eo. in 6. vel pro re parua contra. cap. epiſcopi, ca. nemo. 2. q. 3.

Si neglexit adimplere voluntates defunctorum, maxime in legatis ad pias cauſas, anno trãſacto, & cum nullus eſt executor datus, vel hæredes id omittunt. c. ſi hæredes, de teſtam. auth. hoc amplius, C. de fidei comm.

Si in iuramentis, vel voto ſine cauſa diſpenſauit, vel ea commutauit cõtra. c. 1. de voto, vel pro minore quantitate diſpenſauit cum raptoribus, vel vſurarijs, vt de Imol. in cl. abuſionibus, de pęnit.

Si exemptos iniuſte moleſtauit. cõtra cl. dudum, de ſepult. c. 1. & 2. de exceſſibus prælat.

Si manifeſtis vſurarijs conceſſit domum ad fęnerandum, vel eos de terris ſuis non expulit intra ſex menſes, c. 1. de vſur. in 6. vel eos non adſtrinxit ad vſuras reſtituendas, & certa quãtitate contentus illos ad ſepulturam, & eccleſiaſtica ſacramenta, admiſit contra. capitu. quamquam de vſur. in 6.

Si abſoluit à caſibus papæ reſeruatis, contra. c. cum illorum c. nuper de ſent. exc. Nec vacaret etiã, culpa epiſcopus, ſi Romæ non haberet aliquem virum peritum, & fidelem, qui ipſius negotia in curia pertractet, & ad eum ſtatim tranſmittat conſtitutiones, & decreta quæ à ſede apoſtolica emanãt.

Si pauperibus non ſubuenit iuxta facultates, de his quæ ſuperſunt c. fratrẽ noſtrum. 86. d. c. epiſcopus. 82. d. c. peruenit. 84. diſt. & huiuſmodi, de quibus c. præced. & c. de viſitatione, & toto hoc tr. quę tamen mihi non perſuadeo aliquem ex epiſcopis committere, cũ in ſtatu perfectionis poſiti ſint, & hodie ſanctiſſime viuant.

Et ex his, ad laudem Dei opt. max. impoſitus ſit finis, huic tractatui de Epiſcoporum ſtatu, in quo ſi quid, ꝙ Deus auertat, à catholica veritate abſonum inueniatur, id reuoco, & annullo, & pro non dicto haberi volo, & ita proteſtor, & omnia in eo contenta ſubijcio cenſuræ, & correctioni S. Matris eccleſiæ, à cuius fide, & obedientia nunquam recedere intendo.

F I N I S.

# Errata ſic corrigenda.

PAgina.3.col.1.lin.7.Damaſc. Damaſ. ibid.lin.36. presbiteris,presbiterij ibid. lin. 46. Damaſc.Damaſ.ibid.c.2. l.17. ſunt (addendum) quod ead.li.qui,quod pag.4. col.1.lin.33. nota annonæ ne,cura annonæ vt pag.5.c.1.l.34. conſtitutus (addendum) & apoſtolorum pag. 7.col.2.l.45.eſſe &, eſſet pag.11.c 1.l.13. dilecta,dilectus ibid.c 2.l.23.eccleſiaſtica,eccleſiaſticos,ibid.pertinentiam,pertinentia pag.13.c.1.lin.1. vicario ſuo tamen id poteſt (delendum) p.14.c.1.l.vlt.apoſtolis,apoſtolus pag.15.c.1.l.11.vel (delendum) ibid.c.2.l.28.indueitur,inducitur p.16.c.1.l.2.tamen,tantum p.17.c.2.l.29.opera,operam pag.19.l.pen.c.1.vtitur vtatur pag.22.c.1.l.pen.euincendam,euitandam ibid.c.2.l.12.oratoris,oratorijs p.23.c.1.l.15.ſpõſis, ſponſum pag.27.c.1.l.47.& ea,&c.p.28.c.1.l.47.ſolenne,ſolemnem p.31.c.2.l.18.populũ,populo p.32.c.1.l.8.malæ,mulæ,ibid.l.9.villato,villuto p.35.c.1.l.5.24.(addendum) d.pag.36.c. 1.l.26.ſubditorum (addendum) tenetur ibid.c.2.l.vlt. munere (addẽdum) eque bene p.37. c.1.l.4.diſpenſari,diſpenſare ibid.c.2.l.4.anni(addendum)vt pag.41.c 2.l.3.poteſt (delendũ) pag.42.c.2.l.27.ſufficiat (addendum) ad,ibid.lin.37.deſtitetur, deſtituitur p.44.c.2.l.20 ſunt (delendum) p.45.c.1.l.17.vt (addendum) d.p.47.c. 1.l.pen.1.(addendum) de p. 49.c.2.l.13. ſubiectum,ſubiectionem ibid.l.40.Barb. , Bart.p.50.c.1.l.35.per,pro pag.53.c.1.l.31. eccleſiæ (addendum) à ibid.l.37.proſoluitur,perſoluitur,ibid.l.38.per,pro p.55.c.1.l.23. reitatur,inſeratur ibid.l.42.tuta (addendum) aptetur,ibid.cuſtodiantur,cuſto diatur pa.56.c.2.l.42. longũ, latum p.57.c.1.l.10.tæ,ce p.59.c.1.l.14.at,an ibid.l.32.peruiculæ,peluiculæ ibid.l. 33.lectoria, lectorilia p.60.c.2.l.34.eitam,etiam ibid.l.vlt.egeſta ( delendum) p.62.c.1.l.31.ſecundum,ſecundo p.63.c.1.l.33.annorũ,annos p.65.c.2.l.24.reſeruat,reſeruatis ibid.l.vlt.iube etiã,iubeãt p.67.c.2.l.vlt.reparare,reparatione c.1.l.122.ſeſſ.(addendum) 7.p.69.c.1.l.18.19.& capit, &c. p.70.c.1.l.48.virtutis,virtutem p.71.c.2.l.46.ſepuente,ſequente p.72.c.2.l.5.6. relationem, ratione p.73.c.2.l.30.vnitatur,vniatur p.75.c.1.l.3.dicta,dicto ibid.c.2.l.19.at,an p.79.c.2.l.29.reducun.. ,reducantur p.92.c.1.l.21.dare (addendum) qui ibid.c.2.l.8. modis, modus ibid.l. 37.ap...tur,appelletur p.93.c.1.l.16.deponetur,deponitur ibid.c.2.l. pen. vel (delendum) p.98.c.1.l.34.pie pre p.99.c.1.l.2.1.2.p.104.c.2.l.9.poteſt (addendum) ibid. c.2.l.44. quinta, ſeptima p.105.c.1.l.10.iuxta (addendũ) dicta ibi. c.2.l.9.Inu. Iau. p.106.c.1.l.12.operto,aperto p.107.c.1.l.29.qua,quæ p.108.in culmine,110.108.ibid.c.1.l.4.accedendo, raccedant ibid. c.2.l.13.ſignificatur,ſignificet p.109.c.1.l.34.ri,ti p.11.c.1.l.40.reuerẽtior,reuerẽter ibi.c.2.l.3 benedicta, (addendum) curando p.111.c.1.l.44.quotidie (delendum) ibid.c.2.l.pen.ſacerdotibus,ſacerdotes ibid.l.vlt.intere,inter p.115.c.2.l.11.24. (addendum) & c. 10. ſeſſ.25. p.116. c.1.l.45.Faller,Foller p.117.c.1.l.18. (addendum) ſine ea.ibid.l.22.vicarius,vicario ibid.generalis,generali ibid.c.2.l.27.partim,partim,pauperum p.118.c.1.l.37.i tãtum,li tantum .p.119. c.1,l.11.præſentibus,ſocietatis ibid.c.2.l.8.nis (addendũ) B. V. ibid.lin.32. ſuperior,ſubprior ibid.l.39.ãeti,etiam p.120.c.1.l.2.conſtituuntur,conſtituantur ibid.l.15. puniũ punian.ibid.l. 119.deſcribuntur,deſcribantur ibid.l.35.eius cuius ibid.lin.36.& (delendum) ibid. cap.2.l.7. Tum (addendum ) etiam idem p.123.c.2.l.29.circa,citra p.134.c.2.l.15.quia,qui ibid.lin.24. humore,tumore p.136.col.2.lin.23. occaſionaliter ( addendum.)